This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DECRETA AUTHENTICA

SACRAE CONGREGATIONIS

INDULGENTIIS SACRISQUE RELIQUIIS

PRAEPOSITAE

AB ANNO 1668 AD ANNUM 1861.

Digitized by Google

APPROBATIONES

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita omnia et singula Decreta, Resolutiones, Declarationes, Rescripta, nec non Indulgentiarum Summaria, quae in hoc Volumine recensentur, collata cum suis Originalibus in tabulario ejusdem Sac. Congregationis adservatis, uti authentica recognocit, typisque imprimi ac publicari posse censuit. In Quorum Fidem etc.

Datum Romae ex ejusdem Sac. Congregationis Secretaria, die 24 *Decembris* 1861.

Loco ✠ Sigilli.

ALOISIUS COLOMBO, *Secretarius.*

Opus praeclari viri A. PRINZIVALLI, *insignis Basilicae S. Mariae in Cosmedin. Archipresbyteri, S. D. N. Pii IX a cubiculo ad honorem, ac Suffecti ab actis S. Congregationis Indulgentiis praepositae, quod inscribitur :* **Resolutiones seu Decreta authentica Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae etc.**, *ob egregiam ejus utilitatem Sacerdotibus omnibus Summopere commendamus.*

Mechliniae, 28 augusti 1862.

J.-B. VAN HEMEL, VIC. GEN.

Digitized by Google

RESOLUTIONES

SEU

DECRETA AUTHENTICA

SACRAE CONGREGATIONIS

INDULGENTIIS SACRISQUE RELIQUIIS

PRAEPOSITAE

AB ANNO 1668 AD ANNUM 1861 ACCURATE COLLECTA

AB

ALOISIO PRINZIVALLI

Insignis Basilicae S. Mariae in Cosmedin Archipresbytero

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII PP. IX

A CUBICULO AD HONOREM

AC SUFFECTO AB ACTIS EJUSDEM SACRAE CONGREGATIONIS.

BRUXELLIS

EXCUDEBAT H. GOEMAERE

Typographus Societatis Bollandianae, *Actis Sanctorum* praepositae.

1862

R. 28.750 Digitized by Google

ERRATUM

Pagina 158, B., linia 8, *unio*, lege : *meis*.

Digitized by Google

ERUDITO PIOQUE LECTORI

ALOISIUS PRINZIVALLI

Sacri Indulgentiarum thesauri dispensatio a Christo Domino Ecclesiae tradita, sanctorum generalium Conciliorum auctoritate probata, et Christiano populo, ut Tridentina Synodus docet, maxime salutaris, gravissimi momenti res apud Catholicos habita semper fuit. Quare summi Ecclesiae Hierarchae, Romani Pontifices, ejusdem thesauri praecipui dispensatores, spiritualia ejus munera non modo *pie, sancte, et incorrupte administrari* (1), verum etiam parce ac sobrie distribui fidelibus omni tempore studuerunt. Ac ubi vel temporum calamitas, vel hominum fraus eam in rem corruptelas et abusus invexit, unde luctuosa, diuque dolenda malorum seges ad Christianam Rempublicam permanavit, ea omnia sanctissimis legibus emendanda, ac pro viribus extirpanda curarunt. Eodem pio incensi studio Patres tum Sacrosancti Lateranensis Concilii sub Innocentio III celebrati, tum etiam novissimi Concilii Tridentini plura Decreta de moderandis indiscretis et superfluis Indulgentiis, ob quarum copiam eas minus in pretio haberi, claves Ecclesiae contemni, et poenitentialem satisfactionem enervari cernebant, ac de iis ad veterem atque probatam con-

(1) *Clemens IX Bulla institutionis hujus Sac. Congregationis.*

Digitized by Google

suetudinem revocandis ediderunt. Cum autem saluberrima utriusque Concilii decreta vitio temporum obsolescere jam coepissent, ac nimia in concedendis Indulgentiis facilitas in Ecclesiam rursus inducta fuisset, eam coercere provido sane consilio aggressus est s. m. Clemens PP. VIII instituta plurium S. R. E. Cardinalium et Praelatorum pietate doctrinaque praestantium Congregatione Indulgentiarum, quae ejusmodi sacrorum munerum largitionibus modum poneret, illasque ad antiquam laudabilem normam in memoratis decretis traditam temperaret; cujus rei testes adsunt locupletissimi duo praeclara Catholicae Ecclesiae lumina Cardinales nimirum Baronius et Bellarminus, qui Sanctissimi Pontificis pium propositum memorant, meritisque laudibus prosequuntur.

Quoniam vero instituta Congregatio non perpetua sed temporanea tantum extitit, iis, quibus constabat extinctis, extincta simul ipsa Congregatio fuit, et qui Clementi VIII successere Pontifices, dubia et quaestiones quae in eo Coetu proponi solebant, ad Sacras Congregationes vel Supremae Inquisitionis, vel Tridentini Concilii plerumque discutienda remittere consueverunt.

Jam vero antiquatam Indulgentiarum Congregationem multos post annos reparandam, instaurandamque suscepit fel. rec. Clemens PP. IX; eamque non Indulgentiis tantum, sed Sacris etiam Sanctorum, ac eorum potissimum, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, Reliquiis praeficere constituit, quemadmodum eruitur ex quadam Emi S. R. E. Cardinalis Michaelis Angeli Riccii illius Congregationis olim Secretarii memoria, in qua haec habentur « *Feria V die 4 Augusti* 1667 *vocatus adivi SS. Dominum Nostrum Clementem IX post Congregationem S. Officii, Isque consilium suum aperuit Indulgentiarum Congregationem instaurandi, quam Clemens VIII instituerat, eamque Sacris etiam Reliquiis praeficiendi, pluraque subdidit, ob quae in id consilii venerat, ac deinceps folium legit, et mihi tradidit quod habebat prae manibus, ubi descripti erant DD. Cardinales*

Digitized by Google

et Consultores; post omnes ego, quem SSmus a Secretis Congregationis esse jussit; qua de re maximas egi gratias Sanctitati Suae. »

Post biennium idem SSmus Pontifex consilii sui fructum, quod admodum utile ac salutare expertus fuerat, perennare desiderans, eamdem Congregationem ex integro erexit, ac perpetuam fecit, eique amplas facultates elargitus fuit, quod ex Litteris Apostolicis in forma Brevis, quarum initium « *In ipsis Pontificatus Nostri primordiis* » die 6 Julii 1669 datis aperte liquet.

Ab erectionis initio ad annum 1681 quo anno memoratus Michael Angelus Riccius Secretarius inter purpuratos Patres cooptatus est, Sacra Congregatio pluries habita, plura etiam promulgavit decreta. At vero cum nemo deinceps post Riccium in ejus locum suffectus fuerit, penitus intermissa Congregatio fuit, donec Summus Pontifex Clemens XI ejusdem Congregationis restituendae consilium coepit, constitutisque illius Praefecto viro dignitate juxta ac doctrina insigni Emo Domino Joanne Maria Tituli Sanctae Pudentianae S. R. E. Presbytero Cardinali Gabriellio, et Secretario R. P. D. Cosimo de Hieronymis utriusque Signaturae Referendario, nec non aliis adlectis, praeter antiquos, Dominis Cardinalibus et Consultoribus probatissimis, ipsam Congregationem de caetero prout rerum discutiendarum necessitas postulaverit, haberi mandavit. Iis porro qui in eumdem Coetum hactenus cooptati erant, ac in posterum cooptati fuissent levamen aliquod allaturus, Decreta, Edicta, Resolutiones, aliaque tum vetera tum recentia monumenta ad Indulgentias, Sacrasque Reliquias pertinentia, ac ea praesertim, quae decidendis dubiis in ipsa Congregatione proponi solitis, conducere possunt, undique diligenter conquiri et rite ac ordine disponi atque in tabulario ejusdem S. Congregationis reponi ac servari jussit. Quod quidem sequentibus etiam annis usque in praesens accurate servatum est. Quo facilius vero atque commodius hujus Sacrae Congregationis Resolutiones ac Decreta dignoscantur, prodit nunc primum in lucem ejusmodi Resolutionum ac Decretorum

Digitized by Google

authentica Collectio. Cum autem ex supraexpositis ejusdem Sacrae Congregationis vicissitudinibus non omnia ac singula Decreta reperta sint, quae tamen a nonnullis citantur Scriptoribus, cumque pene innumera alia, quae adservantur authentica, peculiaria potius quam generalia dicenda sint, praefata Collectio ea tantum complectitur, quae selectiora visa sunt, et usui magis idonea ac opportuna ab Anno scilicet 1668 usque ad Annum 1861.

Additur denique pro Appendice altera Collectio quamplurimorum Summariorum Indulgentiarum, quae tam pro aliquibus Regularibus Ordinibus ac Sodalitatibus quam pro nonnullis Ecclesiis, piisque Locis ab eadem Sacra Congregatione authentice recognita sunt ac probata.

Excipe igitur, Candide Lector, benigno gratoque animo qualemcumque Collectoris in hoc opere laborem, et in eo Sanctissimorum Pontificum curas tuendae sincerae in christiano populo religionis ac pietatis, continendaeque intra terminos, quos posuerunt Patres nostri, Ecclesiasticae Disciplinae semper intentas respice ac venerare.

Digitized by Google

RESOLUTIONES

SEU

DECRETA AUTHENTICA

SACRAE CONGREGATIONIS

INDULGENTIIS SACRISQUE RELIQUIIS

PRAEPOSITAE

AB ANNO 1668 AD ANNUM 1861.

I.

Cum in Sacra Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita de Notis disceptaretur, ex quibus verae Sanctorum Martyrum Reliquiae a falsis et dubiis dignosci possint : Eadem Sac. Congregatio re diligentius examinata, censuit, *Palmam, et Vas illorum sanguine tinctum, pro signis certissimis habenda esse :* aliorum vero Signorum examen in aliud tempus rejecit.

Datum Romae 10 Aprilis 1668.

A. Card Homodeus.
Michael Angelus Riccius Secretarius.

II.

La Sac. Congregazione sopra l'Indulgenze e Sac. Reliquie dichiara che i Confessori della Chiesa Parrocchiale di S. Maria del Castello di Castrovillari non hanno facoltà di assolvere da' casi e censure riservate al Vescovo, ovvero al Sommo Pontefice in virtù dell'asserto Breve d'Indulgenza Plenaria in forma di Giubileo conceduta dalla fel: me: di Pio IV alla suddetta Chiesa ; e proibisce a tutti i Confessori di detta o di altra Chiesa eziandio Regolari tanto ai presenti che ai futuri che non usino tal facoltà sotto pena della sospensione *a Divinis* da incorrersi *ipso facto*, riservata al Sommo Pontefice *pro tempore* ed anco sotto altre pene ad arbitrio di Sua Santità Comanda inoltre che la copia di questo Decreto si tenga sempre affissa nella Sacrestia della medesima Chiesa Parrocchiale sotto gravi pene ad arbitrio anche corporali, e Monsignor Vescovo di Cassano, o non essendovi Lui, il Vicario *pro tempore* invigili all'osservanza di questo decreto.

Roma li 10 Aprile 1668.

L. Card. Omodei.
Michel' Angelo Ricci Segret.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita declarat, confessarios ecclesiae parochialis S. Mariae Castri loci de Castrovillare, virtute asserti brevis Indulgentiae plenariae in forma Jubilaei, praefatae ecclesiae a fel. rec. Pio IV concessae, non habere facultatem absolvendi a casibus et censuris Episcopo vel Summo Pontifici reservatis : et prohibet omnibus confessariis praefatae aut alterius ecclesiae, etiam Regularibus, tam praesentibus quam futuris, sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrendae, et Summo Pontifici pro tempore reservata, necnon sub aliis poenis ad arbitrium suae sanctitatis ne tali facultate utantur. Mandat insuper ut transumptum praesentis decreti semper maneat affixum in Sacristia ejusdem ecclesiae parochialis, sub gravi poena arbitraria etiam corporali : et Illmus Dominus Episcopus Cassanensis, aut sede vacante, Vicarius pro tempore invigilet ut praesens decretum observetur.

Romae, 10 Aprilis 1668.

L. Card. Omodei.

III.

In Congregatione Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum habita die 19 Junii 1668 Rector Collegii PP. Societatis Jesu Civitatis Januensis pete-

Digitized by Google

bat Indulgentiam Plenariam pro visitantibus Altare Beati Aloysii Gonzagae; sed responderunt Patres, BEATIS *id numquam indulgere Apostolicam Sedem*, adeoque preces rejecerunt.

A. CARD. HOMODEUS.
Michael Angelus Riccius Secr.

IV.

Dichiara la S. Congregazione delle Indulgenze e Sac. Reliquie i Confratri di S. Leonardo di Viterbo non aver facoltà in virtù d'asserto Breve d'Indulgenza Plenaria in forma di Giubileo conceduta loro dalla fel: mem: di Pio IV; di eleggersi un Confessore che gli assolva da' peccati e da' casi riservati all' Ordinario ed alla S. Sede; ostando i decreti della s. m. di Clemente VIII e d'altri Sommi Pontefici, e perciò proibisce a tutti i Confessori, eziandio Regolari, tanto ai presenti quanto ai futuri sotto pena della sospensione *a Divinis* da incorrersi *ipso facto*, e riservata al Sommo Pontefice *pro tempore* e sotto altre pene ad arbitrio di Sua Santità che non ardiscano assolvere alcuno in virtù del suddetto preteso privilegio o facoltà dai detti casi e peccati riservati. Proibisce ancora ai Confratri ed altri penitenti il valersi in avvenire della suddetta facoltà di eleggersi il Confessore; e sotto pene gravi ad arbitrio anche corporali, comanda che tengano sempre affissa nel loro Oratorio la copia di questo decreto.

Roma li 3 Luglio 1668.

L. CARD. OMODEI.
Michel' Angelo Ricci Segret.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita declarat confratres S. Leonardi civitatis Viterbiensis virtute asserti brevis Indulgentiae plenariae in forma Jubilaei ipsis a fel. rec. Pio IV concessa non habere facultatem eligendi sibi confessarium qui ipsos absolvat a peccatis Ordinario et S. Sedi reservatis : obstantibus decretis fel. rec Clementis VIII et aliorum summorum Pontificum; et propterea prohibet omnibus confessariis, etiam regularibus, tam praesentibus quam futuris sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrendae et summo Pontifici pro tempore reservatae, necnon sub aliis poenis ad arbitrium summi Pontificis, ne virtute praefati praetensi privilegii aut facultatis quemquam absolvere audeant a praedictis casibus et peccatis reservatis. Prohibet etiam confratribus et aliis poenitentibus ne in posterum utantur praedicta facultate eligendi sibi confessarium; et sub gravibus poenis arbitrariis etiam corporalibus mandat ut semper in oratorio affixum teneant transumptum praesentis decreti.

Romae 3 Julii 1668.

L. CARD. OMODEI.

V.

Sacra Congregatio falsas apocryphas et indiscretas Indulgentias nimis crevisse animadvertens, permixtasque veris ita circumferri, ut piorum hominum et judicium fallant et spem frustrentur consequendae Indulgentiae, ac Remissionis peccatorum suorum, quo Indulgentiarum dignitati provideat, animarumque profectui plures earum singulari diligentia collectas hoc decreto complexa est, quas evulgat simul et damnat.

Tales in primis sunt illae concessae, ut asserunt a Joanne II et Sixto IV charitatis Jesu Christi Domini Nostri *Praecor te piissime Domine* etc. ab Eugenio III revelationi S. Bernardo factae de Plaga in humero Jesu Christi, ab Innocentio III Confraternitati et Ordini Redemptionis, a Bonifacio IX Cappellam S. Nicolai de Tolentino in ejus die festo visitantibus, a Joanne XXII osculantibus mensuram plantae pedis Bmae Virginis, a Leone X gestantibus funiculum S. Francisci, impressae primum Romae, et deinde Mediolani anni 1663; et Salutationem Angelicam ad pulsum horologii recitantibus, et Imagini Conceptionis Immaculatae Mariae Virginis in Circulo depictae, cujus pedibus Luna subjecta est, a Pio IV principi Senarum, a Clemente VIII Ecclesiae S. Mariae, ut vocant Montis Serrati et Avenione impressae; aliaeque pro animabus Christifidelium defunctorum impressae, Matriti 20 Junii 1606; a Paulo V Coronis, Rosariis, Imaginibus, et Numismatibus, quae ***Medallias*** appelant, ab eo benedictis, Federico Card. Borromaeo supplicante, anno 1611, dum Ecclesia Romae in honorem S. Caroli edificaretur, et ab eodem Paulo et Gregorio XV dicentibus « *Sia lodato il SSmo Sagramento, Laus SSmo Sacramento,* » ab Urbano VIII in honorem ejusdem Sacramenti precibus Cardinalis Magalotti, et Sacerdotibus dicentibus post Missam : *Ave Filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filii*, etc., et aliae demum a nonnullis Romanis Pontificibus, ut asserunt, concessae, coronis Mysteriorum Passionis D. N. Jesu Christi, prece Magni Ducis Etruriae. Talis Indulgentia Sodalitatis ejusdem S. Nicolai, qua repetita quinquies oratione Dominica et salutatione Angelica, quolibet die unam liberari Animam a Purgatorii poenis affirmant. Tales aliae Societatis S. Bernardi Romae ad Columnam Trajani, et altaris Rosarii in Ecclesia S. Antonii di Ruigo et Indulgentiae octoginta millium annorum veteri de Tabula exscriptae, quam in Basilica Lateranensi asservari dicunt, concessae

Digitized by Google

recitantibus piam illam orationem « *Deus qui pro redemptione mundi* etc. » tum quae Papiae impressae fuerunt anno 1670 sub hoc titulo « *Sommario delle Indulgenze concesse dalla Santità di N. Signore Papa Leone X all' Immagine della Concezione della gloriosa Vergine Maria* ».

Ejus generis sunt, et illae concessae, ut ajunt, gestantibus funiculum S. Francisci de Paula, vel celebrantibus Missas S. Augustini, aliasve quinque in honorem quinque festivitatum B. V. vel officium recitantibus S. Franciscae Romanae, aut Antiphonam « *o Passio magna* etc. » in memoriam Passionis Jesu, aut Rosarium S. Annae (quod Sacrorum Rituum Congregatio minime probat), aut orationem, quae impressa cum Imagine S. Annae circumferri solet « *Ave gratia plena* etc. » quae oratio permittitur; aut orationem « *Deus, qui nobis in Sancta Syndone* (excipitur Indulgentia 100 dierum precibus Ducissae Sabaudiae cunctis in illius dictionem degentibus concessa a felic. rec. Clemente X ad annos 25) vel Crucibus Caravaccensibus, vel Coronae, sive Stellario Conceptionis Immaculatae B. V. ex duodecim precariis globulis conflato vel granis, Crucibus, et Coronis Aloysiae ab Ascensione Hispanae Monialis Ord. S. Clarae; vel aliae innixae, ut ajunt, revelationi coelitus factae Sanctis Birgittae, Mectildi et Elisabeth, aut B. Joannae de Cruce, et concessae granis, quae tetigerint aliquod ex tribus granis extantibus, ut ajunt, penes Summum Pontificem, Regem Hispaniarum et Ministrum Generalem Fratrum Minorum Observantiae, vel Mensurae altitudinis Jesu Christi, vel Imagini, aut Mensurae vulneris Lateri Ejus inflicti.

Indulgentiae vero Stationum Urbis, quae a Romanis Pontificibus, singulari quodam beneficio communicantur interdum locis, ordinibus, et personis, si tam ample accipiuntur, ut praeter Stationes in Missali Romano descriptas alias comprehendant. Sac. Congregatio interpretationem hujusmodi falsam et temerariam esse declarat, ut eorum quoque sententiam qui concessam Indulgentiam plenariam in certos dies visitantibus Ecclesiam, aliudve opus agentibus, toties quoties percipiendam putant, horum unumquemque saepius eadem die vel hora posse lucrari.

Summaria denique Indulgentiarum pro Confraternitatibus SSmae Trinitatis et Redemptionis Captivorum, Nominis Dei, Rosarii B.V., B. Mariae de Monte Carmelo, B. Mariae de Mercede et Redemptionis captivorum, et Cincturae S. Augustini et S. Monicae nisi ab eadem Congregatione recognita non permittuntur.

Datum Romae 18 Septembris 1668.

VI.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, cujus praecipua cura est, ut sublatis ambiguitatibus, fallaciis, et ea quae multitudo parere solet confusione, unusquisque Fidelium certis, minimeque dubiis Indulgentiis perfruatur; inhaerendo Apostolicis Constitutionibus, nimirum fel. rec. Clementis VIII cujus initium : *Quaecumque* etc., et Pauli V quae incipit : *Quae salubriter* etc. declarat, nulli Ordini, Congregationi, Societati, etiam Jesu, Capitulo, Archiconfraternitati, Confraternitati, vel Coetui cuicumque, neque eorum Superioribus, Officialibus, seu Ministris, aliisque personis quibuscumque etiam specifica et individua mentione et expressione dignis, licuisse, nec in posterum quandocumque licituram, ullas Indulgentias aliis communicare, nisi eas, quae a memorato Paulo vel ejus successoribus Romanis Pontificibus praescriptae et concessae, seu antea concessae, specialiter postea renovatae, sive in specie confirmatae fuerunt etiamsi facultas illas communicandi eis a S. Sede Apostolica cum quibusvis clausulis et decretis ante emanatam Pauli praefatam Constitutionem concessa fuisset. Communicationes autem Indulgentiarum eo, quem diximus, modo jam hactenus facta, tum quae deinceps, quandocumque fient, nullas, nulliusque roboris, et momenti esse, et fore; easdem communicationes nullas pariter, minimeque ratas, et validas, futuras, nisi servata forma supradictae Constitutionis Clementis VIII, cum specifica et individua expressione Indulgentiarum, quae communicantur (id est ut singulae nominentur et exprimantur) factae fuerint.

Declarat insuper, Regulares quoscumque cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis etiam Jesu, ac Instituti, etiam specifica, et individua mentione digni, et dignae, non potuisse, nec posse Confraternitatibus, Sodalitatibus, aliisque similibus Congregationibus quibusvis tam hactenus erectis, et institutis, quam in posterum quandocumque erigendis, et instituendis, sive quorumcumque privilegiorum vigore aggregationis et aggregandis, ullo modo communicare Indulgentias ipsis Regularibus concessas; sed tantum illas, quas ut hujusmodi Confraternitatibus, Sodalitatibus, seu aliis similibus Congregationibus communicent, facultas eis specifice et nominatim per Sedem Apostolicam concessa fuerit.

Die 16 Martii 1671.

Et die 19 ejusdem mensis, facta relatione ad

Digitized by Google

SSmum D. N. Sanctitas Sua sententiam Sac. Congregationis approbavit, et ita servari mandavit.

F. M. Card. Brancatius Praef.
Michael Angelus Ricci Secret.

VII.

Cum in Sacra Congregatione Indulgentiarum, Sacrarumque Reliquiarum propositum fuerit, expositionem Sanctissimi Sacramenti sine publica, et gravi causa factam improbari, tum in Actis Ecclesiae Mediolanensis sub S. Carolo Boromaeo, tum a Sac. Congregatione Regularium negotiis, et Episcoporum Consultationibus, praeposita, minusque probandum videri Sanctissimam Eucharistiam passim exponi sine consueta quadraginta horarum oratione diu, noctuque numquam intermissa, quemadmodum a Pio IV, Clemente VIII et Paulo V institutum, atquè probatum fuerat; Eadem Sac. Congregatio Indulgentiarum censuit, nemini post hac concedendam esse Indulgentiam, qui expositionem Sanctissimi non celebraverit cum eo, qui dictus est, modo nimirum cum oratione quadraginta Horarum numquam intermissa.

Dat. die 13 Septembris 1672.

VIII.

Inter Reverendissimum Episcopum et Inquisitorem Cremonae contentio de imprimendis Indulgentiis est orta, cum ille dicat quidquid Indulgentiarum est ad Episcopale Forum pertinere cujus rei arbitrium et judicium integrum Episcopo relinquit Sac. Inquisitionis Edictum : hic vero affirmet, id sibi tribui decima Regula Indicis librorum prohibitorum, ut nullus liber, nullave scriptura sine ipsius permissu imprimi possit. Quaestione ad Sac. Congregationum delata et diligenter examinata, eadem Sac. Congregatio censuit adhibita distinctione dirimendam esse : Indulgentiae, quas subditis suis Episcopus concedit, et imprimendas curat, tum litterae Pastorales, quibus Indulgentias a Summis Pontificibus concessas populo denunciat, aliaque denique scripta ad regendum populum suum, vel officialium ejus nomine promulganda, quae omnia proprie sunt fori episcopalis, in quo injunguntur Poenitentiae, et per Indulgentias remittuntur, praeceptaque et dicta feruntur, libera sunt ab Inquisitoris jurisdictione et auctoritate, quo etiam inscio imprimi possunt : sed de reliquis Episcopus ad Inquisitorem communicare debet antequam imprimantur.

Datum Romae die 24 Julii 1673.
Michael Angelus Riccius Secret.

IX.

Postremum ex dubiis per manus transmissis erat — *An cultrum e sepulchro Martyris sub ejus dorso repertum in aliquo Coemeterio habendum sit pro instrumento Martyrii, et exponi publice possit ut ei Fideles cultum et venerationem exhibeant :* — Ad quod Sacr. Congregatio respondit — Cultrum ejusmodi exponi posse una cum Corpore, sed non solum et seorsum.

Datum Romae die 9 Septembris 1675.

X.

Ad Tria Dubia per Secretarium proposita, et per omnium manus transmissa, ut diligentius examinarentur.

1° *Verum Indulgentia Plenaria in Articulo Mortis, quae sine alia declaratione adjecta concedi solet, in vero Mortis Articulo accipienda sit, an in praesumpto, an demum in utroque?*

2° *An cunctis petentibus sit Indulgentia Plenaria in Articulo Mortis concedenda?*

3° *An contriti sed neque confessi, neque SSma Communione refecti Indulgentiam plenariam consequantur, quam supplicantibus passim pro Mortis Articulo largiuntur Romani Pontifices?* — Sacr. Congregatio respondit.

Ad 1m In vero tantum articulo accipi.

Ad 2m Cunctis petentibus concedendam esse.

Ad 3m Ejusmodi contritos Indulgentiam lucrari, si Pontifex in sua concessione Confessionem, vel aliud simile non requirit.

Datum Romae die 23 Aprilis 1675.
Michael Angelus Riccius Secret.

XI.

Sac. Congregatio Stationum dies ita populo proponendas esse censuit, ut cum descriptis in Romano Missali omnino conveniant, earumque Indulgentias simpliciter enunciandas, non addendo, Plenariae illae sint aut Partiales.

Datum Romae die 10 Martii 1676.
Michael Angelus Riccius Secret.

Digitized by Google

XII.

Licet Sanctae Memoriae Paulus PP. III per binas suas Constitutiones concesserit, ut Sanctissimi Corporis Christi Confraternitates omnes et singulae ubivis locorum institutae ac instituendae, iisdem privilegiis, concessionibus, Indulgentiis, gratiis et indultis, quae Confraternitati SSmi Sacramenti in Ecclesia Sanctae Mariae super Minervam de Urbe erectae largitus fuerat, ac in posterum largiretur, ut potiri, et gaudere possent ac deberent; quia tamen per nonnullas Apostolicas Constitutiones, et Ordinationes, quae deinceps emanarunt; praesertim vero per similis memoriae Clementis VIII Constitutionem de Aggregationibus editam, facultates, et Indulgentiae tam supradictae Sanctae Mariae de Minerva, quam caeteris omnibus Confraternitatibus antea concessae, aut abrogatae, aut saltem moderatae comperiuntur, aliaque hoc de genere decreta sunt, ex quibus in dubium revocari posse videtur, an hujusmodi Pauli III concessiones pristinum suum robur adhuc retineant.

Congregatio Eminentissimorum et Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis Sacrisque Reliquiis Praefectorum optans summopere Sanctissimi Sacramenti venerationem et cultum in dies magis augeri, et ob eam causam hujusmodi Societatem in omnibus Ecclesiis Parochialibus erigi, atque ad id Christifideles praecipuis gratiis excitari, speciali ordine habito vivae vocis oraculo a Sanctissimo D. N. Clemente PP. X fel. rec. Pauli V vestigiis inhaerente; decernit, ac declarat, juxta easdem Pauli III Constitutiones, Confraternitates omnes et singulas Sanctissimi Corporis Christi, ubique terrarum hactenus Apostolica vel Ordinaria auctoritate erectas aut posthac erigendas, absque nova aut peculiari alia concessione, communicatione, vel aggregatione fore et esse debere participes quorumcumque privilegiorum, concessionum, Indulgentiarum, facultatum, gratiarum et Indultorum ab eodem Paulo V Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti de Minerva per Breve dat. Romae apud S. Petrum die 3 Novembris 1606 nominatim et expresse concessorum ac in posterum a Sede Apostolica concedendorum, illisque omnibus et singulis uti, potiri, gaudere posse ac debere statim, atque Confraternitatum earumdem erectio Apostolica, vel Ordinaria auctoritate facta fuerit; servata in reliquis omnibus praedicta Clementis VIII Constitutione. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis de Indulgentiis ad instar non concedendis, nec aliis contrariis quibuscumque.

Datum Romae die 23 Aprilis 1676.

C. Card. Maximus.

Michael Angelus Riccius Secret.

(*Vide etiam* Decretum DXXXVIII.)

XIII.

Dubium erat in folio per manum omnium transmisso « *An Episcopus clero et populo cupienti Sanctorum Martyrum Corpora, quae in altari satis honorifice reposita sunt, praetiosiorem in loculum, seu Capsam condere, ac super eodem altari collocare, vel extra Dioecesim transferre, possit ejus rei tribuere facultatem;* » et adhibita distinctione Sac. Congregatio respondit « Posse quidem licentiam concedere Sanctorum Corpora perpetuae data sepulturae transferendi ad locum decentiorem in eadem Ecclesia : sed alienandi, aut extra Dioecesim transferendi, sine Romani Pontificis auctoritate non posse. »

Datum die 17 Novembris 1676.

Michael Angelus Riccius Secret.

XIV.

Dubitant Moniales sub invocatione S. Ursulae an frui possint Indulgentiis Ordini Fratrum Eremitarum S. Augustini alias concessis, maxime vero die 18 Decembris anno 1671, in festo S. Augustini, S. Monicae, S. Nicolai Tolentinatis, S. Thomae de Villanova, et die 13 Novembris, qua omnium Sanctorum Ordinis commemoratio fieri solet, quod S. M. Paulus V earumdem institutum adprobans, et Domum erigens in Monasterium Ordinis S. Augustini, qui dividitur in Ordinem Canonicorum Regularium et Ordinem Fratrum Eremitarum non satis expressit utri eorum Ordinum ipsas adjungeret. Quamobrem dubio in Sac. Congregatione proposito et examinato, eadem Congregatio respondit : « Indulgentiis praedictis Moniales perfrui posse. »

Datum die 12 Januarii 1677.

Michael Angelus Riccius Secret.

XV.

Cum a Sac. Congregat. Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita Cameracensis Archiepiscopus quaesivisset; quae sit sententia Clausulae, quae hodie Brevibus Indulgentiarum apponi solet, *Volumus autem ut si alias Christifidelibus dictam Ec-*

Digitized by Google

clesiam qualibet anni die visitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetuo vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit praesentes litterae nullae sint; Sac. Congregatio re diligentius examinata clausulam sic explicandam censuit : si videbitur Sanctissimo Domino Nostro ea minime contineri Altaria privilegiata pro defunctis, neque Indulgentias, aut certo personarum generi concessas ut Confraternitatibus, Regularibus, et Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias aliasque hujusmodi recitantibus, ac iis, qui Christiana Doctrina erudiuntur, vel alios erudiunt, et qui SS. Eucharistiae Sacramenti expositioni cum Oratione quadraginta horarum intersunt, neque Stationum Urbis et septem Altaria Indulgentias instar septem Altarium Basilicae Vaticanae concessas, neque demum qui pro unica vice conceduntur. Caeterum, si alia Indulgentia sive Plenaria sive non Plenaria in perpetuum vel ad tempus, tum ab eodem tum ab alio Romano Pontifice generatim Christifidelibus Ecclesiam, vel aliquod ejus Altare seu Cappellam visitantibus, eodem anni die vel diverso concessa fuerit, de qua non fiat in litteris Apostolicis Mentio, has litteras ob dictam clausulam esse prorsus irritas ac nullas.

Datum die 23 Junii 1676.

De his autem facta relatione ad Sanctissimum Dominum Nostrum die 18 Martii 1677, Sententiam Sac. Congregationis approbavit.

C. Card. Maximus.

Michael Angelus Riccius Secret.

(*Vide etiam* Decreta XXXIX, CXXXV.)

XVI.

Exponit nuper Sac. Congregationi Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minimorum Gregorium XIII in perpetuum concessisse cunctis utriusque sexus Christifidelibus, qui die Festo S. Francisci de Paula Ecclesias Ordinis visitaverint Indulgentiam Plenariam ; sed Locorum Ordinarios nonnullos, quod eam a S. M. Paulo V revocatam fuisse arbitrantur in Brevi, quod incipit « *Romanus Pontifex* » ejus publicationem impedire ; ideoque Sac. Congregationem supplicavit ut Decreto suo dubitationem omnem tollere vellet ; Quae attentius re examinata declarat verba illius decreti minime comprehendere Indulgentias quae Christifidelibus Regularium Ecclesiam visitantibus concessae sunt.

Datum Romae die 1 Februarii 1678.

Michael Angelus Riccius Secret.

XVII.

Delatae saepius fuere ad Sac. Congreg. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositam Indulgentiae quaedam confictae et omnino falsae, quae per diversas Orbis Christiani partes circumferuntur; aliae vero examinandae, quae adhibito studio inventae sunt, vel apocryphae, vel a Romanis Pontificibus revocatae, vel nullae, quod datum eis tempus praeteriisset; quarum quidem plurimae, cum non facilem cognitionem habeant Christifideles harum rerum minus peritos fallunt, qui spe Indulgentiae remissionisque peccatorum suorum consequendae frustrantur : quamobrem eadem Sac. Congregatio vehementer cupiens huic malo magis in dies serpenti occurrere, animarum profectui et Indulgentiarum dignitati consulere, plures illarum singulari diligentia colligi et in Indicem referri curavit.

Tales in primis sunt illae, uti asserunt, concessae a Joanne II et Sixto IV recitantibus Orationem Charitatis Jesu Christi Domini Nostri, *Precor te Piissime Domine* etc. ab Urbano II Ecclesiae S. Mariae ut vulgo dici solet, *Campagnolae et S. Victoriae*, ab Eugenio III Revelationi de Plaga in Humero Jesu Christi factae S. Bernardo, ab Innocentio III Archiconfraternitati et Ordini Redemptionis, a Bonifacio IX visitantibus Cappellam S. Nicolai de Tolentino in ejus die Festo, a Joanne XXII osculantibus Mensuram Plantae Pedis B. Mariae Virginis, ab Alexandro VI Imagini B. Mariae, vulgo dictae *Laghetti*, a Leone X gestantibus funiculum S. Francisci, primum in Urbe impressae, deinde Mediolani anno 1665 (suas tamen habent et veras Confratres Archiconfraternitatis Cordigerorum S. Francisci) Recitantibus Salutationem Angelicam ad pulsum Horologii, et Imagini Conceptionis Mariae Virginis immaculatae in circulo depictae, cujus pedibus Luna subjecta est, a Pio IV vel Pio V Principi Senarum, a Clemente VIII dicentibus Orationem *O Magnum Mysterium* etc. et Ecclesiae S. Mariae, quam vocant *Montis Serrati*, Avenione impressae, tum aliae pro animabus Christifidelium defunctorum impressae Matriti 20 Julii 1606 a Paulo V cantantibus Hymnum : *Te Matrem Dei laudamus, te Mariam Virginem confitemur*, vel si die Sabati intererint dum idem canitur, et Coronis, Rosariis, Imaginibus, et Numismatibus, quae *Medallias* appellant ab eo benedictis, Federico Card. Borromaeo supplicante anno 1611 dum Ecclesia Romae in honorem S. Caroli aedificaretur, et ab eodem Paulo et Gregorio XV dicentibus « *Sia lodato il Santissimo Sagramento, Laus San-*

Digitized by Google

cissimo Sacramento », ab Urbano VIII in honorem ejusdem Sacramenti, precibus Cardinalis Magalotti, et Sacerdotibus, celebrata Missa, dicentibus « *Ave Filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filii* », a Clemente X recitantibus mane, meridie ac vespere consuetam antiphonam « *Angelus Domini* » et in fine *Deo Gratias et Mariae* » : ac demum aliae a nonnullis Romanis Pontificibus tributae, ut ajunt, Coronis Mysteriorum Passionis Domini Nostri Jesu Christi prece Magni Ducis Etruriae.

Talis Indulgentia Sodalitatis S. Nicolai, qua repetita quinquies Oratione Dominica et Salutatione Angelica, unam liberari animam quolibet die a Purgatorii poenis affirmant. Tales aliae Perusii Confraternitatis Sanctorum Sebastiani et Rochi, et Romae Societatis S. Bernardi ad Columnam Trajani, tales demum aliae Crucesignatorum S. Eustorgii Mediolani, Arimini et Bononiae.

Ejus generis sunt et illae concessae, ut ajunt, Cappellae Rosarii in Ecclesia S. Antonii de Rovigo seu Rodigii, vel Ecclesiae Sanctissimae Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Montis Todoni, die festo Inventionis Sanctissimae Crucis, vel gestantibus funiculum S. Francisci de Paula, vel celebrantibus Missas S. Augustini, aut alias quinque in honorem quinque Festivitatum B. Virginis, vel recitantibus Officium S. Franciscae Romanae, aut antiphonam « *O Passio Magna* etc. » in memoriam Passionis Jesu, aut Rosarium S. Annae (quod Congregatio Sacrorum Rituum non probat), aut Orationem, quae, impressa cum Imagine S. Annae circumferri solet « *Ave gratia plena* etc. » (quae Oratio prohibetur) aut Officium Conceptionis B. Virginis Immaculatae, quod asserunt a Paulo V probatum fuisse, aut Orationem « *Deus qui nobis in Sancta Syndone* etc. » (excipitur Indulgentia centum dierum anno 1671 concessa precibus Ducissae Sabaudiae ad annos 25 cunctis in illius dictione degentibus) aut aliam « *Ave Filia Dei* etc. » post Communionem recitandam, vel aliquo conspicuo signo venerantibus Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti nomen; Indulgentiae rursus octoginta millium annorum veteri de Tabula exscriptae, quam in Basilica Lateranensi asservari affirmant, pro dicentibus Orationem illam vere piam « *Deus qui pro Redemptione Mundi* etc. »; tum quae impressae fuerunt Papiae anno 1670 sub hoc titulo « *Sommario delle Indulgenze concesse dalla Santità di Signore Papa Leone X all'Imagine della Concezione della gloriosa Vergine Maria* (1) » vel Pisauri sub nomine Beatae Joannae, anno 1608 evulgatae, vel Barlettae, seu Baruli a recitantibus quasdam, non sane malas Orationes, lucrandae, vel Parmae a visitationibus per quadragesimae dies Ecclesias Tertii Ordinis S. Francisci, vel Pistorii, et Vastallae a recitantibus Orationem « *Ave Sanctissima Maria Mater Dei Regina Coeli* etc. » et aliae in peculiari impresso libro descriptae, quibus frui dicunt Devotos Seraphicos, et Benefactores.

His annumerandae sunt, quae Crucibus Caravaccensibus tributae dicuntur, vel Coronae, sive Stellario Conceptionis Virginis Immaculatae, quod ex duodecim globulis precariis constat, vel Granis, Crucibus et Coronis Aloisiae ab Ascensione Hispanae Monialis Ordinis S. Clarae, vel Mensurae Altitudinis Jesu Christi D. N., vel Imagini, aut Mensurae vulneris Lateri ejus inflicti; vel Orationi, ut ajunt, in sepulchro D. N. repertae, et Indulgentiae, ut ajunt, innixae revelationi factae S. Birgittae, Mechtildi, et Elisabeth, vel B. Joannae de Cruce, et concessae, ut asserunt, Granis quae aliquod ex tribus granis tetigerint extantibus penes Romanum Pontificem, Hispaniarum Regem, et Ministrum Generalem FF. Minorum Observantiae S. Francisci.

Omnes vero, et singulas jam dictas Indulgentias Sac. Congregatio partim esse confictas et plane falsas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quae nemini suffragari possunt; easque in futurum ullo in loco, ut veras publicari et lucrandas Christifidelibus proponi vetat; Foliaque et Libros ubi sic proponuntur seu asseruntur, omnino praecipit aboleri, nisi praedictae Indulgentiae fuerint diligenter expunctae; nec ideo, tamen vult alias quas hoc decretum non continet pro veris et legitimis taciteque probatis haberi.

Ac demum omnes Indulgentias concessas ante Decretum Clementis VIII latum die 9 Januarii 1597 Coronis, Rosariis, Granis, seu Calculis, Crucibus et Imaginibus Sacris, vel ante Breve Pauli V quod incipit « *Romanus Pontifex* etc. » editum 23 Maii anno 1606 personis Regularibus quarumcumque Religionum, et Ordinum etiam Mendicantium, vel ante Constitutionem 115 Clementis VIII cujus initium « *Quaecumque* etc. », et 68 Pauli V, incipientem « *Quae salubriter* etc. » habitas per aggregationem vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate ulla, Ordine, Congregatione, Societate etiam Jesu Capitulo, vel coetu quocumque, vel ab eorum Officialibus, Superioribus aliisque personis, vel persona

(1) Summarium Indulgentiarium a SSmo Dno Nro Leone X Concessarum imagini Conceptionis gloriosae Virginis Mariae.

Digitized by Google

etiamsi earum vel ejus mentio specialis et individua facienda esset, nisi fuerint deinde Romani Pontificis auctoritate innovatae aut confirmatae, nullius esse roboris, et momenti pariter declarat.

Porro Summaria Indulgentiarum pro Congregationibus Doctrinae Christianae, Confraternitatibus Sanctissimae Trinitatis et Redemptionis Captivorum, Nominis Dei, Rosarii, B. Mariae de Mercede, et Redemptionis Captivorum, B. Mariae de Monte Carmelo, Cincturae S. Augustini et S. Monicae, nisi ab eadem Congregatione recognita non permittuntur.

Indulgentias vero Stationum Urbis, quae a Romanis Pontificibus, singulari quodam beneficio vel communicatae sunt, vel communicabuntur interdum, aliquibus Locis, Ordinibus, aut personis, diebus tantum Stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse declarat : semel autem dumtaxat in die Plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam vel aliud pium opus peragentibus, lucrifieri.

XVIII.

Cum exposuerit Procurator Generalis Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula multos dubitare an Indulgentiae Tertiariorum Ordinis validae sint post Decretum de falsis apocryphisque Indulgentiis die 7 Martii praeteriti ab hac Congregatione latum, quod in eo gestantibus funiculum S. Francisci de Paula concessae Indulgentiae nominantur : Eadem Sac. Congregatio precibus Oratoris annuens declarat (quamquam nulla vera possit esse dubitatio) Indulgentias Tertiariorum illorum a Romanis Pontificibus concessas, per jam dictum Decretum minime revocari.

Datum Romae die 4 Julii 1678.

A. Card. Homodeus.
Michael Angelus Riccius Secret.

XIX.

Inter multiplices Indulgentias, quae anno 1635 Romae nominatim falsae declaratae fuerunt, erant nonnullae Avenione impressae, quas Clementem VIII concessisse asserebant Ecclesiae S. Mariae Montis Serrati; eas vero cum in decreto lato die 7 Martii 1668 Sac. Congregatio in numero falsarum reposuerit, quidam esse nunc primum improbatas dicunt, et addunt, etiam caeteras eidem Ecclesiae ab aliis Romanis Pontificibus concessas eo decreto revocari, ut Procurator Generalis Congregationis Monachorum Hispanorum Ordinis S. Benedicti Sac. Congregationi exposuit; quae propterea supplicationibus Oratoris inclinata declarat (quamquam res nullam dubitationem habet) novum non esse, praedictas Indulgentias Avenione impressas pro falsis haberi, et decreto suo falsas tantummodo declarasse Indulgentias, quae a Clemente VIII concessae asserebantur Ecclesiae S. Mariae Montis Serrati, Avenione impressae, non alias a Romanis Pontificibus eidem Ecclesiae concessas Indulgentias, peccatorum remissiones et spirituales gratias.

Romae die 5 Julii 1678.

A. Card. Homodeus.

XX.

Cum Summarium Indulgentiarum Archiconfraternitatis Cincturatorum Sancti Augustini et Sanctae Monicae sub invocatione Beatae Virginis Mariae de Consolatione erectae Bononiae, fuerit a Sacra Congregatione recognitum die 11 Septembris 1674, et a fel. record. Clemente X confirmatum, ac Brevi insertum quod incipit « *Ex injuncto Nobis* etc. » dato die 27 Martii 1675, nihil obstat, quominus possit seorsum a Brevi iterum imprimi, et ubique promulgari; et Indulgentia praesertim ibidem expressa a Bonifacio IX in Dominica festum Sancti Nicolai de Tolentino proxime sequenti concessa, quam nonnulli, satis non advertentes, eamdem esse arbitrantur, ac illam in novissimo Decreto hujus Congregationis lato die septima Martii 1678 adnumeratam apocryphis, et falsis; cum tamen *Die, aliisque circumstantiis* ab ipsa diversa sit Romae die 5 Julii 1678.

A. Card. Homodeus.

XXI.

Licet in Decreto Sac. Congregationis dato die 7 Martii 1678 nihil appareat, quo Indulgentiae a fel. rec. Gregorio XV concessae omnibus et singulis Societatis Jesu Clericis, aliisque universis Christifidelibus cum eis in puerorum, et adultorum instructione ad Fidei Catholicae rudimenta ediscenda cooperantibus (ut latius in Brevi, quod incipit « *Pietatis et Christianae Charitatis opera* etc. » dato die 27 Septembris 1622) revocatae, aut nullae quomodolibet declarentur; tamen instante Procuratore Generali ejusdem Societatis, ut dubia nonnullorum, qui de illis ambigunt omnino tollantur, Sac. Congregatio declarat Indulgentias et Remissiones peccatorum praedictas decreto suo nullo prorsus modo comprehendi.

Datum die 22 Novembris 1678.

Michael Angelus Riccius Secret.

Digitized by Google

XXII.

Cum Officiales Archiconfraternitatis Orationis et Mortis aggregandi facultatem, novasque Indulgentias Confraternitatibus aggregatis communicandas impetraverint a felic. rec. Paulo V in executionem Constitutionis « *Quaecumque a Sede Apostolica* etc. » Clementis VIII, Sac. Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita, ad dubia nonnullorum tollenda declarat, praedictas Indulgentias aliasque deinceps innovatas, aut eidem Archiconfraternitati concessas ab Apostolica Sede ratas et validas esse, nec ullo modo comprehendi novissimo suo Decreto dato septima die Martii 1678.

Romae 22 Novembris 1678.

A. Card. Homodeus Praefect.
Michael Angelus Riccius Secret.

XXIII.

Concessit Pius IV Confratribus Sodalitatis Scribentium Romae in Ecclesia S. Thomae Regionis Parionis institutae, ut quemcumque Presbyterum Saecularem aut Regularem ter in vita et in mortis articulo etiamsi mors tunc non sequatur, in Confessarium eligere possint, per quem absolvantur a reservatis etiam Locorum Ordinariis, et Apostolicae Sedi, exceptis iis, quae in Bulla Coenae continentur; eisdem rursus et aliis utriusque sexus Christifidelibus ter in singulos annos concessit in perpetuum Indulgentiam Plenariam, plenumque Jubilaeum; ut latius in ejus Brevi dato nonis Augusti 1561, cujus verba referuntur in folio per manus omnium misso.

Hinc orta sunt dubia quinque in Congregatione discussa.

1m *An ille Presbyter sit, oporteat, approbatus ab Ordinario ex praescripto capitis* 15 *sessionis* 23 *Concilii Tridentini?*

2m *An sit revocata ea facultas absolvendi a casibus, qui Locorum Ordinariis reservata sunt?*

3m *An sint excepti casus Apostolicae Sedi reservati, quos Clemens VIII recensuit in sua Constitutione* 115?

4m *Quid nomine pleni Jubilaei Pius IV intelligat, praesertim vero, an hi quoque possint Confessarium eligere uti dictum est qui Confraternitati non sunt adscripti?*

5m *An vetari debeat Confratres hanc Indulgentiam sub nomine pleni Jubilaei promulgare, si facultas eligendi Confessarium pro reservatis, omnibus generatim data non est, ne decipiantur Fideles: an vero alia commodiori via debeat periculum deceptionis declinari?*

Ad tria priora dubia Sac. Congregatio respondit — Affirmative.

Ad 4m Nomine pleni Jubilaei non contineri facultatem ullam absolvendi a reservatis, neque posse ab his absolvi, qui Confraternitati non sunt adscripti.

Ad 5m Hanc Indulgentiam in posterum nomine Plenariae Indulgentiae, non pleni Jubilaei promulgandam esse, ac monendos Officiales Confraternitatis, praedictam facultatem a reservatis absolvendi aliqua ex parte revocatam fuisse per Constitutiones Apostolicas, et Apostolica Decreta; idemque significandum Eminentissimis DD. Vicario et Protectori, ut rem hanc prudentia sua moderentur.

Datum die 31 Januarii 1679.

Michael Angelus Riccius Secret.

XXIV.

Sac. Congregatio ut Indulgentiarum nonnullis abusibus moderetur, 7 die Martii 1678 cunctas Indulgentias ante Pauli V Breve cujus initium est « *Quae salubriter* etc. » habitas per Aggregationem vel aliam Communicationem, ab Archiconfraternitate, Congregatione, Ordine, Capitulo vel coetu quocumque, vel ab eorum officialibus, superioribus, aliisve personis, vel persona etiamsi earum, vel ejus mentio specialis, et individua facienda esset, nullius esse roboris, et momenti declaravit, nisi fuerint auctoritate Romani Pontificis, deinde innovatae vel confirmatae. Sed in eodem Brevi cum Paulus apertissimis verbis confirmet Indulgentias, peccatorum remissiones, gratias et privilegia per Lateranensis Ecclesiae Capitulum et Canonicos, vigore Indultorum eis ab Apostolica Sede concessorum, hactenus (hoc est usque ad 23 diem Novembris 1610 dumtaxat, in qua Breve datum est) concessa et communicata Ecclesiis, Cappellis, Altaribus, Oratoriis, aliisque locis piis; nemini dubium esse potest quin ipsa rata et firma sint, utpote Pauli auctoritate confirmata : ea tamen Sac. Congregatio praefati Capituli et Canonicorum supplicationibus annuens, rata, et valida esse declarat.

Romae 11 Julii 1679.

A. Card. Homodeus.
Michael Angelus Riccius Secret.

XXV.

Orta Neapoli controversia, et ad Sac. Congregationem delata, de Clausula quadam Bullae datae

Digitized by Google

9 Februarii anno 1562, ubi Pius IV Monialibus S. Clarae ejusdem Urbis plenariam omnium peccatorum remissionem et Indulgentiam in forma Jubilaei elargitus est in festo Corporis Domini, a primis vesperis et subsequentem per totam ipsius Octavam, et secunda die Mensis Augusti a primis item Vesperis usque ad occasum solis; eadem Congregatio diligentius Bullae tenorem expendit, atque declarat, ne Christifidelibus allucinationis locus relinquantur, in illa nullam tribui facultatem absolvendi a reservatis aut Indulgentiam supradictam per modum suffragii Defunctis applicandi, qua de re nullus audeat dubitare.

Datum die 11 Septembris 1679.

Michael Angelus Riccius Secret.

XXVI.

Dubio per virum Religiosum Sac. Congregationi proposito, et in ea examinato, *utrum in generali revocatione Indulgentiarum quae in Brevi* « ROMANUS PONTIFEX » *Pauli PP. V habetur dato* 23 *Maii* 1606 *comprehendantur personae, quae substantialia Religionis Vota non emittunt, intra vel extra Claustra degentes;* eadem Sac. Congregatio respondit, has minime comprehendi.

Datum Romae die 15 Julii 1681.

Michael Angelus Riccius Secret.

XXVII.

Procurator Generalis Ordinis S. Birgittae, seu SSmi Salvatoris exposuit, multis, qui legerunt vel audierunt in decreto hujus Sac. Congregationis lato die 7 Martii 1678 apocryphis et falsis Indulgentiis annumerari eas, quae innixae dicuntur, revelationi factae S. Birgittae, Mectildi et Elisabeth, in dubium venire Indulgentias Ecclesiarum Ordinis sui, et pro aliqua declaratione Sac. Congregationi supplicavit, quae precibus ejus inclinata declarat (quamquam res nullam dubitationem habet) Indulgentias Brevibus, aliisque summorum Pontificum litteris, vel Constitutionibus innixas in praedicto decreto minime comprehendi.

Datum Romae die 15 Julii 1681.

Michael Angelus Riccius Secret.

XXVIII.

ROMANA.

1° *An attentis verbis expressis in formula Indulgentiarum, quas Sanctissimus Dominus Noster Numismatibus concedit, Indulgentiae applicentur illis Numismatibus, quae duplicem imaginem* Sancti *scilicet et* Beati *praeseferunt?* et quatenus Negative.

2° *Qua ratione in posterum sit consulendum, ne ullus hac in re abusus possit irrepere?*

Sac. Congregatio diei 22 Decembris 1710 respondit

Ad 1m Affirmative.

Ad 2m Provisum in primo.

XXIX.

An aliqua ratione fieri possit, ut Rustici, qui Sacra Numismata suscipiunt a nonnullis, a quibus Christiana Doctrina imbuuntur, eadem Numismata absque Indulgentiae detrimento aliis tradere valeant?

Sac. Congregatio diei 25 Februarii 1711 respondit — Negative.

XXX.

Cum Venerabilis Archiconfraternitas Doctrinae Christianae posita in Ecclesia S. Martini de Urbe, Sacrae Congregationi Indulgentiarum humiliter exposuerit, saepius a nonnullis dubitatum fuisse, an attenta Bulla a San. mem. Paulo V edita, quae incipit « *Ex credito,* » satis sit ut una Confraternitas ejusdem Instituti in aliqua Civitate aggregetur, ad hoc ut cunctae aliae similes Confraternitates ab Ordinario Loci erectae, seu erigendae aggregatae pariter censeantur, vel potius insuper requiratur, ut singulae Confraternitates, quae in tota Dioecesi eriguntur, ab Archiconfraternitate seorsim aggregationem suscipiant; cumque pariter supplices preces porrexerit, ut Eminentissimi Patres ea de re suum Oraculum proferre dignarentur; eadem Sac. Congregatio, etiamsi verba praedictae Bullae satis clara viderentur, tamen ne ullus in posterum dubii locus superesset, die 23 Martii 1711 declaravit sufficere, ut aliqua Confraternitas Doctrinae Christianae in una Civitate Archiconfraternitati aggregata sit, ad hoc ut cunctae aliae ab Ordinario Loci in tota Dioecesi erectae seu erigendae, aggregatae censeantur, et omnium spiritualium Gratiarum et Indulgentiarum, quibus dicta Archiconfraternitas fruitur participes sint.

Datum die 26 Martii 1711.

J. M. CARD. GABRIELLIUS PRAEF.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

Digitized by Google

XXXI.

Licet ab hac Sacra Congregatione Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita non semel declaratum fuerit nonnulla Sanctimonialium Monasteria, quae antea sub gubernio Fratrum sui Ordinis degebant, per hoc, quod Episcopo loci subjecta deinde fuerint, Privilegia et Indulgentias, quibus antea fruebantur nullatenus amisisse; tamen cum saepius alia etiam Monasteria, quae simili modo sub immediatam Episcoporum jurisdictionem translata sunt, idem ab Apostolica Sede declarari humiliter postulaverint; ut nulla in posterum dubitandi ratio supersit; eadem Sacra Congregatio re mature discussa die 20 Aprilis 1711 declaravit, Monasteria omnia Sanctimonialium, quae a cura et gubernio Fratrum suorum Ordinum sub immediatam jurisdictionem Episcoporum translata sunt, seu in posterum transferri aliqua ratione contigerit, non ideo Privilegia et Indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse, seu amissura fore : sed eodem modo cunctis praedictis Privilegiis et Indulgentiis uti et frui debere, ac si sub gubernio Fratrum suorum Ordinum actu existerent, quam Sac. Congregationis Sententiam Sanctissimus Dominus Noster die 22 ejusdem mensis approbavit.

L. Card. Picus Praef.
Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

XXXII.

An cum in Brevibus Indulgentiarum verba illa apponuntur « Praesentibus ad septennium tantum valituris » ***idem septennium debeat a die datae, vel a die publicationis computari?***

Sac. Congregatio diei 18 Maii 1771 respondit — Computandum a die datae.
(*Vide etiam* Decretum LXXXIII.)

XXXIII.

Praecipuas inter curas, quibus Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacr. Reliquiis praeposita sedulo incumbit, ea est, ut Indulgentias, quae a nonnullis interdum temere evulgantur, mature expendat, et quas aut revocatas, aut falsas, et apocryphas esse deprehenderit, ne fideles illarum assequendarum spe decipiantur, palam detegat atque prohibeat.

Cum itaque Sac. Congregationi delatum fuerit, in libello quodam Veronae impresso anno 1711, cui titulus « *Breve Notizia del santo Abitino che si dispensa da' PP. Teatini ad onore dell' Immacolata Concezione di Maria Vergine in virtù d'un Breve Apostolico di Clemente X, confermato con altro del Regnante Sommo Pontefice in data delli* 12 *Maggio* 1710 *con le Indulgenze proprie e dell'aggregazione alla loro Religione etc.* (1) plurimas Indulgentias falsas contineri, veluti a Summis Pontificibus concessa, aut quoquomodo communicatas, gestantibus scapulare parvum coerulei coloris, quod vocant Conceptionis Beatissimae Virginis Immaculatae. Ideo re mature perpensa die 22 Februarii 1712 declaravit nullas alias Indulgentias pro gestatione praedicti scapularis acquiri nisi illas, quas SS. Dominus Noster litteris in forma Brevis desuper editis die 12 Martii anno 1710 clementer concessit his verbis : Omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, quibus scapularia benedicta hujusmodi; ut praeferetur, in posterum distribuentur, die, quo illa primum susceperint, si vere poenitentes et confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam; nec non eisdem in cujuslibet eorum mortis articulo si etiam vere poenitentes et confessi et S. Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Nomen Jesu, ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, itidem Plenariam; Ac ipsis pariter vere poenitentibus et confessis, ac eadem S. Communione refectis qui aliquam ex Ecclesiis dictae Congregationis vel Cappellam, sive Oratorium die festo ejusdem Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculatae a primis Vesperis usque ad Occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum etc. preces effuderint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper praedictis Christifidelibus etiam vere poenitentibus et confessis, etc. S. Communione refectis Ecclesiam, vel Cappellam seu Oratorium hujusmodi in aliis ejusdem B. Mariae Virginis festis diebus, ut praefertur visitantibus, et ibidem orantibus, quo die praedictorum id egerint septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus, etc.

Cumque pariter Sac. Congregationi innotuerit in

(1) Brevis notitia parvi sacri habitus qui distribuitur a PP. Theatinis, in honorem Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, virtute Brevis apostolici Clementis X, confirmati per aliud regnantis Summi Pontificis de die 12 Maii 1710 cum indulgentiis propriis, necnon aggregationis sacro suo ordini, etc.

Digitized by Google

alio libello Bononiae impresso anno 1707, qui inscribitur « *Sacro Diario delle Grazie e Indulgenze concesse alla Compagnia della Cintura detta di S. Agostino, e di S. Monica* etc. (1) » multas pro Cincturatis referri Indulgentias, quarum aliquae, aut revocatae aut falsae omnino sunt. Ideo Sac. eadem Congregatio praedicta die 22 Februarii 1712 similiter declaravit, Cincturatos nullas alias Indulgentias pro gestatione Cincturae lucrari posse, nisi illas, quae expresse continentur in Brevi a Sac. M. Clemente X desuper edito, quod incipit « *Ex injuncto Nobis coelitus* etc. » dato die 27 Martii 1675.

Et ut omnis in posterum erroris, ac deceptionis occasio auferatur, districte prohibuit, ne aliae Indulgentiae voce aut scripto publicentur pro gestatione supramemorati parvi Scapularis, aut praedictae Cincturae, praeter eas, quae in supradictis Brevibus Sanctissimi Domini Nostri Clementis XI, et S. M. Clementis X respective continentur. Ac insuper recensitos libellos, alterum Veronae, alterum Bononiae impressum proscribendos censuit, sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis.

Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino relatis, Sanctitas Sua Sac. Congregationis Sententiam approbavit, et in omnibus servari jussit.

Datum die 24 Februarii 1712.

F. Thomas Ma: Card. S. Clementis.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

XXXIV.

ORDINIS FRATRUM CAPPUCCINORUM.

1m *An in omnibus Ecclesiis Fratrum Cappuccinorum Indulgentia Plenaria pro festis diebus Sanctorum Paschalis Baylon et Joannis a Capistrano concedi debeat? et quatenus affirmative.*

2m *An petita Indulgentia perpetua vel solum ad septennium concedenda sit?*

Sac. Congregatio diei 25 Septembris 1713 respondit

Ad 1m Affirmative.

Ad 2m Concedendam esse Indulgentiam Plenariam perpetuam.

XXXV.

FERRARIEN.

An Tunica S. Catharinae de Bononia in Conventu Monialium Sanctissimi Corporis Christi Civitatis Ferrarien, asservata in earum Ecclesia exponi et in solemni Supplicatione gestari possit?

Sac. Congregatio diei 25 Septembris 1713 respondit — Quoad Processionem « Nihil »; in reliquis « Ad Dominum Episcopum. »

XXXVI.

Sanctissimus Dominus Noster audito voto Sac. Congregationis Indulgentiis et Sac. Reliquiis praepositae, praevia revocatione omnium Indulgentiarum quomodolibet concessarum Coronis, quas vocant S. Birgittae, salvis tamen Indulgentiis iisdem Coronis concessis a S. M. Clemente X 6 idus Julii 1675, concessit recitantibus quotidie per integrum annum praedictam Coronam S. Birgittae, dummodo sit saltem quinque decadum, Indulgentiam Plenariam cum facultate etiam applicandi Defunctis. Facta insuper declaratione quod Superiores dumtaxat Monasteriorum Ordinis S. Birgittae, seu Religiosi ejusdem Ordinis, qui fuerint ab illis specialiter ad id deputati, habeant facultatem supradictas Coronas benedicendi. Ita Sac. Congregatio diei 5 Septembris 1714.

(*Vide* summarium Indulgentiar. *in Appendice* N. IV.)

XXXVII.

An cuncta Monasteria Monialium, quae nunquam sub gubernio Superiorum sui Ordinis fuere, iisdem Indulgentiis fruantur, quibus gaudent Moniales, quae actu degunt, vel saltem aliquando exstitere sub immediata jurisdictione Superiorum Regularium sui Ordinis?

Respondetur « Supplicandum Sanctissimo pro declaratione, quod Moniales cujuscumque Ordinis Regularis, quamvis actu non degant nec umquam exstiterint, sub gubernio Regularium, gaudeant omnibus Indulgentiis, quibus fruuntur caeterae Moniales, quae sub gubernio Fratrum sui Ordinis exstant; et quatenus opus sit pro nova concessione earumdem Indulgentiarum. » Ita Sac. Congregatio diei 30 Martii 1716.

XXXVIII.

In Sac. Congregatione Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita habita die 28 Aprilis labentis anni 1716 relatis precibus P. Joannis a S. Fran-

(1) Ephemeris sacra gratiarum et indulgentiarum quae concessa fuere Societati cinguli S. Augustini et S. Monicae nuncupati, etc.

Digitized by Google

cisco Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniae humiliter postulantis declarari « *An Sodales Confraternitatum sui Ordinis loco Scapularii, quod plerique gestare solent, exiguum panni albi frustulum, cui parvula Crux rubri et coerulei coloris acu intexta est vesti assutum deferentes lucrari valeant Indulgentias concessas iis qui Scapularium deferunt?* Eminentissimi Patres declararunt « Non lucrari ».

Datum die 29 Aprilis 1716.

L. Card. Picus Praef.
Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

XXXIX.

Ne contra veterem et probatam in Ecclesia consuetudinem Indulgentiarum numero nimis aucto, Ecclesiastica disciplina enervetur, saepius in Brevibus apponi consuevit clausula illa « *Volumus autem, ut si alias Christifidelibus dictam Ecclesiam qualibet anni die visitantibus alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, praesentes litterae nullae sint.* » Cum autem alias pro ejusdem clausulae explicatione supplicatum fuerit, Sac. Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita declaravit « *ea nullatenus comprehendi Altaria privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias, aut certo personarum generi concessas, ut Confraternitatibus, Regularibus, et Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias aliasque hujusmodi recitantibus, ac iis, qui Christiana Doctrina erudiuntur, vel alios erudiunt, et qui Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti expositione cum oratione quadraginta horarum intersunt neque Stationum Urbis et septem Altarium Indulgentias ad instar septem Altarium Basilicae Vaticanae concessas, neque demum, quae pro unica vice conceduntur. Caeterum si alia Indulgentia sive Plenaria sive non Plenaria in perpetuum vel ad tempus, tum ab eodem tum ab alio Romano Pontifice generatim Christifidelibus Ecclesiam vel aliquod ejus Altare, seu Cappellam visitantibus eodem die vel diverso concessa fuerit, de qua non fiat in Litteris Apostolicis mentio, has Litteras ob dictam clausulam esse prorsus irritas ac nullas* » ut expresse habetur in Decreto ab eadem Sac. Congregatione desuper edito die 23 Junii anni 1676. Postea tamen eidem Sac. Congregationi delatum fuit non paucos esse, qui praedictum Decretum non recte intelligentes sibi suadent, quod si in aliqua Ecclesia jam concessae reperiantur Indulgentiae, quae pro Feriis Sextis mensis Martii dari solent, et postea in eadem Ecclesia alia Indulgentia concedatur cum appositione in Brevi supra memoratae clausulae « *Volumus autem* etc. », Indulgentia quae postremo loco data est valida sit, quapropter ut omnis in posterum erroris occasio auferatur, eadem Sac. Congregatio habita die 18 Aprilis anni 1716 declaravit Indulgentiam ultimo loco ita concessam ob saepe dictam clausulam « *Volumus autem* etc. » Litteris Apostolicis insertam, esse nullam.

Datum die 11 Septembris 1716.

L. Card. Picus Praef.
Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

(*Vide etiam* Decreta XV, CXXXV.)

XL.

1° *An Benefactores Ordinis S. Augustini gaudentes aggregatione per affiliationem ejusdem Ordinis, et Confratres Cincturati, etsi non dicant quinque* Pater *et* Ave, *participent omnes et singulas Indulgentias, aliaque bona spiritualia Ordinis S. Augustini?*

2° *An visitatio Altarium suppleri possit a Confratribus in aliena Ecclesia, praecipue quando sunt in locis, in quibus non est Ecclesia Ordinis S. Augustini, aut non est erecta Confraternitas Cincturatorum, et an Principes in Ecclesia Aulica lucrari possint Indulgentias visitationis Altarium?*

3° *An sufficiat Cingulum quomodocumque deferre?*

4° *An per communicationem privilegiorum et gratiarum, cum Ordine S. Augustini, et cum aliis Ordinibus Cincturati participent omnia opera bona totius militantis Ecclesiae?*

Sac. Congregatio diei 22 Februarii 1717 respondit

Ad 1m Benefactores gaudentes affiliatione Ordinis S. Augustini participes esse bonorum operum, quae fiunt in eodem Ordine, etsi quinque *Pater et Ave* non recitent, et Confratres non gaudere Indulgentiis nisi recitent quinque *Pater et Ave.*

Ad 2m Negative.

Ad 3m Negative.

Ad 4m Quemlibet Fidelem existentem in gratia participare de bonis operibus Militantis Ecclesiae.

Digitized by Google

XLI.

ORDINIS CANONICORUM REGULARIUM CONGREGATIONIS WINDESIMENSIS.

An Ecclesiae Canonicorum et Canonissarum Congregationis Windesimensis ubicumque existentes participes sint omnium Indulgentiarum, quibus gaudet Congregatio Canonicorum Lateranensium?

Sac. Congregatio diei 14 Februarii respondit « Affirmative. »

XLII.

1° *An quando in Brevibus legitur* « Quoties Ecclesiam visitaverint vel quid simile » *plures Plenariae Indulgentiae eamdem Ecclesiam uno die visitando acquiri possit?*

2° *An idem dicendum sit, si non solum in Brevibus legatur* « Quoties visitaverint », *sed etiam addatur* toties *Indulgentiam consequantur?*

Sac. Congregatio respondit sub eadem die « Ad mentem, et mens est, quod nihil desuper statuatur. »

XLIII.

Decet Sacram Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositam, Indulgentias aut revocatas, aut falsas, aut apocryphas detegere atque prohibere, ut quae verae sunt a Fidelibus dignoscantur, et circumspecte prospicere, ut omnis in re tam sacra turpis quaestus eliminetur.

Mature itaque perpenso Summario quodam Indulgentiarum, quod inscribitur « *Breve Sommario delle principali Grazie, e Indulgenze concesse ai Religiosi dell'Ordine della Santissima Trinità della Redenzione de' Schiavi Christiani : delle quali godono tutti quelli che portano lo Scapulario ovvero Abitino, e visiteranno le Chiese o Cappelle di detto Ordine, le quali Indulgenze sono state approvate da'Sommi Pontefici e di nuovo dalla fel. mem. di Papa Innocenzo XII, come si vede nella Bolla spedita l'anno* 1693 (1) » impresso Neapolis anno 1716, in quo Summario, nedum quam plurimae Indulgentiae falsae continentur, verum etiam contra Apostolica Decreta pro earumdem Indulgentiarum assecutione pecuniae solutio praescribitur. Sacra eadem Congregatio die 20 Decembris anni 1718 dicti Summarii Neapolis ut supra impressi, vel denuo ubicumque imprimendi usum interdixit, illudque prohibuit sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis. Insuper declarando, nullis aliis Indulgentiis frui posse Confraternitates erectas, seu in posterum erigendas sub titulo Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, nisi illis quae habentur in Summario alias Romae impresso, et ab eadem Sacra Congregatione approbato die 31 Januarii 1675.

Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatis Sanctitas Sua Sententiam Sac. Congregationis approbavit.

Datum die 22 Decembris 1718.

J. D. Card. Paracianus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

(1) Breve summarium principalium gratiarum et indulgentiarum quae concessae fuere Religiosis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Christianorum : quibus gaudent omnes qui deferunt Scapulare seu parvum habitum, et visitaverint Ecclesiam seu Capellam dicti Ordinis ; quae Indulgentiae approbatae fuerunt a summis Pontificibus, et denuo a fel. rec. Papa Innocentio XII, ut videre est in bulla data anno 1695.

XLIV.

Cum Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquis praeposita, re mature perpensa, deprehenderit, nonnullas Indulgentias, falsas, apocryphas aut ab Apostolica Sede revocatas contineri in libello impresso per Carolum Josephum Astorinum anno 1712 Papiae et Laude Pompeja, cui titulus « *Compendio della Regola del Terz' Ordine de' Penitenti del Serafico Padre S. Francesco confermata da Papa Niccolò IV nuovamente per comodità dei Terziarii e Terziarie che oggidi si trovano sotto la protezione del medesimo S. Padre, ristampato ad istanza dei Fratelli e Sorelle di detto Ordine eretto nell' Insigne Chiesa di S. Francesco di questa Città dit Lodi, con l' aggiunta d' una breve Notizia dell' Indulgenze, Favori e Privilegi più cospicui concessi da' Sommi Pontefici a quest' Ordine* etc. (1) » et in quodam Summario Indulgentiarum edito Ulyssipone anno 1681 typis Antonii Craesbecch de Melo, quod inscribitur « *Summario do Thesauro Celestial das Indul-*

(1) Compendium Regulae Tertii Ordinis poenitentium Seraphici Patris S. Francisci confirmatae a summo Pontifice Nicolao IV, recenter pro commoditate Tertiariorum et Tertiariarum, qui hodiè sub protectione ejusdem S. Patris vivunt, iteratis typis edita, ad instantiam fratrum et sororum dicti ordinis erecti in insigni Ecclesia S. Francisci hujus civitatis Laudensi ; addita brevi notitia indulgentiarum, favorum et privilegiorum magis conspicuorum a summis Pontificibus huic ordini concessorum, etc.

Digitized by Google

gencias graças, faculdades et privilegios concedidos per muytos Romanos Pontifices ao Sagrado, et Apostolico Hospital de Santo Spirito em Saxia da Cidade de Roma confirmadas ora nuovamente pelo Sanctissimo Papa Gregorio XIII nosso Senhor : as quaes se concedem pelos Commissarios Collectores Deputados por este Sancto Officio a todos et cadehum dos Fieis Christaos, que quizerem entrar na Santissima Confraria da Casa et Hospital de nossa Senhora da Victoria desta *Citade de Lisboa* (1). » Eadem Sacra Congregatio die 29 Januarii anni 1720 censuit libellum supra enunciatum, praedictumque Summarium prohiberi, illorumque usum interdici debere sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis.

Quam Sac. Congregationis Sententiam per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatam, Sanctitas Sua approbavit die 31 ejusdem mensis.

Datum die 14 Februarii 1720.

J. D. Card. Paracianus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

XLV.

Ad tollendos nonnullos abusus, qui in expediendis literis patentibus aggregationum Archiconfraternitatibus Almae Urbis retroactis temporibus irrepserant, Sac. Congregatio Indulgentiarum Decreto edito die 5 Martii 1608 approbante S. M. Paulo V statuit atque decrevit, ut pro expeditione praedictarum litterarum aggregationum, seu potius pro expensis desuper faciendis, nempe pro pergamena, scriptura, sigillo, capsulis, cordulis, cera, Secretarii, Notariique labore, vel mercede, aliisque omnibus quibuscumque nihil omnino ultra scutum unum aureum pro singula aggregatione, institutione, vel confirmatione quovis praetextu, aut colore etiam merae eleemosynae exigi, aut recepi valeat, sub poena ipso facto incurrenda nullitatis aggregationis, omniumque Indulgentiarum, et spiritualium gratiarum in aggregationibus contentarum, cum privatione etiam facultatis aggregandi, et privatione pariter Officiorum, et inhabilitate ad eadem Officia in posterum obtinenda pro Ministris, Superioribus, Officialibus, aliisque contra praedictum Decretum facere praesumentibus; quae a nullo alio, nisi a Romano Pontifice pro tempore existente remitti valeat, aliisque etiam sub gravioribus poenis, arbitrio ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis imponendis. Ne autem longo temporis decursu praedicti Decreti oblivio induci, ac denuo abusus irrepere possint, Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita habita die 9 Aprilis 1720 decrevit, atque mandavit singulis Ordinibus, Religionibus, Institutis, et Archiconfraternitatibus, eorumque Superioribus, Ministris, atque Officialibus quocumque nomine nuncupatis, ut pro expediendis litteris patentibus agregationum seu potius pro illarum expensis quibuscumque nihil ultra unum scutum aureum sub quovis praetextu, aut quaesito colore, etiam a sponte dantibus, aut titulo eleemosynae recipere audeant, aut recipi permittant sub iisdem poenis contentis in supra memorato Decreto edito die 6 Martii 1608, ne Confraternitates aggregandae sumptibus nimium graventur, et ut omnes intelligant, coelestes Ecclesiae Thesauros non quaestus aut alicujus lucri causa, sed ad pietatem Fidelium excitandam ex Apostolicae Sedis benignitate aperiri. Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Clementi XI relatis, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Decretum approbavit, et in omnibus executioni mandari jussit.

Datum die 10 Aprilis 1720.

J. D. Card. Paracianus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

XLVI.

SOCIETATIS JESU.

Ad humillimas preces Aloisii Fortis Societatis Jesu Praepositi Generalis Sanctissimus D. N. benigne annuens eidem ac Vicario Generali, tum cum ejusdem vices fecerit, facultatem impertitus est aggregandi Confraternitates sub titulo Bonae Mortis; Eisdemque sic aggregatis et canonice erectis, omnes et singulas Indulgentias a Praedecessoribus suis Pontificibus huic primariae Congregationi Urbis sub eodem titulo Bonae Mortis in Ecclesia Jesu, de qua in precibus existen. concessas communicandi facultatem pariter elargitus est. Non obstantibus in contrarium etc. Praesenti in perpetuum valituro. Datum etc.

Die 6 Februarii 1721.

(1) Summarium Coelestis Thesauri Indulgentiarum, gratiarum, facultatum, et privilegiorum a multis Romanis Pontificibus concessorum Sacro et Apostolico Hospitali Sancti Spiritus in Saxia Urbis Romae, nunc recente, a SSmo Dno Nro Papa Gregorio XIII confirmatorum, quae conceduntur a Commissariis Collectoribus Deputatis ab hoc Sancto Officio omnibus et singulis fidelibus Christianis nomen dare volentibus Sanctissimae Confraternitati domus et Hospitalis nostrae Dominae de Victoria hujus civitatis Ulyssiponensis.

Digitized by Google

XLVII.

Nuper Sacrae Congregationi Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae delatum fuit, passim evulgari Summarium quoddam Indulgentiarum Germanico idiomate conscriptum quod latine versum incipit « *Indulgentiae, quae concessae fuerunt a San. mem. Sixto V, Urbano VIII, Innocentio X, Alexandro VII, Clemente IX super Coronis, Crucibus, factis Hierosolymis, et Bethlehem denuo confirmatae a Summis Pontificibus Clemente X et Innocentio XI die* 11 *Junii anni* 1670 etc. » impressum Augustae ab Joanne Michaele Labhort anno 1720.

Cum autem in dicto Summario nonnullas Indulgentias falsas aut apocryphas aut ab Apostolica Sede revocatas contineri deprehensum fuerit; ideo ne Fideles decipiantur eadem Sac. Congregatio habita die 11 Martii 1721 praedicti Summarii Augustae impressi, vel denuo ubicumque imprimendi usum interdixit, illudque prohibuit sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis, declarando, gestantes Cruces, et Coronas, quas San. mem. Innocentius XI Litteris in forma Brevis emanatis die 28 Januarii anni 1688 praedicta gestantibus, et pia opera in eodem Brevi praescripta devote peragentibus concessit.

Insuper cum eidem Sacrae Congregationi pariter delatum fuerit nonnullos turpis lucri cupidos, non sine magno Fidelium scandalo praedictas Cruces et Coronas publice vendere, aut mercibus commutare ausu temerario non erubescere; Ideo districte prohibuit, ne in posterum aut publice, aut secreto vendantur, vel quomodocumque commutentur; addita etiam declaratione, quod non transeant personam illorum, quibus prima vice distribuuntur, et quod neque commodari, aut praecario dari possint, et quod aliqua re ex praedictis deperdita, pro ea subrogari altera non valeat. Quod si secus fiat saepedictae Cruces et Coronae careant Indulgentiis jam concessis.

Cum etiam Sacrae Congregationi Indulgentiarum innotuerit, evulgatum fuisse alterum Summarium Indulgentiarium Germanico pariter idiomate conscriptum absque loco editionis, et nomine impressoris, cujus initium latine redditum est « *Indulgentiae quae Crucibus Caravaccensibus concessae fuerunt a Romanis Pontificibus Pio V, Gregorio XV et Clemente X, denuo confirmatae ab Innocentio XII* » Et incipit « *Pro Consolatione Christifidelium et S. Crucis Amatorum* » In quo multae Indulgentiae apocryphae et falsae deprehensae fuerunt. Eadem Sacra Congregatio dicti Summarii impressionem et usum sub iisdem poenis in Indice librorum prohibitorum contentis interdixit.

Quibus omnibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XIII relatis die 4 mensis Junii, Sanctitas Sua Sententiam Sac. Congregationis approbavit, et in omnibus executioni mandari jussit.

Datum Romae die 5 ejusdem mensis anni 1721.

L. Card. Picus Præfectus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

XLVIII.

ROMANA.

An praeter scutum aureum pro litteris aggregationis, Archiconfraternitas percipere possit etiam intortitium a Procuratore Archiconfraternitatis aggregandae in actu admissionis?

Sac. Congregatio diei 11 Maii 1722 respondit « In Decretis ».

XLIX.

AUGUSTANA.

An non obstante quod nomen S. Simpertii in Martyrologio Romano non reperiatur, Indulgentiae perpetuae Confraternitati erectae sub titulo S. Simpertii concedi debeant?

Sac. Congregatio diei 14 Decembris 1722 respondit « Negative ».

L.

AUGUSTANA.

An non obstante Decreto (die 5 Junii 1721 cum quo Sacra haec Congregatio districte prohibuit ne Cruces et Coronae quae Loca Terrae Sanctae et Sacras Reliquias ibi existentes tetigere, in posterum publice aut secreto vendantur), danda sit facultas supradictas Cruces et Coronas vendendi?

Sac. Congregatio sub eadem die respondit « Ne-
« gative ».

LI.

CONGREGATIONIS MONACHORUM EREMITARUM S. HIERONYMI

LOMBARDIAE.

An in cunctis Ecclesiis Congregationis Monachorum Eremitarum S. Hieronymi Lombardiae nuncu-

Digitized by Google

patorum Indulgentia Plenaria perpetua concedenda sit in festo S. Paulae Romanae?

Sac. Congregatio diei 13 Septembris 1723 respondit « Pro Gratia ».

LII.

MURANA.

An privilegium maneat, non obstante quod Altare sub eadem invocatione de novo aedificatum fuerit in alio quidem loco, sed in eadem Ecclesia?

Sac. Congregatio sub eadem die respondit « Affirmative. »

LIII.

CREMONEN.

1° *An Missa, quae cantatur a solo Sacerdote sine Ministris Sacris dici possit* Solemnis, *cum contrariae Sententiae sit Biss. de Miss. Solemn. pag.* 92 *litt. M.* 237, *et an assistentes eidem in praedictis festivitatibus lucrentur Indulgentiam?*

2° *An Missa, quae dicitur in Ecclesiis Regularium sine cantu et vocatur Conventualis, quia ad eam conveniunt Regulares, dici possit in hoc casu Solemnis?*

3° *An Missa, quae dicitur sine cantu, in Ecclesiis Monialium sit in ejusmodi casu* Solemnis, *licet dicatur ab earum Confessariis?*

4° *An Missa Parochialis, quae dicitur sine cantu, possit dici* Solemnis, *licet ad Eam pulsentur vel duae vel tres Campanae, et accendantur quatuor vel sex candelae, et quamvis ad Eam conveniat populus seu loci Clerus, nam contrariae opinionis est Gavantus, qui tom. 1. parte 1. tit. 15. num. 4. dicit illam esse* Privatam *non* Conventualem *seu* Solemnem, *et an assistentes omnibus praedictis Missis in ejusmodi festivitatibus lucrentur Indulgentiam Plenariam?*

Sac. Congregatio diei 14 Novembris 1724 respondit

Ad 1^m^ Negative.
Ad 2^m^ Negative.
Ad 3^m^ Negative.
Ad 4^m^ Negative.

LIV.

Cum Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae innotuerit in nonnullis Ecclesiis Italiae, praecipue vero in Regno utriusque Siciliae, Orationem Quadraginta horarum noctis tempore intermitti; orta dubitatio est « *An visitantes Augustissimum Eucharistiae Sacramentum modo supra memorato expositum Indulgentiam consequi valeant, cum in Brevibus pro Ecclesiis Italiae hactenus expeditis exposita sint verba* « Orationi quadraginta horarum continuatarum non autem interpolatarum? » Ideo re mature discussa, Eadem Sac. Congregatio declaravit, Indulgentiam ita lucrari minime posse. Ne autem in posterum Christifideles tanto coelestium donorum bono careant, censuit in illis Ecclesiis, in quibus rationabili de causa Oratio quadraginta horarum noctu intermitti consuevit, Indulgentia deinde concedatur ea conditione adjecta, ut nonnisi noctis tempore, nempe ab hora vigesimaquarta, usque ad auroram diei immediate sequentis saepedicta Oratio interpoletur. Cum autem votum Sac. Congregationis Sanctissimo Domino Nostro relatum fuerit.

Sanctitas Sua illud benigne approbavit, et eximia, qua Fideles omnes charitate complectitur, mandavit ut ea de re Episcopi certiores fierent, ut quisque suarum Ecclesiarum indigentiae omni, qua decet prudentia, ac diligentia consuleret, curando, ut nova Brevia desuper opportuna expediantur.

Datum Romae die 28 Novembris 1724.

L. CARD. PICUS PRAEF.
Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

LV.

Sanctissimus Dominus Noster ad humillimas preces Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum confirmavit omnia Altaria privilegiata perpetua quae reperiuntur concessa in nonnullis Ecclesiis trium Ordinum eidem Ministro Generali subjectorum. Quia vero in aliquibus aliis Ecclesiis eorumdem Ordinum Altare privilegiatum pro una vel pluribus Feriis cum aliquo determinato numero Missarum ad septennium seu ad aliud longius tempus nondum forsan elapsum, reperitur concessum, Sanctitas Sua, praevia illorum revocatione, eadem Altaria privilegiata denuo concessit in perpetuum pro Feriis, et cum numero Missarum ut infra.

In Ecclesiis itaque trium Ordinum praefatorum, in quibus usque adhuc nullum Altare privilegio decoratum existit, Sanctitas Sua concessit unicum tantum Altare privilegiatum perpetuum juxta modum, videlicet : In Ecclesiis Fratrum in quibus

Digitized by Google

quatuor Missae quotidie celebrantur, concessit Altare privilegiatum pro animabus quorumcumque Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, pro una Feria cujuslibet Hebdomadae. In quibus decem Missae, pro duabus Feriis; in quibus quindecim, pro tribus. In quibus vigitiquinque, pro quinque Feriis. Et in quibus trigintaquinque concessit Altare privilegiatum quotidianum. In Ecclesiis vero sitis in partibus Infidelium, vel Haereticorum, concessit Altare similiter privilegiatum perpetuum absque expressione numeri Missarum pro una Feria in Hebdomada. Et in Ecclesiis in Regno utriusque Poloniae existentibus, pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria; cum numero trium Missarum pro duabus Feriis; cum numero sex Missarum quotidianum. In Ecclesiis autem Monialium pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria cujuslibet Hebdomadae absque expressione numeri Missarum, sed pro Monialibus tantum, earumque Consanguineis, Affinibus, et Benefactoribus.

Cum hac tamen declaratione, quod in singulis supra relatis Fratrum Ecclesiis, quibus modo Altare privilegiatum conceditur, Indultum sit restrictum ad Sacerdotes dumtaxat Ordinum supra expressorum inibi celebrantes; et quod Altaria, et Feriae pro quibus conceditur privilegium semel tantum ab Ordinariis locorum designari debeant.

Tandem Sanctitas Sua voluit, quod hujusmodi concessionibus fruantur, non solum Ecclesiae, quas in praesenti jam habent, verum etiam aliae omnes, quas in posterum praefatus Ordo Minorum, ipsiusque Generales Ministri acquirent.

Datum die 14 Decembris 1725.

L. Card. Picus Praef.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

LVI.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIII summa devotione motus, qua fervet erga Rosarium Beatae Mariae Virginis, ut adeo Ecclesiae utilis, Deoque accepta devotio in cuncto Christiano Populo magis, magisque augeatur et propagetur, audito Voto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus Rosarium, vel saltem tertiam partem ejusdem devote recitantibus; pro qualibet oratione Dominica, et pro qualibet salutatione Angelica Indulgentiam centum dierum concessit. Recitantibus vero quotidie per integrum annum idem Rosarium, vel pariter saltem ejus tertiam partem, si confessi, ac Sacra Communione refecti fuerint et pro Christianorum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione oraverint semel in anno, die ab unoquoque eligenda, insuper concessit Indulgentiam Plenariam etiam cum facultate applicandi Defunctis.

Declaravit tamen Sanctitas Sua ut ad effectum lucrandi praedictas Indulgentias requiratur, ut Rosarium fuerit de more benedictum a Fratribus Ordinis Praedicatorum.

Datum die 13 Aprilis anno 1726.

L. Card. Picus Praef.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

(*Vide etiam Decreta* LVII, DCXIV.)

LVII.

Cum Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Pater Procurator Generalis Ordinis Praedicatorum supplices preces porrexerit pro declaratione dubii : *An qui Sanctissimum Rosarium B. M. V. recitant, omissa consueta meditatione mysteriorum humanae reparationis, et illorum vice mortem aut caetera Novissima, vel alia pia, ac religiosa meditantur, Indulgentias a Summis Pontificibus concessas pro recitatione Rosarii lucrentur?* Sacra Congregatio die 6 Augusti 1726 respondit, « *Non lucrari* » quam Sacrae Congregationis declarationem per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatam, Sanctitas Sua benigne approbavit.

Datum die 13 Augusti 1726.

L. Card. Picus Praef.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

(*Vide etiam Decreta* LVI, DCXIV.)

LVIII.

MOTUS PROPRIUS.

Sanctissimus D. N. Benedictus PP. XIII concessit in omnibus et singulis Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Joannis De Deo, quibus sit proximum Hospitale sub cura Fratrum ejusdem Ordinis Altare privilegiatum perpetuum pro Animabus Fidelium decedentium in Hospitali praedicto, et Fratrum Defunctorum ejusdem Ordinis, hac tamen conditione adjecta, quod supramemorata Altaria sint lapidea et consecrata.

Datum die 13 Septembris 1726.

L. Card. Picus Praef.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

Digitized by Google

LIX.

Sanctissimus Dominus Noster ad humillimas preces Fr. Fulgentii Bellelli Procuratoris Generalis totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini confirmavit omnia Altaria privilegiata perpetua, quae reperiuntur concessa in nonnullis Ecclesiis praefati Ordinis.

Quia vero in aliquibus aliis Ecclesiis ejusdem Ordinis Altare privilegiatum pro una vel pluribus Feriis cum aliquo determinato numero Missarum ad septennium vel ad aliud longius tempus, nondum forsan elapsum reperitur concessum, Sanctitas Sua praevia illorum revocatione, eadem Altaria, privilegiata denuo concessit in perpetuum pro Feriis et cum numero Missarum ut infra.

In Ecclesiis itaque Ordinis praedicti in quibus usque adhuc nullum Altare privilegio decoratum existit, Sanctitas Sua concessit unicum tantum Altare privilegiatum perpetuum juxta modum videlicet:

In Ecclesiis Fratrum supradicti Ordinis, in quibus quatuor Missae quotidie celebrantur, concessit Altare privilegiatum pro Animabus quorumcumque Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, pro una feria cujuslibet hebdomadae: In quibus decem Missae pro duabus feriis; et in quibus quindecim pro tribus; in quibus viginti quinque pro quinque feriis; et in quibus triginta quinque, concessit Altare privilegiatum quotidianum.

In Ecclesiis vero sitis in partibus Infidelium vel Haereticorum, concessit Altare privilegiatum similiter in perpetuum pro una Feria in hebdomada absque expressione numeri Missarum.

Et in aliis Ecclesiis in Regno utriusque Poloniae existentibus pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria; cum numero trium Missarum; pro duabus feriis; cum numero sex Missarum quotidianum.

In Ecclesiis autem Monialum pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria cujuslibet hebdomadae, absque expressione numeri Missarum sed pro Monialibus tantum, earumque Consanguineis, Affinibus et Benefactoribus.

Cum hac tamen declaratione, quod in singulis suprarelatis Fratrum Ecclesiis, quibus modo Altare privilegiatum conceditur; Indultum sit restrictum ad sacerdotes dumtaxat Ordinis supra expressi inibi celebrantes, et quod Altaria et Feriae, pro quibus conceditur privilegium, semel tantum ab Ordinariis Locorum designari debeant.

Tandem Sanctitas Sua voluit, quod hujusmodi concessionibus fruantur non solum Ecclesiae, quas in praesenti jam habent, verum etiam aliae omnes, quas in posterum praefatus Ordo Eremitarum S. Augustini acquiret.

L. Card. Picus Praef.
Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

LX.

Saepius delatum fuit Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae in multis Christiani Orbis partibus, non sine magno Fidelium scandalo evulgata fuisse Summaria quaedam Indulgentiarum, quae falso asseruntur concessae Crucibus, Coronis, sacrisque Numismatibus ab Abbate Monasterii Beatae Virginis Montis Serrati benedictis. Quapropter re mature perpensa multa in praedictis Summariis falsa et apocrypha, aut revocata contineri compertum fuit, et ne Fideles decipiantur, eadem Sacra Congregatio declaravit nullis aliis Indulgentiis, aut privilegiis memoratas Cruces, aut Coronas, aut praefata Sacra Numismata gaudere, nisi illis, quae expressae continentur in Summario hoc anno 1727 nuper Romae Typis R. C. A. impresso et a Sac. Congregatione Indulgentiarum recognito. Caetera autem quaecumque Summaria, sive manu scripta sive impressa, tamquam apocrypha et expresse a Sanctissimo Domino Nostro revocata eadem Sac. Congregatio damnanda et prohibenda censuit, sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis: Signanter vero assertum quoddam Summarium, quod post titulum incipit « *Noverint universi, et singuli hoc praesens publicum transumptum visuri* etc. » contra mentem Sac. Congregationis Romae impresso elapso anno Typis Zinghi et Monaldi.

Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatis, Sanctitas Sua Sententiam Sac. Congregationis benigne approbavit et in omnibus executioni mandari jussit.

Datum Romae 21 januarii 1727.

L. Card. Picus Praef.
Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

LXI.

ORDINIS SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Sanctissimus Dominus Noster ad humillimas preces Fratris Atilani Perez de Arroyo Procuratoris Ge-

Digitized by Google

neralis totius Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, confirmavit omnia Altaria privilegiata perpetua, quae reperiuntur concessa in nonnullis Ecclesiis praefati Ordinis.

Quia vero in aliquibus Ecclesiis ejusdem Ordinis Altare privilegiatum pro una vel pluribus Feriis cum aliquo determinato numero Missarum ad septennium, vel aliud longius tempus, nondum forsan elapsum, reperitur concessum, Sanctitas Sua, praevia illorum revocatione, eadem Altaria privilegiata denuo concessit in perpetuum, pro Feriis et cum numero Missarum ut infra.

In Ecclesiis itaque Ordinis praedicti, in quibus usque adhuc nullum Altare privilegio decoratum existit, Sanctitas Sua concessit unicum tantum Altare privilegiatum juxta modum, videlicet :

In Ecclesiis Fratrum supradicti Ordinis, in quibus quatuor Missae quotidianae celebrantur, concessit Altare privilegiatum pro animabus quorumcumque Christifidelium, quae Deo in Charitate conjunctae ab hac luce migraverint, pro una Feria cujuslibet hebdomadae : in quibus decem Missae pro duabus Feriis : in quibus quindecim pro tribus : in quibus vigintiquinque pro quinque Feriis : et in quibus trigintaquinque concessit Altare privilegiatum quotidianum.

In Ecclesiis vero sitis in partibus Infidelium vel Haereticorum concessit Altare privilegiatum similiter perpetuum, pro una Feria in hebdomada absque expressione numeri Missarum.

In Ecclesiis autem Monialium, pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria cujuslibet hebdomadae, absque expressione numeri Missarum, sed pro Monialibus tantum, earumque consanguineis, affinibus et benefactoribus.

Cum hac tamen declaratione, quod in singulis supra relatis Fratrum Ecclesiis, quibus modo Altare privilegiatum conceditur, Indultum sit restrictum ad Sacerdotes dumtaxat Ordinis supra expressi inibi celebrantes, et quod Altaria et Feriae, pro quibus conceditur privilegium semel tantum ab Ordinariis Locorum designari debeant.

Tandem Sanctitas Sua voluit quod hujusmodi concessionibus fruantur non solum Ecclesiae quas in praesenti jam habent, verum etiam aliae omnes, quas in posterum Ordo Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum acquiret.

Datum Romae 29 Julii 1727.

L. Card. Picus Praef.
Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

LXII.

Litteris in forma Brevis emanatis die 14 Septembris 1724 Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIII omnibus utriusque sexus Christifidelibus ad sonitum Campanae consuetas preces « *Angelus Domini nuntiavit Mariae et concepit de Spiritu Sancto : Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum ; Et Verbum Caro factum est et habitavit in nobis* » et ter Salutationem Angelicam flexis genibus recitantibus semel in mense die ab unoquoque eligendo, si confessi, et Sacra Communione refecti fuerint, et pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione oraverint, Plenariam Indulgentiam concessit. Reliquis vero diebus praedictas preces ut supra recitantibus Indulgentiam centum dierum.

Quia vero Sanctitati suae expositum fuit, quod saepe Regulares, aliique in religiosis Domibus commorantes eo tempore, quo mane, meridie, aut vespere Campanae pulsantur, quibusdam actionibus ad Regularem observantiam spectantibus detinentur et hac causa easdem preces recitare tunc temporis minime possunt ac insimul praefatorum nomine humillime supplicatum fuit, ut ex Apostolicae Sedis dispensatione praedictas preces alio tempore recitando easdem Indulgentias lucrari valeant.

Ideo Sanctissimus Dominus Noster audito Voto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne indulsit, ut Regulares omnes, aliique, in Religiosis Domibus commorantes, si dum, ut supra, campanae pulsantur aliquod opus exercent, quod ad Regularem observantiam pertineat, nihilominus supramemoratas Indulgentias acquirere possint dummodo statim ac opus praedictum expletum fuerit preces supramemoratas flexis genibus devote recitent.

Datum die 5 Decembris 1727.

L. Card. Picus Praef.
Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

LXIII.

ORDINIS CARTHUSIANI.

Ad humillimas preces Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis die 16 Februarii 1729 Benedictus XIII benigne concessit privilegium quotidianum perpetuum pro omnibus Altaribus S. Brunonis in omnibus Ecclesiis Monachorum et Monialium Ordinis

Digitized by Google

Carthusianorum, in quibus non reperitur concessum, cum revocatione aliorum ad tempus concessorum.

Datum Romae, etc.

LXIV.

JUSTINOPOLITANA.

An vi aggregationis Ecclesiae Lateranensis concessum intelligatur privilegium Altaris?

Sac. Congregatio diei 9 Maii 1729 respondit « Negative. »

LXV.

Ad humillimas preces P. Joannis Thony Provinciarum Germano-Belgicarum Agentis Generalis Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIII annuit, quod Ecclesiae Fratrum Minorum Recollectorum Provinciae Germaniae superioris sive Argentinae gaudeant Privilegio perpetuo pro duabus feriis in hebdomada absque expressione numeri Missarum, in illis tamen Ecclesiis in quibus Fratres illius Provinciae Missionibus, et aliis Pietatis et Misericordiae operibus occupati determinato numero Missarum injuncto in Indulto generali sub die 14 Septembris 1725 satisfacere non possunt.

Datum die 20 Julii 1729.

J. Archiepiscopus Tyri Secret.

LXVI.

Sanctissimus annuit, quod Ecclesiae Fratrum Minorum Discalceatorum Ordinis S. Francisci Provinciae tantum S. Didaci de Mexico in nova Hyspania gaudeant privilegio unius Altaris quotidiani perpetui absque expressione numeri Missarum, non obstante conditione apposita in Indulto generali concesso Universo Ordini.

Datum Romae die 14 Septembris 1729.

J. Archiepiscopus Tyri Secret.

LXVII.

AVVERTIMENTI NECESSARII PER BEN REGOLARE IL DIVOTO ESERCIZIO DELLA VIA CRUCIS.

Avendo la Santità di N. S. Papa Clemente XII alla suppliche del Procurator Generale dell' Ordine de' Fratri Minori di S. Francesco detti dell' Osservanza, tanto a nome suo come del Ministro Generale dello stesso Ordine, ampliata l'Indulgenza della Via Crucis con suo Breve in data delli 16 di Gennaro 1731, dal quale restano tolti alcuni dubii ch' erano insorti dopo il Breve della S. M. di Benedetto XIII suo predecessore; si degnò la Santità Sua, mosso dal Paterno suo zelo per la salute delle anime, di ordinare al Cardinal Prefetto della Sac. Congregazione delle indulgenze, che nel tempo stesso si fossero stabilite quelle regole e avvertimenti, ch' avessero potuto contribuire, acciocchè un sì santo e profittevole esercizio in cui deve meditarsi quell' atroce Passione, che il Nostro Redentore s' umiliò a soffrire *ob nimiam charitatem, qua nos dilexit*, si faccia da' Fedeli con quella divozione e raccoglimento, ch' è necessario a conseguire quell' effetto, che abbondantemente suol derivare. In esecuzione pertanto degli ordini, e della pia mente di Sua Santità si danno così a quelli che erigeranno le Vie Crucis, come alle persone, che vorrano approfittarsi die una tal devozione gli avvertimenti che sieguono.

1° Che essendo stata conceduta la facoltà di erigere le Vie Crucis alli Religiosi sudd. al Ministro Generale de' Frati Minori sì Osservanti, che Riformati, *privative quoad alios quoscumque* non è lecito ad altri erigerle, ed erigendosi non godono le Indulgenze.

2° Che non possono essere erette se non da' superiori locali dell' Ordine sudd. o di loro commissione da un altro Religioso dello stesso Ordine, il quale però sia Predicatore o almeno Confessore approvato.

3° Che debbono erigersi nella forma consueta, e sin' ora praticata nell' Ordine sudd.; cioè che sieno quattordici Stazioni, e che le Croci, o Cappellette rappresentino i Misteri della Passione. In quei luoghi poi, ne' quali si erigesse fuori della Chiesa come si usa in molti Conventi del detto Ordine, si procuri sempre di terminare o cominciare dalla chiesa, o luogo Sacro, con avvertire onninamente, che le Cappellette siano chiuse con cancelli da non potervi entrare nè persone nè gli animali, e che tanto esse, quanto le Croci siano collocate in luoghi non soggetti ad irriverenza, ed in caso che in progresso di tempo divenissero indecenti, debbano i Superiori sospenderle, sopra di che s' incaricano strettamente le loro coscienze.

4° Che nella stessa Chiesa o Luogo Pio, quando sia capace, sarà bene erigere per maggior comodo del popolo due Vie Crucis, una delle quali serva per gli uomini, e l' altra per le donne, e quando una si pianti fuori di Chiesa, se ne erigga sempre un' altra

Digitized by Google

nella Chiesa, qualora questa sia di tal capacità, che basti per non fare confusione, acciocchè in tempo di pioggia o d'altro impedimento si possa nonostante praticare così santo esercizio.

5° Che questa pratica sia uniforme in tutti i luoghi senza alterare punto quella che s'è osservata fin'ora nei Conventi dell'Ordine, cioè o processionalmente da tutto il popolo sotto la direzione di uno o più Sacerdoti, ovvero privatamente da ognuno. Quando si faccia la Via Crucis nel primo modo si disponga la Processione in maniera che gli uomini vadano separati dalle donne, cioè quelli prima, e queste dopo con uno o più Sacerdoti intermedj e ad ogni stazione un Chierico o Sacerdote legga ad alta voce la considerazione corrispondente ad ogni Mistero e Stazione e dopo recitato un *Pater et Ave* e fatto un atto di Contrizione si tiri innanzi, cantandosi fra una Stazione all'altra il *Stabat Mater*, o altra Orazione, avvertendo tutti di contenersi con somma modestia, silenzio, e raccoglimento, mentre per l'esperienza dimostra, che questo Santo esercizio praticato con pietà e divozione introduce a poco a poco ne' fedeli d'ogni condizione l'uso del meditare, e la riforma de' costumi.

6° Che praticandosi privatamente non è necessario recitare sei *Pater et Ave* ad ogni Stazione, come alcuni suppongono, ma basti meditare benchè brevemente la Passione del Signore che è l'opera ingiunta per fare acquisto delle Sante Indulgenze e conforme all'uso introdotto recitare un *Pater et Ave* ad ogni Croce e fore un atto di Contrizione.

7° Che essendo eretta la Via Crucis nella Chiesa per quel tempo degli Uffizii Divini, e della Santa Messa e quando in Chiesa vi sia tal concorso di popolo che possa cagionar tumulto, si astenghino di praticarla, tanto maggiormente, che non essendovi impedimento si devono visitare ad una ad una tutte le Stazioni.

8° Che dovendosi erigere la Via Crucis in qualunque Monastero di Monache o Conservatorio non è necessario entrare nella clausura, ma basta che un Religioso del medesimo Ordine d'età matura e qualificato, come s'è detto nel terzo avvertimento con licenza dell'Ordinario, benedica le Croci alle grate e faccia una breve istruzione alle Monache, ed altre che si trovassero in tal Monastero o Conservatorio circa il modo, con il quale è necessario di visitare le Croci per partecipare delle Indulgenze e riportarne profitto per le anime.

9° Che non si pubblichi dai Pulpiti, nè in altra forma e molto meno si scriva nelle Cappellette, o Stazioni un numero certo e determinato delle Indulgenze che s'acquistano, poichè si è conosciuto in più occasioni, che o per inavertenza, ed equivoco o per trasporto di divozione si altera o si confonde la verità delle Indulgenze; e perciò basti dire che chiunque s'impiegherà a meditare la Passione del Signore in questo Santo Esercizio, acquisterà per concessione de' Sommi Pontefici le stesse Indulgenze, che acquisterebbe, se visitasse personalmente le Stazioni della Via Crucis di Gerusalemme.

Dato li 3 Aprile 1731.

L. Card. Pico Prefetto.
Gio. Arcivescovo di Tiro Segr.

MONITA NECESSARIA AD BENE ORDINANDUM DEVOTUM EXERCITIUM VIAE CRUCIS.

Cum SSmus Dnus Nr Clemens XII ad supplices preces procuratoris generalis ordinis fratrum Minorum S. Francisci dictorum de observantia porrectas tam nomine suo quam ministri generalis ejusdem ordinis, ampliaverit Indulgentias viae crucis per breve de die 16 Januarii 1731, per quod tolluntur nonnulla dubia post breve fel. rec. Benedicti XIII sui praedecessoris exorta; eadem sanctitas sua mota paterno suo zelo pro salute animarum, dignata est mandare Cardinali praefecto Sacrae Congregationis indulgentiarum, ut eodem tempore statuantur regulae et monita quae conferre valeant ut tam sanctum ac proficuum exercitium, in quo meditanda est atrox illa passio quam Redemptor noster perpeti non respuit ob nimiam caritatem, qua nos dilexit, a fidelibus peragatur ea devotione eaque mentis recollectione, quae necessariae sunt ad consequendum illum effectum qui abunde emanare exinde solet. In executionem ergo mandatorum et piae intentionis suae Sanctitatis dantur tam iis qui viam crucis sunt erecturi, quam illis qui hujus devotionis fructum consequi voluerint, monita sequentia.

1° Cum facultas erigendi viam crucis concessa fuerit Religiosis, Ministro generali fratrum minorum tam de observantia quam reformatorum subditis, privative quoad alios quoscumque, non licet aliis eas erigere, et si erigantur, non gaudent indulgentiis.

2° Non possunt erigi nisi a superioribus localibus praedicti ordinis, vel ex eorum commissione ab alio religioso ejusdem ordinis, qui tamen sit praedicator aut saltem confessarius approbatus.

3° Erigi debent in forma consueta, et hactenus in supradicto ordine practicata; id est ut stationes sint numero quatuordecim et ut cruces vel parvae capellae repraesentent mysteria passionis. Iis porro in locis in quibus erigeretur extra ecclesiam, prout fit in multis conventibus praedicti ordinis, semper cura habeatur ut terminetur aut incipiatur ab ecclesia, aut loco sacro; et attendatur omnino ut parvae capellae cancellis clausae sint, ut intrare nequeant homines aut animalia, et ut tam ipsae quam cruces collocatae sint in locis non expositis irreverentiis; et casu, quo successu temporis fierent indecentes, superiorum erit eas suspendere, super quo eorum conscientiae stricte onerantur.

4° In ecclesia aut loco pio, conveniet ad majorem populi

Digitized by Google

commoditatem erigere duas vias crucis, quarum una serviat pro viris, altera pro feminis; et quando una collocatur extra ecclesiam, semper erigatur altera in ecclesia, quotiescumque haec sat ampla sit, ut sufficiat ad vitandam confusionem; ut tempore pluviae aut alterius impedimenti nihilominus possit practicari tam sanctum exercitium.

5° Hoc exercitium sit uniforme in omnibus locis, nullatenus immutando hoc quod hactenus observatum fuit in conventibus ordinis, id est vel processionaliter ab omni populo sub directione unius aut plurium sacerdotum, vel privatim ab unoquoque. Si via crucis fiat primo modo, tali modo disponatur processio, ut viri incedant separatim a feminis; id est illi praecedant, hae sequantur, intermediante uno aut pluribus sacerdotibus; et ad singulam stationem aliquis clericus vel sacerdos alta voce legat considerationem mysterio seu stationi correspondentem, et recitato *Pater* et *Ave* factoque actu contritionis, procedatur ulterius cantando inter unam et alteram stationem *Stabat Mater*, aliamve orationem, attendentibus omnibus ut se gerant summa cum modestia, silentio, et recollectione, cum experientia demonstret sanctum hoc exercitium cum pietate et devotione practicatum paulatim introducere apud fideles cujuscumque conditionis usum meditandi et morum reformationem.

6° Si practicetur privatim, non est necesse recitare sex *Pater* et *Ave* ad singulam stationem, ut aliqui supponunt, sed sufficit meditari quantumvis breviter passionem Domini, quod est opus injunctum ad acquirendas sacras indulgentias, et juxta usum introductum recitare unum *Pater* et *Ave* ad singulam crucem, et elicere actum contritionis.

7° Si via crucis erecta est in ecclesia, tempore divinorum officiorum et sacrae Missae, et quando est in ecclesia talis populi concursus qui possit causare tumultum, ab ea practicanda abstineant, eo magis quod secluso impedimento omnes stationes singulatim sint visitandae.

8° Si via crucis erigenda sit in quocumque monialium monasterio aut conservatorio, non opus est ingredi clausuram, sed sufficit ut Religiosus ejusdem ordinis maturae aetatis, et qualificatus sicut dictum est in tertio monito cum licentia ordinarii benedicat cruces ad crates et brevem faciat instructionem monialibus, aliisque quae reperirentur in tali monasterio aut conservatorio, circa modum quo visitandae sunt cruces ad lucrandas indulgentias, fructumque exinde pro animabus reportandum.

9° Non publicetur ex pulpitis nec in alia forma, multoque minus scribatur in parvis capellis sive stationibus certus et determinatus numerus indulgentiarum lucrandarum, quia in pluribus occasionibus innotuit indulgentiarum veritatem sive ex inadvertentia et aequivocatione, sive ex devotionis impetu alterari ac confundi : et propterea sufficiat dicere quemcumque, qui in meditanda dominica passione in sancto hoc exercitio se occupaverit, ex concessione summi Pontificis lucraturum esse easdem indulgentias, quas lucraretur si personaliter visitaret stationes viae crucis in Jerusalem.

Datum 3 Aprilis 1731.

LXVIII.

An expediat concedi facultas applicandi pro Defunctis Indulgentias hactenus concessas et concedendas vivis fidelibus?

Sac. Congregatio diei 19 Maii 1731 respondit « Consulendum Sanctissimo, expedire quoad Indulgentias concedendas, et quoad concessas renovandas, detur facultas applicandi eas pro Defunctis, non tamen per Decretum generale quod induceret novam praxim ».

LXIX.

Cum pro parte Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupat. humillime supplicatum fuerit pro declaratione dubii « *An Ecclesiae, Cappellae, et Oratoria publica in Residentiis et Hospitiis Missionum praefati Ordinis gaudeant Indulgentiis generaliter concessis omnibus Ecclesiis Ordinis ejusdem?* » Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita die 27 Martii 1732 censuit, gaudere et dummodo tamen Ecclesiae et Oratoria sint publica et fixa, et ad quae confluant Fideles ad Sacrum audiendum, et ad recipienda Ecclesiae Sacramenta. Quibus relatis per me infrascriptum Secretarium sub die 11 Junii ejusdem anni Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XII, Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. Card. Picus Praef.
J. Archiepiscopus Tyri Secret.

LXX.

JANUEN.

An satis sit Monialibus pro executione Brevis septem Altarium, eorum loco septem distinctas Icones tantum habere, ac pro Indulgentiarum assecutione illas distinctim visitare?

Sac. Congregatio diei 1 Septembris 1732 respondit « Negative. »

LXXI.

ORDINIS MINIMORUM S. FRANCISCI DE PAULA.

An facultas aggregandi extra Urbem Confraternitates sub Instituto S. Francisci de Paula sit PP. Generalibus Ordinis Minimorum concedenda?

Sac. Congregatio diei 20 Januarii 1733 respondit « Ad mentem Eminentissimi Praefecti cum Secretario, et Mens est, supplicandum Sanctissimo ut dignetur PP. Generalibus dicti Ordinis facultatem

Digitized by Google

impertiri erigendi, accedente consensu Ordinarii, utriusque sexus Confraternitates ejusdem denominationis et Instituti, easque jam erectas Archiconfraternitati in Urbe institutae aggregandi, omnesque et singulas Indulgentias et gratias a Summis Pontificibus dictae Archiconfraternitati concessas illis communicandi; servata tamen forma Constitutionis a San. Me. Clemente VIII super erectione et aggregatione hujusmodi Confraternitatum editae. « Sanctissimus annuit. »

LXXII.

ORDINIS S. BASILII.

An Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus Ecclesias Ordinis Basiliani die Festo S. Gregorii Nysseni sit concedenda?

Sac. Gongregatio sub eadem die respondit « Plenaria perpetua die Festo S. Gregorii Nysseni pro omnibus visitantibus Ecclesias Monachorum; in Ecclesiis autem Monialium pro ipsis solis.

LXXIII.

Delatis judicio Sacrae Congregationis Indulgentiarum quamplurimis Summariis Indulgentiarum, atque privilegiorum sub asserto nomine Confratrum Ord. Sanctissimae Trinitatis Redemptionis captivorum in variis locis praecipue Hispaniarum editis, quae non modo non sunt ex recognitis et approbatis ex eadem Sacra Congregatione, verum etiam continent multas Indulgentias et Indulta falsa, atque a Summis Pontificibus jam revocata.

Eadem Sac. Congregatio confirmando decretum editum sub die 7 Martii 1678 non evulgandi summaria Indulgentiarum sub nomine Confratrum, tam praefati, quam cujuscumque alterius Ordinis a Sac. Congregatione non recognita; nec non prohibitionem cujuscumque similis Summarii factam sub die 20 Decembris 1718 praefata itidem reprobavit et districte prohibuit, omnibusque sive saecularibus, sive regularibus sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae mandavit, ne in posterum alia imprimantur, aut publicentur summaria Indulgentiarum et signanter sub nomine ut supra Confratrum ejusdem Ordinis, quam ea quae sub die 28 Novembris 1678 et 16 Septembris 1723 ab ipsamet Sacra Congregatione recognita et approbata fuerunt, atque de his omnibus dari litteras ad Nuncium Sedis Apostolicae, ac ad omnes Hispaniarum Archiepiscopos et Episcopos juxta institutionem.

Et facta de praedictis per me infrascriptum Secretarium SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit.

Datum die 5 Octobris 1734.

L. Episcopus Albanensis Card. Picus Praef.
Joannes Archiepiscopus Tyri Secret.

LXXIV.

1m *An quoad participationem meritorum alienorum ac communicationem Indulgentiarum Tertius Ordo S. Francisci de Poenitentia tuto Bullaria sequi possit, ne dum quoad participationem meritorum alienorum, verum etiam communicationem omnium Indulgentiarum singulis ordinibus indultam?*

2m *An quoad Indulgentias obsit revocatio S. Memoriae Pauli V edita sub die* 23 *Maii* 1706*?*

3m *An quoad Indulgentias septem Ecclesiarum Urbis eidem Tertio Ordini obsit decretum San. Me. Innocentii XI decernentis Indulgentias Stationum Urbis, tantum pro diebus in Missali Romano assignatis suffragari; cum P. Engelbertus Pauck* in sua vinea Seraphica *Romae approbata* fol. 148 *asserat : Tertium Ordinem S. Francisci etiam post dictum decretum gaudere Indulgentiis septem Ecclesiarum et Stationum Urbis?*

4m *Demum cum saepius in Bullis S. Sedis legatur : Ordines Regulares, minime communicare in Indulgentiis intuitu alicujus particularis Religionis concessis.* Quid sub verbis illis *intuitu particularis Religionis* sit intelligendum?

Sac. Congregatio diei 5 Februarii 1735 respondit ut infra.

Ad 1m Negative.

Ad 2m et 3m Affirmative.

Ad 4m Regulares gaudere privilegiis Indulgentiarum concessarum operibus ex Instituto peragendis.

LXXV.

HISPALEN.

An concedenda sit confirmatio erectionis Confraternitatis sub titulo Rosarii licet expressus consensus P. Generalis non interfuerit?

Sac. Congregatio diei 25 Aprilis 1735 respondit « Recurrant ad P. Generalem Ordinis Praedicatorum. »

Digitized by Google

LXXVI.

An Indulgentiae Viam Crucis peragentibus a S. Sede concessae, etiam ad Vias Crucis erectas a non subjectis Ministro Generali Ordinis S. Francisci Regularis Observantiae extensae intelligantur?

Sac. Congregatio sub eadem die respondit « Negative ».

LXXVII.

NEAPOLITANA.

An peragentibus Actus Fidei, Spei, Charitatis etc. internos ante et post Communionem Eucharisticam Indulgentiae sint concedendae?

Sac. Congregatio diei 5 Julii 1735 respondit « Negative et gaudeant impetratis a Benedicto XIII. »

LXXVIII.

Delato ad Sac. Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositam Summario Hispanico idiomate typis dato cujus titulus « *Sommario delle Grazie, Indulgenze, Giubilei, e Stazioni concesse ai Signori Re Cattolici nella sua Real Cappella di Nostra Signora della Concezione nel Convento di Nostro P. S. Francesco Casa Grande della Città di Granata, ed alle Medaglie che in essa Cappella si distribuiscono, concesse dalli Sommi Pontefici Leone X e confermate da molti Sommi Pontefici e nuovamente dal Nostro Santissimo Padre Clemente XII il giorno* 30 *Aprile dell'anno passato* 1733 » eoque accurate examinato Sac. Congregatio sub die 5 Julii 1735 censuit prohibendum esse idem Summarium, tamquam continens concessiones et Indulgentias falsas apocryphas piarum aurium offensivas, scandalosas, Sanctae Sedis injuriosas sub poenis canonicis, et notificandum Procuratori Generali, atque supplicandum Sanctissimo pro expeditione Brevis committendo Ordinario Granatensi illius publicationem, qui curet ut lacerentur copiae praefati Summarii.

LXXIX.

ORDINIS S. AUGUSTINI.

An Indulgentiae concessae Ecclesiis Ordinis S. Augustini sint extendendae ad Ecclesias ubique locorum existentes in locis, ubi Conventus Ordinis non reperiuntur, favore Confraternitatis Cincturatorum?

Sac. Congregatio diei 30 Julii 1735 respondit « Negative ».

LXXX.

Cum sub die 9 Februarii 1729 Sanctae Memoriae Benedictus XIII benigne concesserit Privilegium quotidianum perpetuum altari Sancti Romualdi in omnibus et singulis Ecclesiis Monachorum, Eremitarum et Monialium Ordinis Camaldulensium. Cumque deinde dubitatum fuerit, an praefatum Indultum intelligendum tantum sit pro Altaribus tunc erectis, vel etiam pro Altaribus in posterum erigendis : Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita instante pro resolutione praedicti dubii R. P. D. Petro de Zaghis Procuratore Generali ejusdem Ordinis, sub die 1 Octobris 1735 censuit, praedictum Indultum comprehendere tam Altaria, quae tunc reperiebantur erecta, quam in posterum erigenda. Et facta de praemissis Sanctissimo Domino relatione per me infrascriptum Secretarium sub die 5 ejusdem mensis Octobris Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. Episcopus Albanensis Card. Picus Praef.
Joannes Archiepiscopus Tyri Secret.

LXXXI.

An Ordini S. Augustini competat facultas impertiendi Benedictionem Papalem certis diebus concedi solitam?

Sacra Congregatio diei 4 Februarii 1736 respondit « Non competere Ordini S. Augustini facultatem impertiendi Benedictionem Papalem, et inhibeatur ea deinceps ».

LXXXII.

Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita sub die 4 Februarii 1736 censuit Indulgentias, quibus fruitur Congregatio Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, Congregationis Sanctissimi Salvatoris extendendas esse ad Congregationem Canonicorum Regularium S. Ruffi, dummodo Institutum ejusdem S. Augustini profiteatur. Et facta de praedictis per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione sub die 22 dicti mensis Sanctitas Sua benigne approbavit.

A. M. Erba Protonotarius Apostolicus Secret.

LXXXIII.

Quum post expeditionem Privilegiorum Altarium

Digitized by Google

in Urbe factam Brevia Apostolica, in quibus eorum concessio continetur, Ordinariis locorum, ut par est, nonnulli praesentare negligerent, et detrectarent eorum executionem, Sacra haec Congregatio sub die 18 Maii 1711 provide modum impositura gratiarum executioni, statuit, *tempus in Brevibus Apostolicis positum pro concessione privilegii Altaris, non a die praesentationis Brevis Ordinario Loci, sed a die datae esse computandum.* Sed cum nimis diversa distantia Locorum ad quae hujusmodi Brevia transmittuntur in Regiones ab Urbe remotas, per longa etiam et incerta maris itinera, nedum multorum mensium, sed annorum spatio Epistolae et Brevia retardentur, idque ut pluries citra Oratorum negligentia, inolevit praxis praeventive confirmationem gratiae ad tempus concessae expetere, eamque nondum expirato tempore primaevae concessionis expedire, ut opportune transmissa subsecuta privilegia ante pristinorum expirationem exequi possent; nec vacuum tempus intercederet Defunctorum suffragio et Fidelium Indulgentiis.

Quoniam vero in Brevi concessionis privilegii Altaris adjicitur clausula « *dummodo in eadem Ecclesia, nullum aliud sit Altare simili privilegio decoratum* »; propositum est dubium « *An secundum Breve Prioris confirmativum subsistat? Quamvis enim executioni minime detur, nisi post lapsum temporis in primo Brevi praefixi : tamen quando secundum Breve in Urbe expeditur, vere Ecclesia privilegio Altaris decoratur?* »

Sac. Congregatio sub die 4 Februarii 1736 respondit « Tempus in Brevibus Apostolicis positum pro confirmatione privilegii Altaris in Regionibus remotis, non a die datae, sed a die praesentationis Brevis Ordinario esse computandum ».

(*Vide etiam* Decretum XXXII.)

LXXXIV.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces Confratrum et Consororum Confraternitatis B. Virginis Septem Dolorum Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita sub die 4 Februarii 1736 censuit concedendam esse Indulgentiam Plenariam semel in anno cum facultate applicandi pro defunctis, omnibus Christifidelibus eodem die, quo per spatium praescriptae horae meditationi Dolorum B. Virginis incubuerint ad septennium. Et facta per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione sub die 22 Februarii currentis anni, Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. Episcopus Albanensis Card. Picus Praef.
Joannes Archiepiscopus Tyri Secret.

LXXXV.

CLERICORUM REGULARIUM CONGREGATIONIS SCHOLARUM PIARUM.

1m *An sit concedenda facultas Praeposito Generali pro tempore aggregandi Sodalitia erecta vel erigenda in eorum domibus eisque privilegia et Indulgentias communicandi?*

2m *An et quae Indulgentiae concedendae sint supradicto primo Sodalitio?*

Sac. Congregatio diei 3 Decembris 1736 respondit

Ad 1m Pro gratia facultatis Praeposito Generali pro tempore erigendi Sodalitium in domo S. Pantaleonis Urbis, et ei aggregandi alia Sodalitia deinceps erigenda.

Ad 2m Habebitur ratio post erectionem.

LXXXVI.

MONIALIUM TERTII ORDINIS S. FRANCISCI.

An tam Moniales tertii Ordinis S. Francisci Oppidi De Aveyro Conimbricensis Dioecesis, quam Monasteria similis Instituti in variis partibus Germaniae posita, licet sub cura et gubernio Ordinariorum, fruantur Indulgentiis earum Ordini generaliter concessis?

Sac. Congregatio sub eadem die respondit « Affirmative ».

LXXXVII.

Beatissimo Padre,

Fra Leonardo dal Porto Maurizio Min. Rif. del Ritiro umilmente prostrato ai piedi di Vostra Beatitudine con ogni dovuto ossequio espone qualmente è stato promosso dubbio d'alcuno, se le Viae Crucis erette godino l' Indulgenza, che gode quella di Gerusalemme, mentre in queste non si osserva l' eguale distanza de' passi tra una Stazione et l' altra, che intercede in quella di Gerusalemme; e perchè i Brevi Apostolici non parlano die detta distanza; e perchè questa non è stata mai praticata si nelle Viae Crucis

Digitized by Google

erette in Roma, come quelle erette fuori, quale non si puol praticare attesa l' angustia delle Chiese, Oratorii, e Luoghi Pii dove devono erigersi; ed a ciò per tal dubbio non si dismetta un si santo Esercizio frequentato fin'ora con grandissimo frutto dell' anime; supplica pertanto la somma Clemenza della Santità Vostra degnarsi dichiarare non essere necessaria l' equale distanza de' passi, come è in Gerusalemme, ma bastare ogni benchè minima distanza. Che della Grazia, etc.

Beatissime Pater.

Frater Leonardus a Portu Mauritio, minorita reformatus conventus dicti del Ritiro, ad Beatitudinis vestrae pedes humiliter prostratus cum omni reverentia debita exponit qualiter a nonnemine dubium emissum fuerit, utrum erectae viae crucis gaudeant indulgentiis, quibus gaudent illae de Jerusalem, quum in iis non observatur aequalis distantia passuum ab una statione ad alteram, quae intercedit in illa de Jerusalem, et quoniam brevia apostolica non loquuntur de dicta distantia, et quoniam illa numquam practicata fuerit tam in viis crucis erectis Romae, quam in illis erectis extra (urbem) nec possit servari attenta angustia ecclesiarum oratoriorum, et piorum locorum, ubi erigendae sunt; et ne propter tale dubium discratur tam sanctum exercitium hactenus frequentatum cum maximo animarum fructu, propterea supplicat summam sanctitatis vestrae clementiam ut dignetur declarare aequalem distantiam passuum sicut est in Jerusalem non esse necessariam, sed quamcumque etiam minimam distantiam sufficere. Et haec est gratia, etc.

Die 3 Decembris 1736.

Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita declaravit, inter Stationes Viae Crucis non requiri distantiam aequalem Viae Crucis Jerosolymitanae. Et facta de praedictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit.

LXXXVIII.

SUTRINA.

An competat Patri Generali Ordinis S. Augustini facultas distribuendi Monialibus Cincturas S. Monicae pro consecutione Indulgentiarum absque consensu illarum Ordinarii in casu, etc.

Sacra Congregatio sub die 13 Septembris 1737 respondit « Negative ».

LXXXIX.

PROVINCIAE HELVETICAE.

An Patribus Missionariis Cappuccinis degentibus in Helvetia, ubi non sunt Patres Minores Observantiae danda sit facultas erigendi Viam Crucis cum Indulgentiis adnexis in casu, etc.?

Sac. Congregatio sub eadem die respondit « Pro gratia facultatis erigendi Viam Crucis cum Indulgentiis consuetis de consensu tamen Fratrum Minorum de Observantia ».

XC.

Nuper Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae delatum fuit per manus Christifidelium circumferri librum cui titulus « *Le Sacre Dovizie de' Vivi a pro de' Defonti, cioè breve ristretto dell' Indulgenze de' Fedeli e de' Regolari in commune, principalmente delle Indulgenze dell' Ordine Carmelitano*, etc. (1) » a quodam Religioso Ordinis Carmelitarum suppresso auctoris nomine absque legitima facultate Ordinis typis datum Panormi anno 1734. Cum vero in praefato libro nonnullas Indulgentias falsas aut apocryphas contineri deprehensum fuerit, ideo ne Christifideles decipiantur, eadem Sac. Congregatio sub die 13 Septembris 1737 dictum librum (alias per Definitorii Generalis ejusdem Ordinis decretum reprobatum) ejusque impressionem ubicumque sive factam sive faciendam, et usum interdixit illumque prohibuit sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis. Declarando tamen inter falsas et apocryphas non esse recensendas Indulgentias contentas in Summario Confratrum Ordinis. B. Virginis de Monte Carmelo ab eadem Sacra Congregatione recognitas et approbatas sub die 27 Junii 1673, atque in eodem libro insertas. Factaque de his per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Clementi XII relatione die 13 mensis Novembris, Sanctitas Sua sententiam Sac. Congregationis approbavit, et in omnibus executioni mandari jussit.

Datum Romae die 15 ejusdem mensis anni 1737.

XCI.

Edito sub die 22 Novembris 1729 Decreto, videlicet « Cum Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIII S. Aloysium Gonzagam decreverit solemniter canonizandum, ut Adolescentibus praesertim venerandus, atque imitandus proponeretur juvenis innocentia vitae clarissimus; post ejus vero canoni-

(1) Sacrae divitiae vivorum ad utilitatem defunctorum, id est breve compendium indulgentiarum Fidelium et Regularium in communi, praecipue indulgentiarum ordinis Carmelitani.

Digitized by Google

zationem multae per Orbem Scholae etiam extra Societatem Jesu, illum sibi magna cum utilitate imitandum ut exemplar, et venerandum ut Patronum proposuerint; idcirco Sanctitas Sua, non solum in omnibus et singulis Universitatibus, Gymnasiis, vel Collegiis generalium, vel non generalium studiorum; verum etiam aliis, si quibus alicubi placuerit, ubicumque existentibus, vel extituris, eumdem S. Aloysium principalem constituit Patronum cum facultate Missam et Officium propriam de illo per Sedem Apostolicam approbatum dicendi pro Sacerdotibus, aut alias ad horas canonicas obstrictis, die ipsius anniversario 21 Junii in Ecclesiis dictae Societatis, vel aliis, ad quas accedere consueverint, aut voluerint; Indulgentia vero Plenaria quibuscumque rite visitantibus Altare ipsius in Festo ubicumque (juxta facultatem in Bulla Canonizationis attributam) fieri contigerit: ac Litteras Apostolicas desuper expediri mandavit. Die 22 Novembris 1729-Loco ✠ Sigilli-Nicolaus Maria Tedeschi Archiep. Apam. Sac. Rituum Congregationis Secretarius. » Ortoque aliquibus in locis dubio, « *an ubi Festum ejusdem Sancti fit, non tamen ad Altare ipsius proprium (cum illic non adsit; vel si adsit non ad illud, sed ad majus, aut commodius Altare, magni concursus et solemnitatis causa celebretur) nihilominus rite visitantibus Altare in quo fit Festum, etiam si non sit ipsius proprium, dicta Indulgentia suffragetur?* » Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII facta per me Cardinalem Congregationis super Indulgentiis Sacrisque Reliquiis Praefectum relatione Sanctitati Suae tam praefati dubii, quam precum desuper exhibitarum pro opportuna declaratione, benigne annuit; confirmatoque in reliquis Decreto, declaravit Indulgentiam suffragari.

Die 21 Novembris 1737.

L. Episcopus Alban. Card. Picus Praef.
Joannes Archiep. Tyri Secret.

(*Vide etiam* Decretum CXIII.)

XCII.

Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita inhaerendo decretis alias editis, censuit renovandam esse, prout expresse renovat prohibitionem quorumcumque librorum continentium concessiones, summaria, diaria Indulgentiarum, et quocumque alio nomine vel titulo nuncupentur absque praevia approbatione ejusdem Sac. Congregationis. Et facta de supradictis per me infrascriptum Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua benigne approbavit.

Die 17 Martii 1738.

Joannes Archiep. Tyri Secret.

XCIII.

ORDINIS CARMELITARUM.

Ad humillimas preces porrectas a P. Procuratore Generali Ordinis Carmelitarum Calceatorum pro communicatione Altaris Privilegiati quotidiani perpetui, quod supponitur concessum a Gregorio XV vivae vocis Oraculo in omnibus Ecclesiis Fratrum Carmelitarum Excalceatorum; Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita sub die 30 Augusti 1738 censuit supplicandum Sanctissimo pro declaratione ejusdem privilegii, illudque confirmari, et quatenus opus fuerit de novo concedi: itemque communicari ad omnes Ecclesias Conventuum Fratrum Carmelitarum Calceatorum tam erectas quam erigendas. Et facta de praedictis per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione sub die 10 Septembris ejusdem anni, Sanctitas Sua benigne annuit.

L. Episc. Albanen. Card. Picus Praef.
Joannes Achiep. Tyri Secret.

XCIV.

Delatis ad Sanctam Sedem per Organum Sac. Congregationis de Propaganda Fide tribus Summariis, seu Formulariis Indulgentiarum typis Sinicis impressis, quorum primum in italicum idioma versum continet Indulgentias ut infra, secundum vero in latinum idioma translatum, tertium denique pariter in latinum ut sequitur, SS. D. N. Clemens PP. XII sub die octava mensis Octobris 1738 prohibuit praefata Summaria continentia Indulgentias falsas apocryphas et a stylo concessionum S. Sedis et Sac. Congregationis Indulgentiarum et Sac. Reliquiarum exorbitantes, sub poenis canonicis et excommunicatione ipso facto incurrenda a quibuscumque sive Saecularibus, sive Regularibus cujuscumque Ordinis etiam Societatis Jesu publicantibus praedicta Summaria, vel aliquas in iis contentas Indulgentias, et per Em. et Rev. D. Cardinalem Praefectum ejusdem Congregationis hoc decretum expediri mandavit.

Die Audientiae 8 Octobris 1738.

Digitized by Google

PRIMO SOMMARIO

Foglio d'Indulgenze plenarie nelle feste mobili della Confraternita dell' Annunziata di Nostra Signora

Nella Quaresima, eccetuata la domenica, ogni giorno si guadagna centocinquantamila e quattro anni d' Indulgenza; nel giorno delle Ceneri Indulgenza plenaria, e la domenica seguente con Lunedì, Giovedì, Venerdì e Sabato Indulgenza plenaria; nel Martedì si libera un' anima dal Purgatorio; seconda Domenica di Quaresima con il Sabato antecedente libera un' anima dal Purgatorio; la terza domenica Indulgenza plenaria, di più libera un' anima dal Purgatorio; la quarta Domenica libera un' anima dal Purgatorio, il sabato seguente libera un' anima dal Purgatorio; la Domenica di Passione libera un' animal dal Purgatorio; la Domenica delle Palme Indulgenza plenaria e in tutti i giorni seguenti fino alla Domenica in Albis; il Lunedì e Mercoldì avanti l' Ascenzione di N. S. sono 154000 *anni d' Indulgenza; nel giorno dell' Ascenzione di N. S. Indulgenza plenaria; nel giorno di Pentecoste colli quattro giorni seguenti è Indulgenza plenaria e nel Giovedì e Sabato si libera un' anima dal Purgatorio; nella prima Domenica dell' Avvento ci sono* 154000 *anni d' Indulgenza, il Venerdì delli quattro Tempi d' Inverno Indulgenza plenaria ed in ogni giorno delli quattro Tempi dell' anno sono* 154000 *anni d'Indulgenza; in ogni Sabato si guadagna Indulgenza plenaria.*

Regola delle Indulgenze plenarie della Confraternita dell' Annunziata di Nostra Signora.

Gregorio XIII ha conceduto a' Cristiani queste Indulgenze e quando il P. Francesco della Compagnia di Gesù andò a Roma (pare che sia il P. Kastner) Sua Santità Clemente XI nel giorno dell' Epifania del 1705 *ha conceduto di promulgarle per tutte le provincie della Cina.*

Nella Circoncisione di N. S. Indulgenza plenaria; nella festa dei tre Rè, e di S. Felice di S. Marcello ed Antonio Abate Indulgenza plenaria; nella festa di S. Prisca Indulgenza plenaria; nelle feste de' Ss. Fabiano e Sebastiano Indulgenza plenaria; nel giorno di S. Agnese 1400 *anni; nel giorno de' Ss. Vincenzo ed Anastasio* 40 *anni d'Indulgenza; nel giorno della Conversione di S. Paolo Indulgenza plenaria, S. Crisostomo Indulgenza plenaria. S. Agnese secondo* 200 *anni d'Indulgenza. Nella Purificazione di Nostra Signora Indulgenza plenaria. S. Anna* 28 *anni d'Indulgenza; S. Pietro Indulgenza plenaria; S. Mattia Apostolo Indulgenza plenaria; S. Tommaso d'Aquino Indulgenza plenaria; S. Gregorio PP. Indulgenza plenaria; S. Giuseppe Indulgenza plenaria; nella Annunciazone di Nostra Signora Indulgenza plenaria col giorno antecedente. Da questo giorno poi fino alla festa di S. Ignazio si guadagnano ogni giorno* 2000 *anni d'Indulgenza, con rimettere anche la terza parte della pena; per S. Giorgio Indulgenza plenaria; per S. Marco Indulgenza plenaria; per i Ss. Filippo et Giacomo Indulgenza plenaria ed in tutte le Domeniche susseguenti fino dopo la festa di S. Paolo è Indulgenza plenaria. Nell' Invenzione della S. Croce Indulgenza plenaria; S. Monica Indulgenza plenaria; S. Giovanni ante Portam Latinam Indulgenza plenaria e libera un' anima dal Purgatorio; nell' Apparizione di S. Michele Indulgenza plenaria; S. Marcellino* 1000 *anni d'Indulgenza; S. Barnaba Indulgenza plenaria, Ss. Vito e Modesto Indulgenza plenaria; S. Gio. Battista Indulgenza plenaria; Ss. Giovanni e Paolo* 1000 *anni d'Indulgenza; S. Leone* 1000 *anni d'Indulgenza; S. Pietro e Paolo Indulgenza plenaria; Ottava di S. Giovanni Indulgenza plenaria; la Visitazione di Nostra Signora Indulgenza plenaria; S. Bonaventura Indulgenza plenaria; S. Alesio Indulgenza plenaria; S. Margarita Indulgenza plenaria; S. Prassede* 200 *anni d'Indulgenza; S. Maddalena Indulgenza plenaria; S. Apollinare* 1000 *anni d'Indulgenza; S. Cristina* 1000 *anni d'Indulgenza; S. Giacomo Apostolo Indulgenza plenaria; S. Anna Indulgenza plenaria; S. Pantaleone* 48 *anni d'Indulgenza; Ss. Nazario e Celso tre anni d'Indulgenza; Ss. Addon et Sennen* 8 *anni d'Indulgenza; S. Pietro in Vincula Indulgenza plenaria; l'Invenzione di S. Stefano Indulgenza plenaria; S. Domenico Indulgenza plenaria; la Dedicazione di S. Maria ad Nives Indulgenza plenaria; nella transfigurazione di N. S. Indulgenza plenaria; S. Ciriaco Indulgenza plenaria; S. Lorenzo Indulgenza plenaria; S. Chiara Indulgenza plenaria; la Vigilia coll' Assunzione di Nostra Signora Indulgenza plenaria; l'Ottava dell' Assunzione di N. Signora Indulgenza plenaria; S. Bartolomeo Apostolo Indulgenza plenaria; S. Agostino Indulgenza plenaria; la Decollazione di S. Giovanni Indulgenza plenaria; S. Egidio Indulgenza plenaria; la Vigilia e la Natività di Nostra Signora Indulgenza plenaria; S. Nicola da Tolentino In-*

Digitized by Google

dulgenza plenaria; Esaltazione di S. Croce Indulgenza plenaria; S. Eustachio 1400 *anni d'Indulgenza; S. Matteo Apostolo Indulgenza plenaria; Ss. Cosma e Damiano* 7000 *anni d'Indulgenza; la Dedicazione di S. Michele Indulgenza plenaria; S. Girolamo Indulgenza plenaria; S. Francesco Indulgenza plenaria; S. Luca Indulgenza plenaria; Ss. Simone e Taddeo Apostoli Indulgenza plenaria; la festa di tutti i Santi Indulgenza plenaria; Commemorazione di tutti i Cristiani morti Indulgenza plenaria; l'Ottava di tutti i Santi Indulgenza plenaria; nella Dedicazione della Basilica del Salvatore Indulgenza plenaria; la Dedicazione della Basilica di S. Pietro Indulgenza plenaria; la Presentazione di Nostra Signora Indulgenza plenaria; S. Cecilia Indulgenza plenaria; S. Clemente Indulgenza plenaria; S. Caterina Indulgenza plenaria; S. Andrea Apostolo Indulgenza plenaria; S. Barbara Indulgenza plenaria; S. Saba* 100 *anni d'Indulgenza; S. Nicola di Bari Indulgenza plenaria; S. Ambrogio Indulgenza plenaria; l'Immacolata Concezione di Nostra Signora Indulgenza plenaria; S. Tommaso Apostolo Indulgenza plenaria; nella Vigilia e Natale di N. Signore Indulgenza plenaria; S. Stefano Indulgenza plenaria; S. Giovanni Evangelista Indulgenza plenaria; nelli Santi Innocenti Indulgenza plenaria; S. Silvestro Indulgenza plenaria.*

Per guadagnare le sudd. Indulgenze bisogna venire alla Chiesa e pentito de' suoi peccati, basta solamente dire 7 *Pater e* 7 *Ave Maria, con che guadagna tutte l'Indulgenze di quel giorno, come se fosse a Roma, per guadagnarle con le buone opere per tutte le Chiese, nè di questo resta dubbio alcuno. Se alcuno sta ammalato o sta fuori di casa, o una vergine che non può venire in Chiesa può però guardare la regola della Confraternita con recitare tutto quello che sta prescritto, riceve anche l' Indulgenze della propria Chiesa, ed il grande ajuto di Nostra Signora aggiungerà il spiritual frutto che è certissimo.*

Stampato nell' anno 12 *di Yung-vin Imperatore cioè nell' anno* 1734.

PRIMUM SUMMARIUM.

Folium indulgentiarum plenariarum in festis mobilibus confraternitatis annuntiationis Dominae Nostrae.

In quadragesima, excepta Dominica, singula die acquiritur indulgentia centum quinquaginta mille et quatuor annorum. In die cinerum indulgentia plenaria, et dominica sequenti, cum feria secunda, quinta, sexta et sabbato indulgentia plenaria. Feria tertia liberatio unius animae e purgatorio. Secunda dominica quadragesimae cum sabbato praecedente, liberatio unius anima e purgatorio. Tertia Dominica indulgentia plenaria, insuper liberatio unius animae e purgatorio. Quarta Dominica liberatio unius animae e purgatorio. Sequenti sabbato liberatio unius animae e purgatorio. Dominica passionis liberatio unius animae e purgatorio. Dominica palmarum indulgentia plenaria et omnibus diebus sequentibus usque ad Dominicam in albis.

Feria secunda et quarta ante ascensionem Domini habetur indulgentia 154000 annorum : in die ascensionis Domini indulgentia plenaria. In die Pentecostes et quatuor diebus sequentibus habetur Indulgentia plenaria, et feria quinta et sabbato liberatur una anima e purgatorio. Prima Dominica Adventus habetur indulgentia 154000 annorum. Feria VI quatuor temporum in hyeme indulgentia plenaria, et singula die quatuor temporum per annum habetur indulgentia 154000 annorum et singulo sabbato acquiritur indulgentia plenaria.

Regulae indulgentiarum plenariarum confraternitatis annuntiationis Dominae Nostrae.

Gregorius XIII concessit christianis has indulgentias, et quando P. Franciscus societatis Jesu ivit Romam (videtur esse P. Kastner) sanctitas sua Clemens XI in die Epiphaniae anni 1705 concessit eas promulgari per omnes provincias imperii Sinarum.

In circumcisione Domini Nostri indulgentia plenaria. In festo trium regum, S Felicis, S. Marcelli et S. Antonii abbatis indulgentia plenaria. In festo S. Priscae indulgentia plenaria. In festo sanctorum Fabiani et Sebastiani indulgentia plenaria. In die S. Agnetis 1400 anni. In die sanctorum Vincentii et Anastasii 40 annorum Indulgentia. In die conversionis S. Pauli indulgentia plenaria, S. Chrysostomi indulgentia plenaria. S. Agnetis secundae 200 annorum indulgentia. In purificatione Dominae Nostrae indulgentia plenaria. S. Annae 28 annorum indulgentia. S. Petri indulgentia plenaria. S. Mathiae apostoli indulgentia plenaria. S. Thomae Aquinatis indulgentia plenaria. S. Gregorii Papae indulgentia plenaria. S. Josephi indulgentia plenaria. In annuntiatione Dominae Nostrae cum die praecedenti indulgentia plenaria. Ab hac die usque ad festum S. Ignatii acquiritur singula die indulgentia 2000 annorum cum remissione etiam tertiae partis pœnae; pro S. Giorgio indulgentia plenaria. Pro S. Marco indulgentia plenaria. Pro sanctis Philippo et Jacobo indulgentia plenaria et in omnibus dominicis sequentibus usque post festum S. Pauli habetur indulgentia plenaria. In inventione S. Crucis indulgentia plenaria. S. Monicae indulgentia plenaria. S. Joannis ante portam Latinam indulgentia plenaria et liberatio unius animae e purgatorio. In apparitione S. Michaëlis indulgentia plenaria. S. Marcellini indulgentia 1000 annorum. S. Barnabae indulgentia plenaria. SS. Viti et Modesti indulgentia plenaria. S. Joannis Baptistae indulgentia plenaria. SS. Joannis et Pauli indulgentia 1000 annorum. S. Leonis indulgentia 1000 annorum. SS. Petri et Pauli indulgentia plenaria. Octava S. Joannis indulgentia plenaria. In visitatione Dominae Nostrae indulgentia plenaria. S. Bonaventurae indulgentia plenaria. S. Alexii indulgentia plenaria. S. Margaritae indulgentia plenaria. S. Praxedis indulgentia 200 annorum. S. Magdalenae indulgentia plenaria. S. Apollinaris indulgentia 1000 annorum. S. Christinae indulgentia

Digitized by Google

1000 annorum. S. Jacobi Apostoli indulgentia plenaria. S. Annae indulgentia plenaria. S. Pantaleonis indulgentia 48 annorum. SS. Nazarii et Celsi indulgentia trium annorum. SS. Abdon et Sennen indulgentia 8 annorum. S. Petri ad vincula indulgentia plenaria. In inventione S. Stephani indulgentia plenaria. S. Dominici indulgentia plenaria. In dedicatione S. Mariae ad Nives indulgentia plenaria. In transfiguratione Domini Nostri indulgentia plenaria. S. Cyriaci indulgentia plenaria. S. Laurentii indulgentia plenaria. S. Clarae indulgentia plenaria. In vigilia et Assumptione Dominae Nostrae indulgentia plenaria. Octava Assumptionis Dominae Nostrae indulgentia plenaria. S. Bartholomaei Apostoli indulgentia plenaria. S. Augustini indulgentia plenaria. In decollatione S. Joannis indulgentia plenaria. S. AEgidii indulgentia plenaria. In Vigilia et Nativitate Dominae Nostrae indulgentia plenaria. S. Nicolai de Tolentino indulgentia plenaria. S. Eustachii indulgentia 1400 annorum. S. Mathaei Apostoli indulgentia plenaria. SS Cosmae et Damiani, indulgentia 7000 annorum. In dedicatione S. Michaëlis indulgentia plenaria. S. Hieronymi indulgentia plenaria. S. Francisci indulgentia plenaria. S. Lucae indulgentia plenaria. SS. Simonis et Thadaei indulgentia plenaria. In festo omnium Sanctorum indulgentia plenaria. In commemoratione omnium fidelium defunctorum indulgentia plenaria. Octava omnium Sanctorum indulgentia plenaria. In dedicatione basilicae Salvatoris indulgentia plenaria. In dedicatione basilicae S. Petri indulgentia plenaria. In praesentatione Dominae Nostrae indulgentia plenaria. S. Caeciliae indulgentia plenaria. S. Clementis indulgentia plenaria. S. Catharinae indulgentia plenaria. S. Andreae Apostoli indulgentia plenaria. S. Barbarae indulgentia plenaria. S. Sabae indulgentia 100 annorum. S. Nicolai de Bari indulgentia plenaria. S. Ambrosii indulgentia plenaria. In Immaculata conceptione Dominae Nostrae indulgentia plenaria. S. Thomae Apostoli indulgentia plenaria. In Vigilia et Nativitate Domini Nostri indulgentia plenaria. S. Stephani indulgentia plenaria. S. Joannis Evangelistae indulgentia plenaria. In festo SS. Innocentium indulgentia plenaria. S. Sylvestri indulgentia plenaria.

Ad lucrandas supradictas indulgentias oportet accedere ac ecclesiam et facta contritione de suis peccatis, sufficit dicere tantum 7 Pater et 7 Ave Maria, eoque acquiruntur omnes indulgentiae istius diei, acsi foret Romae ad acquirendas eas per bona opera in omnibus ecclesiis, neque de hoc dubium ullum manet. Si quis sit infirmus aut absens a domo, aut Virgo quae non potest venire ad ecclesiam, potest tamen servare regulam confraternitatis recitando totum id, quod praescriptum est, lucretur etiam indulgentias propriae ecclesiae, et magnum auxilium Dominae Nostrae addet spiritualem fructum qui est certissimus.

Impressum anno 12° Imperatoris Yung-Viù, id est anno 1734.

SECONDO SOMMARIO.

Summus Pontifex Leo dedit Christianis secum deferentibus Sanctam Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae Imaginem, sequentes Indulgentias.

Qui recitabunt quinque Pater et Ave pro Exaltatione Sanctae Religionis et extirpatione haeresum et pro concordia Christianorum, obtinent plenariam debitarum peccatorum suorum poenarum Indulgentiam; Qui recitabit tertiam partem Rosarii Beatae Mariae Virginis vel 33 *Pater noster vel aliud Rosarium Beatae Mariae Virginis obtinet plenariam Indulgentiam; Qui diebus Dominicis vel quarta feria, vel in omnibus festis Beatae Mariae Virginis recitabit novem Ave Maria et unum Pater Noster, conformando se, liberabit animam de poenis Purgatorii et in Coelum ascendet; Qui post Communionem dicet quinque Pater et Ave liberabit Animam de poenis Purgatorii; Qui recitabit ter Pater et Ave ut peccatores vere doleant de peccatis, obtinet* 33 *annorum et* 40 *dierum Indulgentiam; Qui in articulo Mortis ore si possit vel corde ter invocaverit SS. Nomina Jesu et Mariae, et defert hanc Sanctam Imaginem etiam obtinet plenariam Indulgentiam.*

TERZO SOMMARIO.

Summus Pontifex recenter dedit plenarias Indulgentias ei qui recitat 34000 *Pater et Ave.*

Qui audit 34 *Missas, qui servat* 34 *jejunia, qui se mortificat* 24 *vicibus, qui facit* 34 *opera Misericordiae corporalia vel spiritualia. Quotiescumque faciet unum ex dictis operibus, liberabit de Purgatorio* 34 *animas, et* 34 *peccatores convertentur; necesse autem est, ut orans toto corde respiciat Sanctum Cor Jesu Christi.*

XCV.

In Sacra Congregatione Indulgentiarum habita in Palatio Apostolico Quirinali die 16 Februarii 1739 proposito dubio « *An translata sodalitate intelligantur etiam translatae Indulgentiae?* Eadem Sacra Congregatio respondit « Affirmative ».

Datum Romae etc.

XCVI.

ORDINIS S. AUGUSTINI.

Cum alias Sac. Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita sub die 4 Februarii 1736 prohibuerit Fratribus Ordinis S. Augustini usum impertiendi Benedictionem Papalem nuncupatam, ex eo quia nullo canonico fundamento concessionis Apostolicae niti repertum fuerit, eamque prohibitionem, delatum sit, in aliquibus conventibus non omnino fuisse servatam, Eadem Sac. Congregatio sub die 16 Februarii 1739 iterum prohibendo usum

Digitized by Google

impertiendi dictam benedictionem, censuit concedi posse Fratribus praedicti Ordinis facultatem communicandi in propriis Ecclesiis Confratribus et Consororibus Cincturatis omnes Indulgentias eidem ordini per Sedem Apostolicam concessas a Religioso ad hunc effectum deputando, Feria Secunda Paschatis, Feria Secunda Pentecostes, Dominica infra Octavam festi S. Augustini Episcopi et Confessoris, ac die festo S. Stephani Protomartyris, dummodo dicti Confratres et Consorores Cincturati sint vere poenitentes et confessi, nec non S. Communione refecti, et se sistant coram Religioso facultatem habente, alias dictas Indulgentias consequantur. Insuper censuit posse communicare orationes, jejunia, Missas, aliaque bona opera quae fiunt in dicto ordine eisdem Confratribus et Consororibus qui praesentes fuerint. Communicatio autem fiat nudis et simplicibus verbis sine ullo publico ritu sequenti modo videlicet « *Concedimus vobis Fratres facultatem ex auctoritate nobis a Pontificibus Romanis specialiter indulta, ut consequi possitis omnes et singulas Indulgentias, et peccatorum remissiones nostrae Sacrae Religioni concessas juxta privilegiorum tenores ab eadem Sede Apostolica obtentorum, sit vobis Omnipotens Deus indultor, omnium criminum vestrorum, deleat, atque dimittat omnia peccata vestra Dominus Noster Jesus Christus qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen. Item communicamus vobis Fratres orationes, jejunia, Missas, caeteraque opera bona, quae per Dei gratiam in nostra Congregatione et Ordine fiunt in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen* » Eadem Sac. Congregatio censuit prohibendum esse, ne Fratres dicti Ordinis hujusmodi communicationem Confratres et Consorores Cincturatos publice invitent ad suas Ecclesias pro ea consequenda in Civitatibus, terris et locis, hoc est in plateis, viis in locis publicis non exponant neque per se neque per alios schedulas impressas sive manuscriptas, nec pulsent campanas, quibus indicetur et promulgetur talis Communicatio; ac demum praefata Sac. Congregatio censuit injungendum esse universis et singulis ejusdem Ordinis Superioribus et Fratribus ut praescriptam formulam, aliaque desuper statuta perpetuo observent in virtute S. Obedientiae et sub Excommunicationis poena eo ipso incurrenda. Et facta per me infrascriptum Secretarium de praedictis SS. D. N. relatione sub die 25 ejusdem mensis et anni, Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. Episcopus Card. Picus Praefectus.
J. Archiepiscopus Tyri Secret.

XCVII.

ASSISIEN.

Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita sub die 16 Februarii 1739 declaravit, Indulgentiam Portiunculae esse praecise affixam diei 2 Augusti, eamque incipere a primis Vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei. Indulgentiam vero quotidianam concessam a S. M. Innocentio XII visitantibus Ecclesiam S. Mariae Angelorum non esse eamdem cum praefata Portiunculae, et ponendum esse lapidem ad latus Portae Ecclesiae cum hujusmodi inscriptione. Insuper ex causis notis Sac. Congregationi censuit prohibendas esse quascumque attestationes seu, ut ajunt, schedulas solitas dispensari Fidelibus a Religiosis sub poena Excommunicationis ipso facto incurrendae, de quibus omnibus certiorem fieri voluit Episcopum, ut invigilet pro executione, et ad Eminentissimum Cardinalem Praefectum cum Commissario Generali ad mentem. Et facta per me infrascriptum Secretarium de praedictis omnibus Sanctissimo Domino Nostro relatione sub die 25 ejusdem mensis et anni, benigne approbavit.

Datum Romae etc.

L. Episcopus Albanen. Card. Picus Praef.
Joannes Archiepiscopus Tyri Secret.

XCVIII.

TERULEN.

An ratione subjectionis Monasterii Monialium Ordinis Carmelitarum Excalceatorum competat Episcopo Terulen, facultas benedicendi parvos habitus ejusdem Ordinis cum annexis Indulgentiis?

Sac. Congregatio diei 2 Maii 1739 respondit : « Non spectare, nec spectasse ad Episcopum facultatem benedicendi Scapularia sive parvos habitus B. Virginis de Monte Carmelo, non obstante consuetudine, et aggregati recurrant ad Superiores Ordinis pro nova aggregatione. »

XCIX.

Ad humillimas preces Patris Francisci Retz Praepositi Generalis Societatis Jesu, quibus exposuit multos vel ad impetrandas intercessione S. Aloisii Gonzagae a Deo Gratias, vel pro impetratis, sex Dominicas dies ante illius Festum, sive alias per annum pie celebrare consuevisse. Sac. Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita in Divini

Digitized by Google

cultus incrementum et Fidelium spiritualem profectum, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui sex Dominicas dies ut supra vere poenitentes confessi Sacraque Communione refecti piis orationibus aut meditationibus, aliisve Christianae pietatis operibus ad ejusdem Sancti honorem ac Dei gloriam vacando sanctificaverint, Plenariam peccatorum suorum Indulgentiam concedi posse censuit, si Sanctissimo placuerit die 3 Octobris 1739. De quibus facta per me Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 11 Decembris ejusdem anni.

L. Episcopus Albanen. Card. Picus Praef.
Joannes Archiepiscopus Tyri Secret.

(*Vide etiam* Decretum C.)

C.

Cum nuper Sanctissimus Dominus Noster de consilio Congregationis Indulgentiis et Sac. Reliquiis praepositae Fidelibus utriusque sexus, qui sex Dominicas dies continuas ante Festum S. Aloisii Gonzagae, sive alias per annum vere poenitentes confessi Sacraque Communione refecti piis Meditationibus aut Orationibus aliisve Christianae Pietatis operibus ad ejusdem Sancti honorem ac Dei gloriam vacando sanctificaverint Plenariam peccatorum suorum Indulgentiam concesserit; quaerentibus postea quibusdam nunc pro omnibus simul dictis sex Dominicis, an potius pro singulis talis Indulgentia fuerit concessa; relato per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Cardinalem Praefectum hujusmodi dubio, Sanctitas Sua ad fovendam erga eumdem Sanctum miram ob tot gratias tum spirituales tum temporales Populorum devotionem benigne declaravit, dictam Indulgentiam pro singulis concedi, idque in Decreto exprimi mandavit.

Die 7 Januarii 1740.

L. Episcopus Albanen. Card. Picus Praef.
Joannes Apchiepiscopus Tyri Secret.

CI.

SENEN.

1m *An Moniales Sanctorum Abundii et Abundantii Ordinis Cassinensis S. Benedicti extra moenia Civitatis Senarum exclusae dicantur a Privilegiis Altarium Ordini Cassinensi concessis in casu, etc.? et quatenus negative.*

2m *An concedenda sit illorum communicatio?*

Sacra Congregatio diei 4 Februarii 1741 respondit

Ad 1m Affirmative.

Ad 2m Pro Gratia.

CII.

Ad humillimas preces Fr. Leopoldi Pii Sormani Vicarii Generalis Ordinis S. Joannis de Deo Congregationis Italiae Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV sub die 31 Maii 1741 benigne in perpetuum indulsit, ut omnes et singulae Missae, quae in vim statutorum Ordinis praefati celebrari solent pro ejusdem Religiosis ab hac luce migrantibus, ad quodcumque Altare Ecclesiarum Ordinis et Congregationis ejusmodi in Italia, Gallia, Germania, et Polonia sive erectarum, sive in posterum erigendarum celebratae fuerint perinde suffragentur, ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent.

Datum etc.

L. Card. Picus Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CIII.

PATAVINA.

Ad humillimas preces Leonorae Badoer Abbatissae, ac Monialium Monasterii et Ordinis S. Benedicti Civitatis Patavinae, Episcopi tamen jurisdictioni subjectarum, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV Privilegium quotidianum perpetuum pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, concessum Altari ejusdem S. Benedicti, ac omnibus Altaribus in obitu vel alio die pro singulis Religiosis decedentibus a fel. rec. Clemente XII sub die 6 Martii 1739 in omnibus Ecclesiis Monachorum Congregationis Cassinensis, et Monialium sub eorum gubernio, cura, et jurisdictione existentium, sub die 15 julii 1741 Altari S. Benedicti, et omnibus respective Altaribus Ecclesiae praefati Monasterii S. Benedicti benigne communicavit.

L. Card. Picus Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CIV.

MONIALIUM CLARISSARUM ORDINIS S. FRANCISCI.

Proposito dubio, « *an Ecclesiae Monialium Clarissarum S. Francisci Assisinatis gaudeant In-*

Digitized by Google

dulgentia Portiunculae nuncupatae die 2 mensis Augusti pro omnibus Christifidelibus eo modo quo gaudent Ecclesiae Fratrum Minorum universi ejusdem Ordinis S. Francisci? »

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita audito etiam voto P. Procuratoris Generalis eorumdem Fratrum de Observantia nuncupatorum, die 19 Septembris anno 1741 censuit supplicandum esse Sanctissimo pro declaratione affirmativa, et quatenus opus sit, pro nova concessione. De quibus omnibus facta per me infrascriptum Secretarium die 23 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum CV.)

CV.

MONIALIUM INSTITUTI S. CLARAE ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIV sub die 23 Septembris 1741 audito voto Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae habitae die 19 ejusdem mensis et anni Ecclesias Sanctimonialium Instituti S. Clarae Ordinis Minorum S. Francisci Indulgentia Portiunculae die 2 Augusti a primis Vesperis usque ad solis occasum sicuti gaudent Ecclesiae Fratrum ejusdemmet Ordinis gaudere benigne declaravit, eamque quatenus opus sit nova concessione confirmavit.

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CVI.

ORDINIS MINIMORUM S. FRANCISCI DE PAULA.

Sacra Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita habita die 19 Septembris 1741 declaravit, reformationem Missae, et Officii S. Francisci de Paula a S. R. C. sub die 23 Januarii 1740 pro toto Ordine ejusmodi, ac Regno Siciliae emanatam non obstare, quin omnes et singuli Christifideles, qui Missam, et Officium ejusmodi in Festo et per Octavam ejusdem S. Francisci de Paula devote celebraverint, vel recitaverint, Indulgentiam centum dierum in singulis diebus praefatis a S. M. Clemente VII sub die 17 Maii 1528 concessam lucrari possint et valeant. Et facta de praedictis sub die 18 Octobris ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CVII.

CREMONEN.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita habita die 19 Septembris 1741 censuit Privilegium Altari Majori Ecclesiae Fratrum Carmelitarum Excalceatorum Civitatis Cremonen. ex vi Indulti sub die 9 Octobris 1738 Altari per respectivos locorum Ordinarios eligendo in omnibus Ecclesiis Ordinis praedicti a S. M. Clemente XII generaliter emanati concessum, de consensu Ordinarii ad Altare Beatissimae Virginis de Monte Carmelo transferri posse, hocque sic decoratum vigore primaevae concessionis destinatum in perpetuum habendum esse. Et facta de praefatis omnibus sub die 18 Octobris ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CVIII.

ORDINUM MINORUM S. FRANCISCI ET EREMITARUM S. AUGUSTINI.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita habita die 19 Septembris 1741 declaravit, concessiones Altaris privilegiati pro omnibus juxta numerum, sive absque numero Missarum in Ecclesiis Fratrum Ordinum Minorum S. Francisci, et Eremitarum S. Augustini, attento generali Indulto, quo Ecclesiae hujusmodi jam in perpetuum gaudent, expediendas esse per extensionem, et non aliter. Et facta de praedictis sub die 18 Octobris ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit.

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CIX.

ORDINIS S. BIRGITTAE.

Ad humillimas et enixas preces Fr. Pauli Miller Procuratoris Generalis Ordinis S. Birgittae Sanctis-

Digitized by Google

simus Dominus Noster Benedictus PP. XIV volens omnes et singulas Ecclesias ejusmodi Ordinis utpote plerasque inter, vel prope Haereticos aut ultra montes erectas, in quibus nullum vel aliquod Altare in perpetuum, vel ad tempus nondum elapsum Privilegio decoratum forsan existit, quod per praesentes Apostolica auctoritate revocavit, ac in eisdem situm Altare ejusdem S. Birgittae hoc speciali dono illustrare, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel cujusvis Ordinis, Congregationis, aut Instituti Regularis, Missam pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad Altare praefatum celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur, benigne concessit atque indulsit. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae die 23 Decembris anno 1741.

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CX.

Monachorum Ordinis S. Antonii Congregationis S. Isaiae in Syria.

Ad humillimas et enixas preces Abraham Gonsaf Abbatis Generalis et Petri Ataja Procuratoris pariter Generalis Monachorum Ordinis S. Antonii Abbatis Congregationis S. Isaiae in Syria Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV iisdem Abbati, et Procuratori, atque existentibus pro tempore Abbatibus ac Procuratoribus Ordinis et Congregationis hujusmodi Generalibus facultatem recipiendi in filios spirituales ejusdem Ordinis et Congregationis quoscumque utriusque sexus Christifideles, hosque participes faciendi omnium Missarum, Orationum, divinorum Officiorum, Praedicationum, Obedientiarum, Mortificationum, Jejuniorum, Peregrinationum, Vigiliarum, Regularium Observantiarum, Poenitentiarum, Exercitiorum spiritualium, caeterorumque omnium et singulorum bonorum, ac piorum operum, quae, Deo adjuvante, in universa ejusmodi Congregatione quomodocumque peraguntur benigne concessit, atque indulsit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae die 10 Januarii 1742.

CXI.

Urbis.

Plures olim Summi Pontifices et praesertim San. Mem. Paulus V, Clemens XI ac Benedictus XIII Archiconfrat. Sac. Stigmatum S. Francisci ac illius Confratribus et Consororibus, ejusque Ecclesiae de Urbe Indulgentias, alias scilicet solis Sodalibus, et alias universis Christifidelibus; rursus alias ob visitationem Ecclesiae, et alias ob quaedam pia opera inibi explenda ad perpetuum et ad tempus concesserant. Cum autem, sicut eadem Archiconfraternitas enixis precibus SS. D. N. humillime porrectis et ab Eadem Sanctitate Sua ad Sac. Congregationem Indulgentiarum et Sac. Reliquiarum remissis, exponebat, quod omnes et singulas Indulgentias ejusmodi in perpetuum respective confirmari, vel commutari, nec non Archiconfraternitati Cordigerorum ejusdem S. Francisci nuncupatae de Assisio concessas, sibi extendi, vel ex integro concedi, cum facultate caeteris Confraternitatibus sub Sac. Stigmatum, seu alia quacumque denominatione ejusdem S. Francisci Assisinatis canonice ubique terrarum erectis vel in posterum erigendis eidem Archiconfraternitati legitime jam aggregatis vel in futurum aggregandi, illas communicandi summopere desiderent. Ideo rite examinatis examinandis, ac servatis de stylo servandis referente me subscripto ejusdem Sac. Congregationis Secretario, SS. D. N. Benedictus PP. XIV eamdem Archiconfraternitatem, utpote quotidianis fere officiis charitatis deditam specialibus favoribus prosequi volens, revocando, commutando, extendendo, vel ex integro respective concedendo, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus qui dictam Archiconfraternitatem ingredientur die primo eorum ingressus si vere poenitentes et Confessi et S. Communione refecti fuerint Plenariam; ac ipsis Confratribus et Consororibus in Archiconfraternitate ejusmodi, tam pro tempore describendis, quam jam descriptis in cujusvis eorum mortis articulo, quatenus vere poenitentes et confessi SS. Eucharistiae Sacramentum sumpserint, vel si id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde saltem invocaverint, similiter Plenariam. Nec non Confratribus et Consororibus etiam vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis, qui Archiconfraternitatis Ecclesiam seu Cappellam vel Oratorium die 4 Octobris Festo ejusdem S. Francisci a primis vesperis

Digitized by Google

usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et inibi pro Christianorum principum concordia, haeresium extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam pariter omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem benigne concessit. Insuper ejusdem Confratribus et Consororibus etiam vere poenitentibus et Confessis, et S. Communione refectis, qui saepedictae Archiconfraternitatis Ecclesiam, vel Cappellam, seu Oratorium in SS. Quadraginta Martyrum, dedicationis Ecclesiae Archiconfraternitatis hujusmodi, ac Purificationis et Assumptionis B. M. Virginis Festivitatibus a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique ut praefertur oraverint quo die id egerint septem annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam. Nec non eisdem Confratribus et Consororibus, saltem corde contritis, qui SS. Eucharistiae Sacramentum, tam in processionibus, per dictam Archiconfraternitatem de licentia Sedis Apostolicae faciendis, quam cum ad Infirmos, aut alias ubicumque et quandocumque pro tempore praefertur comitati fuerint, quinque annos et totidem quadragenas; si vero impediti fuerint signo Campanae ad id dato quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam, Deum pro Infirmi salute deprecando recitaverint, centum dies. Quoties vero Missis, et aliis divinis Officiis, ac Orationibus, et piis exercitiis in dictae Archiconfraternitatis Ecclesia, vel Cappella, seu Oratorio pro tempore celebrandis, recitandis et peragentis interfuerint, vel Peccatores ad meliorem frugem reduxerint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, aut pauperes hospitio susceperint, aut carcere, vel infirmitate detentos visitaverint, illosque piis consiliis, vel aliqua eleemosyna si sint pauperes sublevaverint, aut ignorantes praecepta Dei ad salutem necessaria docuerint, aut etiam qui corpora Defunctorum tam Confratrum et Consororum Archiconfraternitatis hujusmodi, quam aliorum ad sepulturam associaverint, aut quinquies Orationem Dominicam, et toties Salutationem Angelicam pro Animabus Confratrum et Consororum ejusdem Archiconfraternitatis defunctorum recitaverint; toties, pro quolibet operum praefatorum centum dies. Qua pariter die Ecclesiam vel Cappellam seu Oratorium Archiconfraternitatis praedictae visitaverint, vel si legitime impediti quinquies Orationem Dominicam, et quinquies Salutationem Angelicam et toties versiculum Gloria Patri et ad honorem quinque plagarum Domini Nostri Jesu Christi et S. Francisci devote dixerint, quinque annos et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxavit. Insuper iisdem Confratribus et Consororibus praedictae Archiconfraternitatis, qui diebus in Missali Romano ad Stationum Indulgentias acquirendas descriptis ejusdem Archiconfraternitatis Ecclesiam, vel Cappellam, seu Oratorium visitaverint, ut easdem Indulgentias consequantur quas consequerentur si iisdem diebus Ecclesias de Urbe vel extra ejusdem Muros in Missali Romano expressas visitarent, clementer indulsit. Iis vero ex praefatis Confratribus et Consororibus qui Orationem Mentalem saltem per duos quadrantes horae peregerint qua die id egerint centum dierum, si vero per integrum mensem quotidie eamdem Orationem fecerint et una die ejusdem mensis ad cujusque libitum eligenda vere poenitentes, et confessi, ac S. Communione refecti fuerint septem annorum, totidemque quadragenarum. Si autem quotidie praefata per annum completum continuaverint, et una pariter die ad cujuslibet libitum eligenda si vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint plenariam Indulgentiam concessit. Ut praefati Confratres et Consorores participent de omnibus Orationibus, Disciplinis, Jejuniis, Peregrinationibus, Mortificationibus, Poenitentiis, Indulgentiis ac piis operibus, caeterisque bonis spiritualibus per Fratres totius Ordinis S. Francisci peragendis, vel respective quomodolibet acquirendis, ac omnes et singulas praefatas Indulgentias, ac poenitentiarum relaxationes Animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicari valeant similiter indulsit. Utque Archiconfraternitas praefata Confraternitatibus aggregatis, ac in posterum aggregandis, omnes et singulas Indulgentias et gratias supradictas, servata tamen forma Constitutionis Fel. Record. Clementis PP. VIII super modo et forma aggregandi Confraternitates editae, communicare libere possint, facultatem concessit. Omnibus autem et singulis Confratribus et Consororibus Archiconfraternitatis praefatae, qui vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, Dominica tertia cujuslibet mensis ante Vener. Eucharistiae Sacramentum in Ecclesia ejusdem Archiconfraternitatis expositum preces per aliquod temporis spatium ad Deum effuderint, qua Dominica praedictarum id egerint Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam impertitur. Quoties vero pariter confessi ac S. Communione refecti

Digitized by Google

Infirmos in Xenodochio S. Joannis Laterani diebus ad id destinatis visitaverint, illisque inservierint, septem annos et totidem quadragenas. Qui saltem contriti Solemni Benedictione Aquae Lustralis singulis annis in Pervigilio seu die Festo Epiphaniae Domini Nostri Jesu Christi in Ecclesia dictae Archiconfraternitatis Ritu Latino celebrari solitae devote interfuerint, ac ibi de more Deum oraverint his centum dies de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxavit. Insuper omnibus et singulis Christifidelibus vere poenitentibus confessis et S. Communione refectis, qui die secunda Augusti a primis Vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi, et in Festo Sac. Stigmatum S. Francisci a primis Vesperis singulis diebus intra illius octavam Ecclesiam dictae Archiconfraternitatis devote visitaverint, aut processioni intra eamdem octavam per ipsam Archiconfraternitatem fieri solitae interfuerint, qua die praefatarum id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem semel praedicta die 2 Augusti et semel spatio octidui praefati per unumquemque eamdem Ecclesiam ut praefertur, visitantem vel processioni interessentem lucrifaciendam, et ut etiam postremas has omnes Indulgentias Animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicare, non autem nisi Plenariam in Festo tantummodo Sac. Stigmatum a primis vesperis usque ad occasum solis diei ejusmodi aliis Confraternitatibus aggregatis, vel in posterum aggregandis communicare valeant benigne concessit. Voluitque Sanctitas Sua omnium et singularum Indulgentiarum praefatarum Summarium ab eadem Sac. Congregatione approbandum confici, et aliud tantummodo Indulgentiarum, quibus caeterae sodalitates aggregatae, vel aggregandae per praedictam concessionem gaudent, ac iisdem in Actu aggregationis seu Confirmationis exemplum pariter ut praefertur approbatum decerni. Hocque Decretum absque ulla Brevis expeditione suffragari: Non obstantibus in contrarium quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro.

Datum Romae die 27 Januarii 1742.

A. Card. S. Clementis.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide* Summarium in Appendice n° VI.)

CXII.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV ad humillimas preces Visitatoris perpetui Ordinis S. Benedicti per Bohaemiam, Moraviam et Silesiam in perpetuum indulsit, ut omnes et singulae Missae, quae pro animabus Monachorum, Clericorum, et Laicorum, nec non Monialium praefati Ordinis Monasteriorum, Visitatori perpetuo praedicto per Bohaemiam, Moraviam et Silesiam subjectorum, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, ad quodcumque Altare in eorum, vel earum respective Ecclesiis tam erectis, quam in posterum erigendis juxta eorum, sive earum Constitutiones celebrabuntur, animae, pro quibus celebratae fuerint perinde suffragentur, ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Voluitque hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 10 Martii 1742.

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXIII.

Cum ex decretis fel. mem. Benedicti PP. XIII 22 Novembris 1729 et Clementis PP. XII 21 Novembris 1737 concessa et confirmata in perpetuum reperiatur Indulgentia Plenaria universis utriusque sexus Christifidelibus rite visitantibus Ecclesiam sive Altare ubicumque Festum S. Aloisii Gonzagae fieri contigerit; Festum autem hujusmodi ob eximiam et universalem erga Sanctum miraculorum fama ubique illustrem populorum devotionem, saepe numero in unius et ejusdem, etiam non magnae Civitatis, quam pluribus Ecclesiis et aliis locis Sacris, magna cum solemnitate, ac populi concursu, et Sacramentorum frequentia celebretur, atque adeo commode non possit ubique uno eodemque anniversario ejus die 21 Junii, sed pluribus dumtaxat, et quidem successive diebus celebrari; Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV memoratam Indulgentiam benigne ampliandam censuit, ad diem pro dictis Festis cum Officio et Missa de Sancto in singulis locis ejusmodi ab Ordinariis eorumdem opportune designandam. Cumque per eadem Decreta eumdem Sanctum Benedictus idem constituerit, idemque Clemens confirmaverit in omnibus et singulis Universitatibus, Gymnasiis, aut Collegiis generalium vel non generalium studiorum Societatis Jesu Patronum Principalem, ideoque Officio et Missa sub Ritu duplici primae Classis cum Octava juxta Breviarii Romani Rubricas, honorandum, Sanctitas Sua eumdem Ritum in reliquis etiam

Digitized by Google

ejusdem Societatis domibus (quae admodum paucae sunt), uniformitatis gratia servari mandavit.

Hac die 12 Aprilis 1742.

L. CARD. PICUS PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum XCI.)

CXIV.

FORMULA BENEDICENDI NUMISMATA, SEU CRUCES S. BENEDICTI.

A Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV ex Sacrae Congregationis Indulgentiarum voto, et motu proprio emendata, ac pro Monachis Ordinis ejusdem S. Benedicti per Bohaemiam, Moraviam, et Silesiam cum applicatione Indulgentiarum ex speciali privilegio sub die 23 Decembris 1741 approbata, ac per Breve diei 12 Martii 1742 confirmata.

℣. *Adjutorium nostrum in Nomine Domini.*

℟. *Qui fecit Coelum et Terram.*

℣. *Exorcizo vos Numismata per Deum Patrem ✠ Omnipotentem, qui fecit coelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt. Omnis virtus Adversarii, omnis exercitus Diaboli, et omnis incursus, omne phantasma Sathanae eradicare et effugare ab his Numismatibus, ut fiant omnibus, qui eis usuri sunt, salus mentis et corporis in Nomine Patris ✠ Omnipotentis, et Jesu ✠ Christi Filii ejus Domini Nostri et Spiritus Sancti ✠ Paracliti, et in charitate ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.*

℟. *Amen.*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater Noster, etc.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos, etc.*

℣. *Salvos fac servos tuos.*

℟. *Deus meus sperantes in te.*

℣. *Esto nobis Domine Turris fortitudinis.*

℟. *A facie inimici.*

℣. *Dominus virtutem populo suo dabit.*

℟. *Dominus benedicet populum suum in pace.*

℣. *Mitte eis Domine auxilium de Sancto.*

℟. *Et de Syon tuere eos.*

℣. *Domine exaudi, etc.*

℟. *Et clamor meus, etc.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

Deus Omnipotens, bonorum omnium largitor, supplices te rogamus, ut per intercessionem S. Patris Benedicti his Sacris Numismatibus litteris ac characteribus a te designatis tuam benedictionem infundas, ut omnes, qui ea gestaverint, ac bonis operibus intenti fuerint, sanitatem mentis et corporis et gratiam Sanctificationis, atque Indulgentias nobis concessas consequi mereantur, omnesque Diaboli insidias et fraudes, per auxilium Misericordiae tuae effugere valeant, et in conspectu tuo Sancti et Immaculati appareant. Per Dominum Nostrum, etc.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui voluisti pro totius mundi redemptione de Virgine nasci, circumcidi, a Judaeis reprobari, Judae osculo tradi, vinculis alligari, spinis coronari, clavis perforari, inter latrones crucifigi, lancea vulnerari, et tandem in cruce mori : per hanc tuam Sanctissimam Passionem humiliter exoro, ut omnes Diabolicas insidias et fraudes expellas ab eo, qui nomen Sanctum tuum his litteris et characteribus a te designatis devote invocaverint, et eum ad salutis portum perducere digneris. Qui vivis et regnas, etc.

Benedictio Dei Patris ✠ Omnipotentis, et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti descendat super haec Numismata ac ea gestantes ; et maneat semper in Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

(Aspergantur aqua benedicta.)

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, instante R. P. D. Bonnone Lubel liberi et exempti Monasterii Brzeunoviensis Abbate, Walsthadii Praeposito, Regni Bohaemiae Praelato infulato, ac Ordinis S. Benedicti per eamdem Bohaemiam, Moraviam et Silesiam Visitatore perpetuo, suprascriptam formulam ad usum ejusdem ac pro tempore existentis Visitatoris perpetui, et Monachorum eidem subjectorum approbatam latino solum idiomate in quibusvis locis catholicis imprimi posse censuit. Et facta de praedictis sub die 21 Aprilis 1742 per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit atque concessit.

L. CARD. PICUS PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide* Summarium Indulg. in Appendice n° III.)

Digitized by Google

CXV.

BERGOMEN.

An existentia Altaris privilegiati certo personarum coetui concessi obesse possit concessioni alterius similis Privilegii indefiniti pro omnibus in eadem Ecclesia, ratione clausulae in posteriori Privilegio exaratae « IN QUA ALIUD ALTARE PRIVILEGIATUM NON REPERIATUR CONCESLUM? »

Sac. Congregatio diei 21 Maii 1742 respondit « Non obesse ».

CXVI.

COSENTIN.

1m *An vigore Aggregationis factae Sodalitii Mortis Cosentiae Archiconfraternitati Orationis et Mortis Urbis anno* 1635 *idem Sodalitium gaudeat Indulgentiis caeterisque Privilegiis post dictum annum concessis dictae Archiconfraternitati?* et quatenus affirmative.

2m *An facultas sepeliendi corpora Defunctorum in commodiori Ecclesia comprehendat etiam Ecclesias Regularium?*

3m *An Privilegium Altaris quotidiani, quo fruitur Archiconfraternitas Urbis communicatum sit Sodalitio Cosentino?* et quatenus negative quoad primum et tertium dubium.

4m *An dicta Privilegia concedenda sint Sodalitio Cosentino in casu, etc.?*

Sac. Congregatio sub eadem die respondit

Ad 1m Gaudere, excluso Privilegio sepeliendi.

Ad 2m Responsum in Primo.

Ad 3m Negative.

Ad 4m Ad mentem, et mens est, ut statuatur methodus ad evitandos in ejusmodi Confraternitate abusus sepeliendi in quavis Ecclesia sine rationabili causa, et juxta illam consulatur Sanctissimo pro concessione.

CXVII.

PROVINCIAE JAPPONEN ET VICEPROVINCIAE SINEN.

Nuper pro parte Missionariorum Societatis Jesu in Provincia Japponen et Viceprovincia Sinen degentium expositum fuerat, fieri non posse, ut omnes et singuli illarum regionum Neophiti communionis generalis Indulgentiam ab Apostolica Sede jam concessam lucrentur si una eademque Dominica dies pro omnibus simul Pagis ad hujusmodi fines designata sit, imo et pari modo attentis circumstantiis, quibus aliquando, et pluries eas ob populorum commoditatem ipsorumque Missionariorum solatium variare contingit, ejusmodi beneficio frui nequibunt, si una dominica pro uno, altera pro alio Pago sit firmiter et immutabiliter determinata, cum ob locorum distantiam ad Ordinarios, seu Vicarios Apostolicos recursus frequenter haberi nequeat : ideo precibus super his Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae humillime porrectis, ut iisdem Missionariis facultas concedatur ejusmodi dies Dominicas ad praefatam Communionis Generalis Indulgentiam acquirendam, variandi quotiescumque id occurrentes circumstantiae postulaverint, eadem Sac. Congregatio sub die 21 Maii 1742 censuit indulgendum esse, ut praefati Missionarii in ejusmodi Provinciis degentes quamlibet ad eorum arbitrium Dominicam pro hujusmodi communione generali eligere, ac Indulgentiam consequi valeant, dummodo tamen Breve una saltem vice tam pro publicatione concessionis, quam confirmationis hujusmodi Ordinario seu Vicario Apostolico pro assensu obtinendo exhibeant, servata in reliquis forma primae concessionis. Et facta de praedictis omnibus sub die 18 Junii ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit atque concessit.

CXVIII.

ORDINIS CAPPUCCINORUM.

Ad humillimas preces Procuratoris Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupat. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV sub 15 Julii 1742 benigne in perpetuum indulsit ut Missae, quae juxta Constitutiones, et a Sacerdotibus ejusdem Ordinis in obitu cujuslibet Fratris Ordinis praedicti, vel alio die pro ejusdem anima, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad quodcumque altare Ecclesiarum praedicti Ordinis tam erectarum, quam erigendarum celebrabuntur, animae, pro qua celebratae fuerint perinde suffragentur, ac si, ad altare privilegiatum celebratae fuissent.

L. Card. Picus Praef.
A. M. Erba Prot. Apost. Secret.

Digitized by Google

CXIX.

ORDINIS MINORUM CAPPUCCINORUM.

Nuper Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV sub die 15 Julii 1742 in perpetuum concessit, ut Missae quae juxta Constitutiones Ordinis Minorum S. Francisci Cappucinorum nuncupat. ab ejusdem Sacerdotibus in obitu cujuslibet Fratris hujusmodi ab hac luce migrantis, vel alio die ad quodcumque altare Ecclesiarum ordinis ejusmodi tam erectarum, quam in posterum erigendarum celebrabuntur; suffragentur ac si ad altare privilegiatum celebratae fuissent. Cum vero sicut modernus Procurator Generalis Ordinis praefati humillime exponebat, omnes et singuli sacerdotes tres Missas pro anima cujuscumque summi Pontificis, et Cardinalis Protectoris, ac Imperatoris, atque Regis, nec non illorum, qui Superiores Majores ejusdem ordinis fuerunt, qui e vivis decesserint celebrare soleant, ac privilegium pro illis ad quodlibet altare Ecclesiarum Ordinis hujusmodi ad septemnium semel vel pluries obtentum fuerit, ideo praedicto Procuratore Generali supplicante, Eadem Sanctitas Sua sub die 19 Septembris ejusdem anni Indultum praefatum pro tribus enunciatis Missis ad quodcumque Altare Ecclesiarum praefatarum in perpetuum benigne extendit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc Gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

L. Card. Picus Praef.
A. M. Erba Prot. Apost. Secret.

CXX.

URBIS.

Nuper SS. D. N. Benedictus PP. XIV privilegium quotidianum absque expressione numeri Missarum pro omnibus Fidelibus defunctis, et cum extensione ad quoslibet Sacerdotes Altari S. Birgittae in omnibus et Singulis Ecclesiis ejusdem Instituti vel Ordinis sub die 23 Decembris 1741 in perpetuum concessit. Cum vero Ecclesia ejusdem S. Birgittae apud quam Fratres ipsiusmet Ordinis in Urbe habitant, ac in ea Missas quotidie celebrant, et caetera divina officia libere persolvunt, quamvis a fundatione, seu pia erectione propria eorum fuisset Fratrum et Ordinis, nunc autem ob aliquas temporum varietates nonnullis cesserit administratoribus, a quibus eam ad usum praedicti fratres gratis retineant, in dubium revocatum fuit *num privilegium praefatum altari, et in Ecclesia ejusmodi S. Birgittae de Urbe valeat?* Ideo ad humillimas preces Fratris Pauli Miller Procuratoris Generalis Ordinis hujusmodi Eadem Sanctitas Sua, eo quia ejusmodi privilegia non intuitu Ecclesiarum, sed Ordinis, ejusdemque Fundatorum concedenda, et in Ecclesia praefata vere Missae et reliqua divina officia quotidie persolvantur, ac in ea Altare ejusdem S. Birgittae existat, declaravit idem privilegium suffragari ac Missas hactenus celebratas ac in posterum eidem Altari celebrandas, praedicto gaudere privilegio et quatenus opus sit praevia sanatione Missarum eidem Altari hactenus celebratarum defectus, si quis fuerit, de novo benigne concessit.

Datum Romae 28 Novembris 1742.

L. Card. Picus Praef.
A. M. Erba Prot. Apost. Secret.

CXXI.

TURRITAN.

Nuper Sa. Me. Clemens PP. XII per suum Breve incipiens « *Exponi Nobis* » sub die 16 Januarii 1731 editum Fratribus Ministro Generalli Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat. et subjectis, privative, ut ajunt, ad quoslibet alios sacerdotes facultatem erigendi in Locis inibi expressis pia loca Viae Crucis, seu Calvarii nuncupatis cum adeptione Indulgentiarum ad instar Stationum Montis Calvarii concessit. Cum vero Fratres Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci Cappuccinorum nuncupat. provinciae Turritanae in Sardinia in pacificà sicut exponebant possessione etiam per centenariam completam reperiantur habendi in suis Conventibus ejusmodi Pia Loca, quae Christifideles hactenus frequentaverint, Indulgentias ejusmodi loca rite erecta peragentibus concessas acquirere credentes: precibus Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV humillime porrectis supplicabant primo declarari: *peragentes pia loca Viae Crucis usque de anno* 1616 *erecta apud eosdem Fratres Cappuccinos Conventus Montis* Di-Valverde *nuncupat. extra moenia civitatis Sacceris in Sardinia easdem Indulgentias consequi, quas peragendo ejusmodi Viam Crucis a Fratribus praefato Ministro Generali Minorum de Observantia subjectis erectam consequerentur et quatenus opus sit ex integro concedi*: Secundo: *ut hujusmodi declaratio seu concessio extendatur etiam ad caetera hujusmodi pia Loca Viae Crucis a dictis Fratribus*

Digitized by Google

Cappuccinorum ubilibet jam erecta : Tertio : *ut eadem facultas ejusmodi Loca pia Viae Crucis erigendi cum Indulgentiis jam concessis etiam Fratribus Cappuccinis communicetur eo modo quo ad Fratres Ordinis Minorum de Observantia Reformatorum Recessus et de Ambrosiana nuncupat. sub die* 10 *Novembris* 1729 *per rescriptum S. M. Benedicti PP. XIII extensa fuit.* Eadem Sanctitas Sua auditis Ordinario Turritano et Procuratore Generali praefati Ordinis de Observantia, ac referente sub die 28 Novembris 1742 me infrascripto Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Secretario, benigne respondit. Ad Primum « Pro Concessione ». Ad Secundum « Recurrant in casu particulari ». Ad Tertium « Negative ».

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apost. Secret.

(*Vide etiam* Decretum CXXXIV.)

CXXII.

NOLANA.

1m *An Moniales Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini sub cura et gubernio Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Collegii nuncupat. gaudeant Indulgentiis Tertii Ordinis S. Francisci in casu? et quatenus negative.*

2m *An sint concedendae?*

Sac. Congregatio diei 1 Aprilis 1743 respondit

Ad 1m « Negative ».

Ad 2m « Gaudeant Ordini concessis ».

CXXIII.

An Indulgentia Quinquaginta dierum a Sa. Me. Pio V recitantibus Officium B. M. Virginis et Defunctorum concessa, consequatur a Sodalitiis, a quibus dumtaxat recitantur Matutinum et Laudes in casu? etc.

Sac. Congregatio diei 23 Martii 1744 respondit « Negative ».

CXXIV.

PLACENTINA.

Cum Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV die 10 Maii 1743 per suum Breve incipien. « *Commissae nobis* » omnibus Christifidelibus confessis et Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Ordinis Eremitarum S. Augustini ubicumque erectis vel erigendis in Festis Nativitatis Dominicae, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Annunciationis, ac Assumptionis Beatissimae Virginis Maria, nec non die, qua Festum ejusdem B. Virginis de Consolatione nuncupat. in dictis Ecclesiis celebratur, devote visitaverint, ibique, ut fusius in eo Brevi continetur, oraverint, Indulgentiam Plenariam concesserit, ac insuper indulserit, ut singuli Priores pro tempore existentes Conventuum, aut alii Fratres ejusdem Ordinis ab ipsis Prioribus deputandi in praedictis Festivitatibus et die Christifideles ad easdem Ecclesias accedentes, qui praemissa peregerint, nomine Sanctitatis Suae benedicere possent; Moniales dicti Ordinis Loci *Complani* Placentinae Dioecesis Ordinario tamen subjectae dubitantes, an et ipsae ejusmodi Indulgentiis et facultate respective gaudere tuto valeant, supplicarunt Sanctissimo ut easdem Indulgentias etiam favore proprii Monasterii declarare, vel concedere, dictamque facultatem ad suum pro tempore existentem Confessarium communicare dignaretur. Hujusmodi autem precibus ab eadem Sanctitate Sua ad Sac. Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositam remissis, formatisque his desuper dubiis, scilicet Primo « *An Monasterium Complanense gaudeat privilegiis a Sanctissimo Domino Nostro universo Augustiniano Ordini concessis, in casu, etc.?* et quatenus Affirmative quoad Indulgentiam Plenariam, et Negative quoad Benedictionem » : Secundo « *An et quomodo providendum sit in casu, etc.?* Eadem Sac. Congregatio die 18 Maii 1744 respondit ad Primum « supplicandum esse Sanctissimo pro Indulgentia Plenaria in Festis enunciatis pro Monialibus tantum. » Quo vero ad Benedictionem « Negative ». Secundum « Provisum in primo ». De quibus singulis facta per me infrascriptum Secretarium die 30 ejusdem Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit, ipsamque concessionem et declarationem ad reliqua hujusmodi Monialum Monasteria extendit.

C. Card. de Hieronymis Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXV.

VICEN.

Proposito Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae dubio « *An morte Episcopi Vicen. expiraverit Breve Indulgentiarum ad*

Digitized by Google

septemnium pro Missionibus expeditum attenta narratione in eo expressa, scilicet « cum modernus Episcopus mittere intendat Presbyteros ad Missiones, etc.» Eadem Sac. Congregatio die 18 Maii 1744 respondit « Negative ». De quibus facta sub die 30 ejusdem mensis per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

C. Card. de Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXVI.

MONIALIUM ORDINARIO LOCORUM SUBJECTARUM.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita sub die 18 Maii 1744 declaravit, Sanctimoniales quascumque Ordinariis locorum subjectas, gaudere Indulgentiis suorum respective Ordinum, aut Congregationum, quarum Ritum in Officio recitando sequuntur, ac simil Institutum profitentur. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 30 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

C. Card. de Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXVII.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV die 30 Maii 1744 benigne declaravit Imaginem Crucifixi Domini Nostri Jesu Christi, quae Parochis pro impertienda benedictione cum Indulgentia Plenaria in articulo Mortis decernitur, etiam ipsimet Parocho, cui concessa est, in articulo Morti constituto, qui singula in decreto eidem expedito injuncta peregerit, pari modo suffragari, sive per se sive per alium ejusmodi Imago eidem porrigatur.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXVIII.

1m *An Missae celebratae in Altari Sodalitii privilegiato ante publicationem Brevis ipsius privilegii, gaudeant privilegio in casu, etc.? et quatenus negative.*

2m *An sit locus illarum sanationi?*

Sacra Congregatio diei 1 Octobris 1744 respondit

Ad 1m Affirmative, sed non licete.

Ad 2m Provisum in primo.

CXXIX.

SALISBURGEN.

Cum vigore Indulti Altaris privilegiati per respectivos locorum Ordinarios semel tantum designandi in omnibus et singulis Ecclesiis totius Ordinis FF. Eremitarum S. Augustini pro Feriis juxta numerum Missarum in decreto diei 13 Septembris 1726 expressum eligendis a Sa. Me. Benedicto XIII generaliter concessi, Ecclesia S. Annae Conventus FF. Excalceatorum ejusdem Ordinis in Styria Dioecesis Salisburgensis, in qua quindecim Missae quotidie celebrabantur, nempe Altare S. Annae pro duabus Feriis, et Altare S. Cajetani pro alia Feria ab Ordinario designata obtinuerit, ac proinde dubium super hujusmodi duplicis Altaris designatione, nec non Missarum immutatione ortum fuerit, formatis quaesitis, scilicet Primo « *An designatio secundi Altaris privilegiati substineatur?* » Secundo « *An et quomodo providendum sit in casu, etc.?* » Tertio « *An diminuto numero Missarum pro privilegio trium in hebdomada Feriarum, Altare designatum privilegiatum remaneat pro duabus Feriis cum numero decem Missarum absque nova designatione in casu, etc.?* Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, habita die 1 Octobris 1744 respondit : Ad primum « Negative ». Ad secundum « Supplicandum Sanctissimo pro facultate designandi primum Altare etiam pro Feria tertia ». Ad tertium « Affirmative ». De quibus omnibus et singulis, facta per me infrascriptum Secretarium sub die 3 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

C. Card. de Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXX.

ORDINIS S. BENEDICTI.

Cum Sa. Me. Clemens XII per suum Breve diei 6 Martii 1739 Privilegium quotidianum pro liberandis animabus Christifidelium a Purgatorii poenis Altare S. Benedicti in omnibus et singulis

Digitized by Google

Ecclesiis tam Monachorum Ordinis ejusdem S. Benedicti Congregationis Cassinensis, quam Sanctimonialium sub eorum cura et gubernio degentium, in perpetuum concesserit, idemque ad plures inde Ecclesias ejusdem Instituti tam Monachorum ultra montes existen., cum Monialium jurisdictioni Ordinariorum immediate subjectorum extensum fuerit, nonnullae hujusmodi Ecclesiae de subsistentia dicti privilegii dubitarunt, eo quia Altare non soli S. Benedicto, sed et alii seu aliis Sanctis simul dicatum, aut diversimode etiam nuncupatum habeant. Itaque ad instantiam Monialium praedicti Ordinis Monasterii S. Caroli Gandini Bergomen. Dioecesis proposito dubio, scilicet « *An Altare Sanctorum Benedicti et Caroli in Ecclesia ipsarum Monialium Gandini gaudeat privilegio quotidiano a S. Sede concesso?* » Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 1 Octobris 1744 respondit « Gaudere ». De quibus omnibus et singulis facta per me infrascriptum Secretarium die 3 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacrae Congregationis benigne approbavit, idemque universis Ecclesiis pro simili casu suffragari declaravit.

C. Card. de Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXXI.

CONSTANTIEN.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 12 Decembris 1744 declaravit Ecclesiam Monachorum Ordinis Cisterciensis Monasterii *De Porta Coeli* nuncupat. in Termeback Constantiensis Dioecesis Provinciae Moguntinae gaudere in perpetuum privilegio quotidiano ad Altare vel Beatissimae Virgini Mariae, vel S. Bernardo, vel utrique dicatum, pro anima cujuscumque Christifidelis ab hac luce in Domino migrantis, et Indulto ad omnia Altaria in cujuslibet Presbyteri vel Clerici, aut Laici Monasterii praefati obitu, aut alia die pro Missis, quae juxta eorum Constitutiones pro ipsorum anima celebrari solent, prout gaudent universae Ecclesiae Monachorum Ordinis Cisterciensis ex Brevibus die 5 Aprilis 1743 obtentis, dummodo idem Institutum profiteantur. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 16 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

C. Card. de Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXXII.

1m *An celebratio quotidiana Missarum in Brevibus Altarium privilegiatorum apposita dietim debeat verificari, ut hujusmodi privilegia sustineantur? et quatenus Negative.*

2m *Quanto tempore in anno tollerari possit omissio quotidianae celebrationis, ne privilegium amittatur?*

3m *An dicto tempore, quo Missae praepositae non celebrantur privilegium sit in suo robore, vel potius pro eo tempore suspensum remaneat?*

Sac. Congregatio diei 9 Februarii 1745 respondit « Serventur Resolutiones Sac. Congregationis Concilii in Mutinen. 10 Junii 1720, et in Senogallien. 19 Novembris 1732.

CXXXIII.

ORDINIS S. BIRGITTAE.

Proposito dubio ad instantiam Procuratoris Generalis FF. Ordinis Sanctissimi Salvatoris, seu S. Birgittae in Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita « *An vi Decreti de non commodandis Coronis, Indulgentiae concessae Coronis S. Birgittae nuncupat., adhuc durent si dictae Coronae commodentur dumtaxat ad enumerandos calculos seu ad recitationem Orationum?* » Eadem Sacra Congregatio die 9 Februarii 1745 respondendum esse censuit « Affirmative ». De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 3 ejusdem mensis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbavit.

C. Card. de Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXXIV.

PROVINCIAE TURRITANAE.

Cum a longissimo tempore Pium Sanctumque Exercitium Viae Crucis, ut vocant, obirent Fratres Minores Cappuccini nuncupat. Provinciae Turritanae suos pene Conventus, cumque promulgata subinde Constitutione Sa. Me. Clementis XII, cujus initium est « *Exponi nobis* » qua facultas erigendi Viam Crucis Ministro Generali Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, Fratribusque ab eo dependentibus tribuitur, isti Fratres Cappuccinos deturbare in possessione hujus exercitii coeperint ob id potissimum, quod Erectio ab ipsis facta non esset : Procurator

Digitized by Google

Generalis Cappuccinorum ad removenda jurgia et dissentiones cum Christifidelium scandalo subortas, Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae pro manutentione in possessione erectionis antedicti exercitii, et pro Indulgentiarum concessione humillimas preces porrexit. Quare Eadem Sac. Congregatio, audito Procuratore Generali FF. Minorum de Observantia, ac singulis rationum momentis hinc inde deductis, caeterisque de more videndis mature perpensis, ac formatis his desuper dubiis, nempe 1m « *An Viae Crucis erectio a PP. Cappuccinis in Provincia Turritana ante promulgationem Constitutionis Sa. Me. Clementis XII substineatur?* et quatenus Affirmative ». 2m « *An illis sint concedendae Indulgentiae, quibus gaudent Viae Crucis erectae a Patribus Minorum Observantiae S. Francisci?* » Die 9 Februarii 1745 censuit rescribendum esse Ad 1m « Supplicandum Sanctissimo pro sanatione, quatenus opus sit, dictae Erectionis ». Ad 2m « Provisum in primo ». De quibus facta per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino relatione die 13 ejusdem mensis, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

C. Card. de Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.
(*Vide etiam* Decretum CXXI.)

CXXXV.

Editum jam fuit a Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita Decretum tenoris qui sequitur « *Ne contra veterem et probatam in Ecclesia consuetudinem, Indulgentiarum numero nimis aucto, Ecclesiastica disciplina enervetur saepius in Brevibus apponi consuevit Clausula illa* « Volumus autem ut si alias Christifidelibus dictam Ecclesiam qualibet anni die visitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetua vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, praesentes litterae nullae sint » *Cum alias autem pro ejusdem Clausulae explicatione supplicatum fuerit, Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita declaravit* « Ea nullatenus comprehendi Altaria Privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias aut certo personarum generi concessas, ut Confraternitatibus, Regularibus et Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus ut Litanias, aliasque hujusmodi recitantibus, ac iis qui Christiana Doctrina erudiuntur vel alios erudiunt, et qui Sanctissimae Eucharistiae Sacramenti Expositioni cum Oratione quadraginta horarum intersunt, neque Stationum Urbis, et septem Altarium Indulgentias ad instar septem Altarium Basilicae Vaticanae concessas, neque demum, quae pro unica vice conceduntur. Caeterum si alia Indulgentia sive Plenaria sive non Plenaria in perpetuum vel ad tempus tum ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice generaliter Christifidelibus Ecclesiam vel aliquod ejus Altare, seu Cappellam visitantibus eodem anni die vel diverso concessa fuerit, de qua non fiat in Litteris Apostolicis mentio, has litteras ob dictam Clausulam esse prorsus irritas ac nullas » *ut expresse habetur in Decreto ab eadem Sacra Congregatione desuper edito die* 23 *Junii* 1676. *Postea tamen eidem Sac. Congregationi delatum fuit non paucos esse, qui praedictum Decretum non recte intelligentes sibi suadeant, quod si in aliqua Ecclesia jam concessae reperiantur Indulgentiae, quae pro Feriis sextis mensis Martii dari solent et postea in eadem Ecclesia alia Indulgentia concedatur cum appositione in Brevi supramemoratae Clausulae* « Volumus autem, etc. » *Indulgentia quae postremo loco data est, valida sit. Quapropter ut omnis in posterum erroris occasio auferatur, Eadem Sacra Congregatio habita die* 18 *Aprilis* 1716 *declaravit* « Indulgentiam ultimo loco concessam ob saepedictam Clausulam-Volumus autem-Litteris Apostolicis insertam esse nullam ». *Datum die XI Septem.* 1716. *Lud. Card. Picus Praef. Raphael Cosmus de Hieronymis Secr. Loco* ✠ *Sigilli.* » Cum vero ex frequenti concessione Indulgentiarum pro ipsis Feriis sextis Martii, seu Quadragesimae frequens pariter sequatur nullitas reliquorum Brevium, quae de stylo cum restrictivis postea expediuntur : idcirco eadem Sacra Congregatio re maturius perpensa ad tollendas quascumque dubietates ac Brevium nullitates, quibus Christifideles quandoque decipi possunt, die 9 Februarii 1745 censuit, hujusmodi Indulgentias Feriarum sextarum mensis Martii seu Quadragesimae excipiendas esse, ita ut quaslibet impedire nequeant, ac propterea praefato Elencho Indulgentiarum exceptarum die 23 Junii 1676 ab eadem Sac. Congregatione edito addendas esse. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 13 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

C. Card. de Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.
(*Vide etiam* Decreta XV, XXXIX.)

Digitized by Google

CXXXVI.

ROMANA.

Cum ab Ecclesia S. Luciae Archiconfraternitatis Confalonis de Urbe offerentibus Eleemosinas pro Missis celebrandis ad Altare in eadem privilegiatum distribuerentur schaedulae tenoris qui sequitur « *Indulgenza Plenaria conceduta all' Altare del Santissimo Crocifisso posto nella Chiesa di S. Lucia della Ven. Archiconfraternita del Confalone. Chi farà celebrare sull' Altare privilegiato del Santissimo Crocifisso nella Chiesa di S. Lucia del Confalone applicandola per l' anima che si desidera, la medesima vien liberata dal Purgatorio, non altrimenti che detta Messa fosse celebrata all'Altare di S. Gregorio di Roma, come apparisce dalla lapide di detto Altare per Bolle concesse da Papa Paolo V e Gregorio XIII Sommi Pontefici* (1). » Sed ex requisitis, et exhibitis Brevibus liqueat, scilicet ex Brevi Sa. Me. Gregorii XIII diei 20 Februarii 1577 privilegium fuisse concessum Altari Sanctissimi Crucifixi; ex Brevi vero Fel. Rec. Pauli V diei 11 Decembris 1609 idem privilegium fuisse translatum ad Altare Omnipotenti Deo et Beatissimae Cruci dicatum, ideo Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 9 Februarii 1745 omnibus serio examinatis censuit declarandum esse idem privilegium addictum esse Altari praedicto sub titulo Omnipotentis Dei, et Beatissimae Crucis existen., ac propterea caeteris reprobatis reformandam esse formulam praedictarum schaedularum, et approbandam quae sequitur, nempe « *Indulgenza Plenaria per suffragare l' anime del Purgatorio all'Altare di Dio Onnipotente e della Santissima Croce nella Chiesa di S. Lucia della Ven. Archiconfraternita del Confalone di Roma. Chi farà celebrare Mess all'Altare dedicato a Dio Onnipotente e alla Santissima Croce nella Chiesa della Ven. Archiconfraternitata del Confalone di Roma suffragherà per ogni Messa come se la medesima fosse celebrata all'Altare privilegiato del Monastero di S. Gregorio parimenti di Roma, come apparisce da' Brevi di Gregorio XIII e Paolo V Sommi Pontefici* (1) ». De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 13 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

C. Card. De Hieronymis Praef.

A. M. Erba Protonotarius Apostolicus Secret.

(1) Indulgentia plenaria concessa altari sanctissimi crucifixi posito in ecclesia S. Luciae venerabilis archiconfraternitatis Confalonis. Qui faciet celebrare in altari privilegiato sanctissimi crucifixi in ecclesia S. Luciae Confalonis, applicando pro anima quam maluerit, ipsa liberatur e purgatorio, non secus ac si dicta missa celebrata fuisset in altari S. Gregorii Romae, ut apparet ex lapide dicti altaris per bullas concessas a Paulo V et Gregorio XIII summis Pontificibus.

CXXXVII.

Cum Sac. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae humillime expositum fuerit, tribus diebus, scilicet Feria V in Coena Domini, ac Parasceven, et Sabato Sancto, quibus incruenta Sanctissimi Corporis et Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi Sacrificia ex Ecclesiasticae disciplinae instituto offerri minime possunt, quoddam pium exercitium in Urbe et in aliquibus Italiae locis introductum inveniri sub hac lege, ut quisque spatio saltem unius horae omnibus ac singulis praefatis diebus Orationi Mentali vel Vocali in suffragium Animarum in Purgatorii Poenis degentium, vacare debeat, ut quo tempore ipsae Fidelium Defunctorum animae suffragiis ex Missarum celebratione provenientibus destituuntur; alia, qua potest ratione valeant adjuvari, eadem Sac. Congregatio die 6 Aprilis 1745 re mature perpensa ad laudabile hujusmodi institutum confovendum, omnibus et singulis utriusque sexus in Urbe ac in Italia Christifidelibus, qui saltem corde contriti diebus in Coena Domini ac Parasceven, et Sabato Sancto, Orationi Mentali vel Vocali in suffragium Fidelium Defunctorum unam saltem horam devote impenderint, Indulgentiam septem annorum, totidemque quadragenarum animabus Fidelium Defunctorum applicabilem in perpetuum concedendam esse censuit. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 10 ejusdem Mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

C. Card. De Hieronymis Praef.

A. M. Erba Prot. Apost. Secret.

(*Vide etiam* Decretum CXCVIII.)

(1) Indulgentia plenaria ad suffragandum animabus purgatorii ad altare Dei omnipotentis et sanctissimae Crucis, in ecclesia S. Luciae venerabilis archiconfraternitatis Confalonis Romae. Qui faciet celebrare missam in altari dedicato Deo omnipotenti et sanctissimae Cruci in ecclesia venerabilis archiconfraternitatis Confalonis Romae, suffragabitur per singulam missam ac si eadem fuisset celebrata in altari privilegiato monasterii S. Gregorii etiam Rumae, ut apparet ex brevibus Gregorii XIII et Pauli V summorum Pontificum.

Digitized by Google

CXXXVIII.

ORDINIS MINORUM CAPPUCCINORUM.

Cum Sanctissimus D. N. Benedictus PP. XIV sub die 15 Juiii 1742, ut Missae quae juxta Constitutiones Ordinis FF. Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupat. ab ejusdem Sacerdotibus in Obitu cujuslibet Sacerdotis vel Clerici, aut Laici Ordinis hujusmodi ab hac luce migrantis, vel alia die celebrantur ad quodcumque Altare Ecclesiarum ejusdem Ordinis tam erectarum, quam in posterum erigendarum celebrentur, perinde suffragentur, ac si ad Altare Privilegiatum celebratae fuissent in perpetuum concesserit; ac inde hujusmodi indultum sub die 19 Septembris ejusdem anni ad tres Missas, quas singuli Sacerdotes praedicti Ordinis pro anima cujuscumque Summi Pontificis, et Cardinalis Protectoris ac Imperatoris atque Regis, nec non illorum, qui Superiores Majores ejusdem Ordinis fuere, qui e vivis decesserint celebrare solent benigne extenderit. Demum supplicante Procuratore Generali ipsiusmet Ordinis eamdem gratiam etiam ad unam Missam, quae a Sacerdotibus Ordinis hujusmodi pro anima suorum respective parentum ab hac vita migrantium extendi, ac hujusmodi precibus Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae relatis, Eadem Sac. Congregatio die 6 Aprilis 1745 idem Indultum etiam pro unica hujusmodi Missa ad quodlibet Altare Ecclesiarum dicti Ordinis in perpetuum concedendum esse censuit. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 10 ejusdem Mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua benigne annuit.

C. Card. De Hieronymis Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXXXIX.

ORDINIS S. FRANCISCI RECOLLECTORUM.

An Cappellae publicae PP. Recollectorum Ordinis S. Francisci gaudeant privilegio Ecclesiarum Ordinis in casu, etc.?

Sac. Congregatio diei 20 Septembris 1745 respondit « Negative ».

CXL.

ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS.

1m *An Ecclesiae Monialium Ordinis Praemonstratensis quae Ordinariis subjectae sunt gaudeant privilegio Altaris eidem Ordini concesso?*

2m *An eodem privilegio gaudeant Ecclesiae a Monasteriis Ordinis dependentes, quae ab aliquo ejusdem Ordinis Canonico solent administrari? in casu, etc.*

Sac. Congregatio sub eadem die respondit « Negative ad Utrumque.

CXLI.

Sac. Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita ad dubium super praefatis precibus, formatum nempe « *An et quomodo annuendum sit precibus in casu, an nimirum Ecclesiae PP. Recollectorum Ordinis S. Francisci Nationis Germano-Belgicae, seu Cappellae existentes sub jurisdictione Episcoporum e Dominio Saecularium gaudeant privilegiis Ordinis?* Previo recessu a decisis sub die 20 Septembris 1745 omnes et singulas Cappellas publicas FF. Recollectorum in Regione Germano-Belgica existentes gaudere, donec residentiam inibi Fratres duxerint, omnibus et singulis Indulgentiis et Privilegiis, caeterisque Ecclesiis ejusdem Ordinis generaliter concessis, dummodo ad illas Christifideles ad Sacrum audiendum, et ad percipienda Ecclesiae Sacramenta confluant, die 31 Januarii 1746 declarandum esse respondit. De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 4 Februarii ipsius anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXLII.

TRIDENTINA.

1m *An Tertiarii, qui a Patribus Conventualibus defecerunt, adscriptique fuere in tertio Ordine Patruum Minorum Reformatorum Ordinis S. Francisci gaudeant Privilegiis Tertiariorum in casu, etc.?*

2m *An Bullae tam* Quaecumque Clementis VIII, *quam* Paterna Sedis *Benedicti XIII obsint Tertiariis Conventualibus ratione posterioris erectionis in casu?*

Sac. Congregatio diei 21 Junii 1746 respondit

Ad 1m Ex hactenus deductis Negative, et ad

Digitized by Google

mentem, et mens est ut scribatur Episcopo juxta instructionem.

Ad 2m « Negative. »

(*Vide etiam* Decretum CLXI.)

CXLIII.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 23 Septembris 1746 censuit indulgendum esse ut Abbas Canonicorum Regularium Lateranensium Monasterii S. Leonardi extra Muros Civitatis Veronensis Altare praedicti S. Leonardi pro Altari Sancti Ubaldi, quod in eorum Ecclesia non reperitur erectum juxta Breve diei 18 Decembris 1743 designare valeat, servato in reliquis ipsius tenore Brevis. De quibus facta per me infrascriptum hujusmodi Sac. Congregationis Secretarium die 28 ejusdem Mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua benigne annuit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXLIV.

URBIS ET ORBIS.

Cum in concedendis facultatibus benedicendi Coronas, aut Numismata nulla ut plurimum in Apostolicis Rescriptis fiat mentio specifica qualitatis Coronarum et Rosariorum, aut Crucis Imaginum, nonnulla oborta sunt dubia, nempe an nuncupatione Coronarum quaecumque Coronae et Rosaria, et nomine Numismatum etiam Cruces comprehendantur; idcirco relatis in Sacra Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita dubiis, primo « *An quando in Rescripto alicujus supplicationis conceditur facultas pro benedicendis Coronis intelligatur etiam concessa facultas benedicendi quascumque Coronas nec non Rosaria?* » Secundo « *An quando ut supra conceditur facultas benedicendi Numismata non expressa facultate pro Crucibus, possit etiam intelligi concessa facultas benedicendi Cruces?* » Eadem Sac. Congregatio die 16 Januarii 1747 decernendum esse censuit, Ad 1m « Intelligi quascumque Coronas et Rosaria cum communicatione Indulgentiarum in formula impressa dumtaxat contentarum ». Ad 2m Juxta eamdem formulam ». De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die 21 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXLV.

VIENNEN. IN AUSTRIA.

Cum sicut Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae humillime expositum fuerat, Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum in Conventu, quem antea obtinebant FF. Eremitae ejusdem Ordinis S. Augustini, quos Calceatos, vel antiquae Observantiae vocant, prope Aulam Caesaream Civitatis Viennen. in Austria situm, unde *Aulicus* denominatur, probent ex libro Confraternitatis Cincturatorum, sive Cinguli SS. Monicae et Augustini, ipsam Confraternitatem ab anno 1631 usque ad praesens tempus erectam, et Archiconfraternitati Cincturatorum Bononien. aggregatam extitisse, sed Documentum, sive erectionis, sive aggregationis hujusmodi ob varias temporum vicissitudines, et praesentim Turcae obsidionis ejusdem Civitatis forsan deperditum, invenire minime valeant, de illius Confraternitatis erectionis et aggregationis subsistentia ac validitate a nonnullis novissime dubitari coepit; idcirco eadem Sac. Congregatio, audito prius his desuper Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali De Kollonitz ipsius Civitatis Archiepiscopo die 16 Januarii 1747 praefatam Confraternitatem Cincturatorum fuisse, et esse habendam in Ecclesia eorumdem FF. Eremitarum Excalceatorum S. Augustini canonice erectam, atque Archiconfraternitati Bononiensi aggregatam declarandum et quatenus opus sit de novo concedendum fore censuit. De quibus omnibus et singulis facta per me infrascriptum Secretarium die 21 ejusdem mensis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum CLXXVII.)

CXLVI.

Ad enixas preces Serenissimi Maximiliani Josephi Bavariae Ducis, et Sacri Romani Imperii Electoris, ac Augustissimae Mariae Amaliae Imperatricis Viduae ejus Matris Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 16 Januarii 1747 censuit Indulgentiam Plenariam etiam Fidelibus defunctis per modum suffragii applicabilem singulis Confratribus et Consororibus Confraternitatum sub

Digitized by Google

titulo Adorationis perpetuae seu per omnes et singulas horas exercendae orationis erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in temporali ejusdem Ducis et Electoris Dictione erectarum et erigendarum a Sa. Me. Clemente X sub die X Septembris 1674 concessam, etiam ad quoscumque alios utriusque sexus Christifideles in eadem Dictione existentes, etiamsi nulli ejusmodi Confraternitati fuerint adscripti extendendam esse, dummodo tamen cujusque nomen a respectivo Parocho saltem describatur, et ab eodem hora pro ejusmodi oratione peragenda cuilibet decernatur, servato in reliquis praefati tenore Brevis. De quibus omnibus et singulis facta per me infrascriptum Secretarium die 21 ejusdem mensis Sanctissimo Domino Nostro relatiode, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando praedictae Extensioni benigne annuit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXLVII.

NUSCANA.

1m *An Saccus, qui dicitur S. Francisci, legitima authentica munitus venerari debeat, vel potius uti apocryphus sit rejiciendus?* et quatenus Affirmative ad primam partem et Negative ad secundam.

2m *An deferentes eumdem Saccum superstitionis nota incurri possint et puniri in casu?*

Sac. Congregatio sub eadem die respondit ad utrumque « Relatum ».

CXLVIII.

1m *An Ecclesiae, Cappellae et Oratoria publica nondum benedicta nec consecrata capacia sint Indulgentiarum?*

2m *An eamdem capacitatem habeant Cappellae et Oratoria privata tam cum privilegio more Episcoporum, quam sine hujusmodi privilegio?*

Sac. Congregatio diei 20 Martii 1747 respondit ad utrumque « Affirmative, sed de stylo non concedi ».

(*Vide quoque* Decretum CCIV.)

CXLIX.

Cum in Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita diei 20 Martii 1747 propositum fuerit dubium « *An delatio vestis nigrae ac aliarum tesserarum Archiconfraternitatis S. Mariae Mortis de Urbe necessario requiratur, ut Sodalitium eidem Archiconfraternitati aggregatum gaudere valeat Indulgentiis per dictam aggregationem sibi communicatis?* » Eadem Sac. Congregatio respondendum esse censuit « Negative, et ad mentem et mens est quod Episcopus hortetur Sodales ad ejusmodi vestis delationem ».

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CL.

Ad enixas preces D. Joannis Baptistae Marsilii Abbatis et Procuratoris Generalis, nomine etiam D. Porphyrii Tufi Abbatis Generalis Monachorum Congregationis Silvestrinorum nuncupat. Ordinis S. Benedicti humillime porrectas Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV volens omnes et singulas Ecclesias tam erectas quam in posterum erigendas Monachorum Congregationis hujusmodi, in quibus aliud Altare, vel in perpetuum vel ad tempus nondum elapsum simili privilegio decoratum forsan reperitur, quod per praesentes auctoritate Apostolica revocavit, et in quolibet ex dictis Ecclesiis Altare a praefato D. Porphyrio, vel pro tempore existente ejusdem Congregationis Abbate Generali, semel designandum, hoc speciali dono illustrare, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel Regularis cujuscumque Ordinis, Instituti vel Congregationis Missam pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praefatum Altare designandum celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut D. N. Jesu Christi ac Beatissimae Virginis Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur, benigne concessit atque indulsit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione suffragari earumdemque praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu et sigillo praedicti, et pro tempore existentis Procuratoris Generalis Congregationis praefatae munitis ipsam prorsus fidem in judicio et extra adhiberi, quae adhiberetur ipsis prasentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae die 12 Aprilis anno 1747.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

Digitized by Google

CLI.

ORDINIS FRATRUM SERVORUM B. MARIAE VIRGINIS.

Ad humillimas preces Fr. Joannis Petri Fancelli Prioris Generalis et Fr. Francisci Mariae Pecoroni Procuratoris pariter Generalis FF. Ordinis Servorum B. M. Virginis Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV ex motu proprio omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis, qui aliquam Ecclesiam ejusdem Ordinis in una tantum Festivitate, vel die cujuslibet anni in singulis Ecclesiis hujusmodi per respectivum illum Superiorem Provincialem designanda devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint Indulgentiam Plenariam etiam Fidelibus Defunctis applicabilem benigne concessit. Insuper ut Prior cujuslibet Conventus dicti Ordinis extra Urbem tantum existens, vel alius Sacerdos per dictum respectivum Superiorem Provincialem pariter eligendus in Festivitate vel die praefatae Benedictionem nomine Sanctitatis Suae Populo semel impertiri valeat clementer indulsit. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione suffragari, harumque Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu et sigillo praedicti et pro tempore existentis ejusdem Ordinis Procuratoris Generalis munitis eamdem prorsus adhiberi, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae die 12 Aprilis 1747.

FR. J. CARD. PORTCARRERO PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLII.

FRATRUM MINORUM RECOLLECTORUM IN PROVINCIIS GERMANO-BELGICIS.

Ad humillimas preces P. Gaudiosi Mayer Provinciarum Germano-Belgicarum FF. Ordinis S. Francisci Minorum Regularis Observantiae Recollectorum in Romana Curia Agentis Generalis, Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 20 Martii 1747 Altare Privilegiatum in omnibus et singulis Ecclesiis universi Ordinis praedicti sub die 14 Decembris 1725 in perpetuum jam concessum; in Ecclesiis per R. P. D. Nuntium Apostolicum Bruxellen. designandis, nempe illorum dicti Ordinis, et Provinciarum Germano-Belgicarum Conventuum, quorum PP. Missionibus et aliis pietatis ac misericordiae operibus occupati, quibusdam diebus determinato Missarum numero satisfacere nequeunt, pro duabus Feriis cujuslibet hebdomadae absque expressione numeri Missarum etiam in perpetuum extendendum esse censuit. De quibus facta per Dominum Secretarium die 12 Aprilis ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.

A. E. Vicecomes Sac. Cong. Indulgen. Pro-Secret.

(*Vide etiam* Decretum CLXV.)

CLIII.

CLERICORUM REGULARIUM CONGREGATIONIS S. PAULI.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIV cum sub expositione Sibi humillime facta quod gratiae, privilegia et Indulta spiritualia Canonicorum Regularium Congregationis Lateranensis Ordinis S. Augustini ex quibusdam Bullis fel. rec. Pauli et Julii III etiam Cleribus Regularibus Congregationis S. Pauli Decollati Bernabitis nuncupat. sint communia, per Suum Apostolicum Rescriptum diei 4 Junii 1746 cum declaratione gratiam suffragari, perinde ac si per Litteras Apostolicas in forma Brevis solitis omnibus muniti clausulis expedita fuisset, concesserit privilegium quotidianum perpetuum Altari, vel S. Pauli Apostoli, vel S. Caroli Borromaei in omnibus et singulis Ecclesiis Congregationis Clericorum Regularium praefatae iisdem modo et forma, quibus simile privilegium concessum fuit in omnibus Ecclesiis ipsorum Canonicorum Regularium Lateranensium per Suum pariter Apostolicum Breve tenoris qui sequitur, videlicet: « *Benedictus PP. XIV ad perpetuam rei memoriam omnium saluti Paterna charitate intenti Sacra interdum loca spiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde Fidelium Defunctorum animae Domini Nostri Jesu Christi ejusque Sanctorum suffragia meritorum consequi, et illis adjutae ex Purgatorii poenis ad aeternam salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur omnes et singulas Ecclesias tam erectas, quam in posterum erigendas Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis Lateranensis, nec non Monialum Ordinis et Congre-*

Digitized by Google

gationis hujusmodi sub gubernio, cura, et jurisdictione Canonicorum Regularium praefatorum existentium, et in qualibet ex dictis Ecclesiis Altare sub invocatione S. Ubaldi erectum, seu erigendum, hoc speciali dono illustrare, auctoritate nobis a Domino tradita ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, supplicationibus dilecti Filii Alexandri Josephi Chiappini moderni Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel cujusvis Ordinis, Congregationis et Instituti Regularis Sacrosanctum Missae Sacrificium pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praefati S. Ubaldi Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentias consequatur, ita ut ejusdem D. N. Jesu Christi, ac B. V. Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, a Purgatorii poenis liberetur concedimus et indulgemus. Ac insuper auctoritate Apostolica permittimus, ut dilectus Filius Abbas Generalis ejusdem Congregationis dumtaxat, adhibitis omnibus diligentiis super concessione Altarium in eisdem Ecclesiis existentium ab hac S. Sede Privilegio pro liberandis animabus a Purgatorii poenis, ut asseritur, in perpetuum alias decoratorum concessionem hujusmodi observet, et juxta datam sibi a Domino prudentiam unica vice tantum declaret, et quae ex iisdem Altaribus, sint revocanda, et quae de novo, ut praefertur, novo privilegio donanda, atque haec quidem eo privilegio in perpetuum gaudere, illa vero sic per dictum Abbatem revocata in perpetuum quoque haberi, ita tamen, ut ubi nullum, unum Altare privilegio hujusmodi deputet, ubi vero unum, aut duo Altaria repererit eodem privilegio ditata, utrumque firmum ac veluti de novo concessum esse statuat, et decernat. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut earumdem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam fides in judicio, et extra adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18 Decembris 1749 Pontificatus Nostri anno quarto. D. Cardinalis Passioneus-Loco ✠ Sigilli ». Ad humillimas preces D. Ubaldi Baldassini Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis S. Pauli ipsummet privilegium in singulis Ecclesiis Clericorum praedictae Congregationis Lateranensium publicari, ac hujusmodi decretum imprimi posse benigne indulsit.

Datum Romae die 12 Aprilis 1747.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum CXCV.)

CLIV.

DITIONIS DOMUS BAVARICAE.

Nuper Serenissimo Maximiliano Josepho Bavariae Duce ac S. R. I. Electore et Augustissima Maria Amalia ejus Matre Imperatrice Vidua humillime supplicantibus Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV audito voto Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Indulgentiam Plenariam etiam Fidelibus Defunctis applicabilem pro Sodalibus Confraternitatum Adorationis perpetuae Sanctissimae Eucharistiae Sacramenti in tota Ditione Bavaricae Domus erectarum, sive erigendarum per Breve San. Me. Clemente X sub die 7 Septembris 1674 solummodo concessam ad omnes quoscumque praedictae Ditionis Christifideles, licet nulli ejusmodi Sodalitio nomen dederint die 21 Januarii 1747 benigne extendit, dummodo cujusque nomen a proprio Parocho describeretur, et ab ipso orationis hora designaretur, servato in reliquis allegati tenoris Brevis; cum autem super hujusmodi gratiae extensione variae in eadem Ditione subortae fuerint opiniones, nomine praelaudatorum Serenissimi Ducis Electoris, et Augustissimae Imperatricis Viduae, haec Septem discutienda in ipsa Sac. Congregatione proposita sunt dubia :

1m *An etiam Religiosi et Moniales quibus horae nocturnae ad adorandum assignatae sunt, possint lucrari praedictam Indulgentiam Plenariam?*

2m *An etiam extranei casu in tali loco Bavariae, ubi Sanctissimum Sacramentum expositum est degentes, si per horam integram orent Indulgentia gaudeant?*

3m *An Religiosi et Moniales duabus horis in annum orantes, bis etiam Indulgentiam consequi valeant?*

4m *An Reliqui Christifideles si tribus vel quatuor vicibus in hora oraverint, toties Indulgentiam praefatam acquirant?*

5m *An Clausula* Dummodo, *etc. denotet conditionem sine qua non, ita ut quis horam praescriptam variare non possit, vel quispiam valeat propria au-*

Digitized by Google

ctoritate illam mutare, ob impedimentum supervenies, ut Opificibus et Rusticis non raro contingere solet?

6m *An in quacumque Ecclesia expositio fiat, an in propria tantum orare quis teneatur per horam, ut Indulgentia particeps fiat?*

7m *An Ægroti caeterique non valentes visitare Ecclesiam, ut orent tempore praescripto, si devote id peragant Indulgentiam consequantur?*

Eadem vero Sac. Congregatio omnibus et singulis hujusmodi dubiis mature perpensis die 19 Augusti 1747 respondendum esse censuit: Ad 1m « Affirmative ad tenorem Brevis et Decreti » Ad 2m « Affirmative dummodo non sint per modum transeuntis; » Ad 3m et 4m « Negative » Ad 5m Quoad primam partem affirmative, quoad vero secundam « Negative » Ad 6m Affirmative in quacumque Ecclesia de licentia Parochi. Ad 7m Affirmative de licentia Parochi. De quibus omnibus et singulis facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 26 ipsius mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLV.

CONSTANTIEN.

Cum experientia compertum sit nonnullas Sanctissimi Rosarii Confraternitates auctoritate dumtaxat Ordinaria irrequisito Magistro Generali Fratrum Ordinis Praedicatorum erigi, ac pro illis Apostolicum Breve cum Indulgentiis cuicumque Confraternitati canonice erectae et erigendae generaliter concedi consuetis expediri, nonnulli, extra Urbem ac praecipue quidam Ecclesiastici Viri et Sanguinis nobilitate, et morum probitate insignes ex Dioecesi Constantiensi, recte dubitarunt, num hujusmodi Confraternitates canonice reputari valeant, ac revera subsistant? Quare eorum nomine duo subinserta dubia a Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita fuerunt exhibita: 1m *An si inscio P. Generali Ordinis Praedicatorum per Ordinarium erigatur Confraternitas Sanctissimi Rosarii, Confratres re ipsa fruantur Indulgentiis in Brevi Apostolico per eosdem obtento expressis?* et quatenus affirmative: » 2m « *An fruantur etiam aliis Indulgentiis in dicto Brevi Apostolico obtento non expressis, quas tamen aliis Confratribus Sanctissimi Rosarii a diversis Summis Pontificibus concessas esse constat, ut in Dominicis Menstruis, aut aliis diebus?* Hisce autem dubiis Sac. Eadem Congregatio die 19 Augusti 1747 rationum momentis serio matureque perpensis respondendum esse censuit » Ad utrumque « Negative. » De quibus omnibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 26 praedicti mensis Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV relatione, Sanctitas Sua ipsummet votum benigne approbando confirmavit. Ne tamen hujusmodi Confraternitatum inconsulto eodem Magistro Generali erectarum fervor tepescat, sed magis magisque illarum Confratrum et Consororum devotio potius augeatur, omnes et singulas cujuscumque Confraternitatis Sanctissimi Rosarii erectiones in praefata Constantiensi Dioecesi inscio Magistro Ordinis Praedicatorum pro tempore existente generali hactenus factas motu proprio, ac de plenitudine Suae Apostolicae Potestatis sanavit, ac validas esse declaravit; immo praedictae Dioecesis Constantiensis populum specialibus favoribus prosequi volens, etiam moderno ejusdem Ordinis Praedicatorum Magistro Generali humillime supplicante, iisdem Confraternitatibus sic erectis praeter Indulgentias in respectivo earum obtento Brevi expressas, etiam omnes et singulas alias confraternitatibus Sanctissimi Rosarii ad formam Constitutionis S. Pii V diei 28 Junii 1569 incipien. « *Inter desiderabilia, etc.* » cononice erectis ab Apostolica Sede quomodocumque concessas clementer indulsit. In posterum tamen ut quodcumque dubium, et quaevis abusus aut molestiae vel perturbationis occasio prorsus removeatur, idem Sanctissimus D. N. de Apostolica pariter Plenitudine Potestatis voluit et expresse mandavit, quod non aliter Confraternitates seu Societates Sanctissimi Rosarii erigantur, nisi requisitis prius et obtentis juxta formam a S. Pio V in praeallegato Brevi praescriptam a Magistro laudati Ordinis Praedicatorum pro tempore existente Generali litteris facultativis, ut alias a S. Rituum Congregatione die 9 Aprilis 1661 resolutum fuit, et ab Auditore Generali Suae Apostolicae Camerae in consimili causa anno 1663 per sententiam definitum. Saepe dictus vero Magister Generalis pro hujusmodi Confraternitatum erectione consuetas litteras Sacerdotibus sui Ordinis vel ubi horum Conventus non existat, aliis Ecclesiasticis personis, sive Regularibus, sive Saecularibus etiam Episcopo benevisis expediat, ipsaeque litterae nonnisi de consensu Ordinarii, servatisque reliquis omnibus in hujusmodi erectionibus ex Apostolicis

Digitized by Google

Constitutionibus servandis, ac servari solitis, executioni mandentur.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLVI.

VIENNEN. IN AUSTRIA.

Cum pluribus non obstantibus Decretis quibus Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita declaravit et signanter die 20 Aprilis 1711 Monasteria omnia Sanctimonialium, quae a cura et gubernio FF. Suorum Ordinum sub immediatam Episcoporum jurisdictionem translata sunt, seu in posterum transferri aliqua ratione contigerit, non ideo Privilegia et Indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse seu amisura fore, sed eodem modo cunctis praedictis privilegiis et Indulgentiis uti et frui debere, ac si sub gubernio Fratrum suorum Ordinum actu existerent; die vero 3 Decembris 1736 Monasteria Monialium in partibus praesertim Germaniae sita sub nuncupatione Congregationis Elisabethinarum, licet sub cura et gubernio Ordinariorum existant, gaudere Indulgentiis earum ordini generaliter concessis, ac die 23 Septembris 1741 Sanctissimus Dominus Noster audito prius voto ejusdem Sac. Congregationis diei 19 ejusdem mensis declaraverit, et quatenus opus sit concesserit Ecclesias Monialium Clarissarum Ordinis S. Francisci Assisinatis gaudere Indulgentia Portiunculae nuncupata die 2 mensis Augusti pro omnibus Christifidelibus eo modo quo gaudent Ecclesiae Fratrum Minorum universi ejusdem Ordinis S. Francisci, et demum 18 Maii 1744 Sanctimoniales quascumque Ordinario Locorum subjectas gaudere Indulgentiis suorum respective Ordinum, aut Congregationum quorum Ritum in Officio recitando sequuntur, ac simul Institutum profitentur; His inquam non obstantibus pro parte Monialium Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Elisabethinarum nuncupat. Civitatis Viennae in Austria Sac. Congregationi expositum fuerit nonnullos credidisse, sive excogitasse ipsarum Ecclesiam, et alias ejusmodi Congregationis et Ordinis utpote Ordinario subjectas privilegiis et Indulgentiis in Ecclesiis earum Ordinis et signanter pro die 2 Augusti concessis, minime gaudere, sed praefata Decreta pro personis dumtaxat Monialium, non vero pro omnibus Christifidelibus illarum Ecclesias visitantibus intelligenda fore : Quare proposito desuper dubio, *An Indulgentiae generaliter concessae Ecclesiis Fratrum, pariter et Monialium tum in diebus festivis Sanctorum Ordinis, tum in aliis hujusmodi solemnitatibus cunctae et singulae aeque lucrari queant a Christifidelibus visitantibus Ecclesias Monialium, quae Ordinariorum gubernio et jurisdictioni subsunt?* Sac. Eadem Congregatio die 19 Augusti 1747 ad formam alterius Decreti die 27 Februarii 1673 respondit ac declaravit « Gaudere. » De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 26 ejusdem Mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLVII.

TAURINEN.

Ad enixas preces Eminentissimi et Reverendissimi Caroli Victorii Amadei Card. De Lanceis Archiepiscopi electi Nicosiensis et Magni Serenissimi Sardiniae Regis Eleemosinarii Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV audito voto Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae universis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis, et S. Communione refectis, qui quacumque anni die Regiam Cappellam Sanctissimae Sindonis nuncupatam Civitatis Taurinen. devote visitaverint ibique pro Christianorum Principum Concordia, Haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae Exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam per unumquemque semel tantum in quolibet anno lucrifaciendam, Insuper ex gratia speciali Incolis ejusdem Civitatis, ac Suburbiorum dumtaxat praemissa peragentibus in quatuor aliis anni diebus, vel festivitatibus per laudatum Eminentissimum et Reverendissimum Dominum Cardinalem Archiepiscopum semel eligendis qua die vel festivitate praedictarum id egerint, Plenariam pariter omnium peccatorum suorum Indulgentiam die 26 Augusti anno 1747 in perpetuum benigne concessit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLVIII.

URBIS.

Cum sicut humillime exponebatur in Ecclesia

Digitized by Google

S. Silvestri et Dorotheae Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Francisci in Transtiberim de urbe quaedam pia Confraternitas *Congregatio* nuncupata *Divini Amoris S. Cajetani* canonice reperiatur erecta, quae Confraternitas juxta ipsius Statuta nonnullas Missas pro anima ipsorum Confratrum et Consororum ab hac vita decedentium celebrare, vel celebrare facere solent, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV clementer indulsit, ut omnes et singulae Missae hujusmodi, quae pro anima ipsorum Confratrum et Consororum, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad quodlibet Altare cujusvis Ecclesiae celebrabuntur, Animae hujusmodi pro qua celebratae fuerint, perinde suffragentur ac si ad Altare Privilegiatum celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 27 Augusti 1747.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLIX.

MOGUNTINA.

Clausulae restrictivae, quae ex consueta probatque consuetudine appositae fuerunt in quibusdam Indulgentiarum Brevibus expeditis pro Ecclesia Montis Adjutorii S. Bonifacii Moguntinae Dioecesis, nonnullis dubium injecerunt « *Utrum ex praefatis clausulis revocatae fuerint, aliae Indulgentiae praefatae Ecclesiae concessae et praesertim pro concursu Peregrinorum pro sextis Feriis Quadragesimae : Novendialibus Nativitatis Domini; nec non Altaris privilegium;* » quare ad removendas hujusmodi dubitationes proposito dubio « *An Indulgentiae concessae, tam pro concursu Populi ac Peregrinorum, quam pro Novendialibus ante Natale Domini, nec non privilegio Altaris impedimento sit concessioni Indulgentiarum cum clausula* – Dummodo –, *aliisque restrictivis in casu, etc.?* » Sac. Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita die 5 Februarii 1748 declarandum esse censuit « Negative ». De quibus facta per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

FR. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLX.

ELBOREN.

1m *An deputatio Sacerdotis Saecularis inscio P. Priore Generali Ordinis Eremitarum S. Augustini ad benedicendum Scapularia et Cincturas a Sodalitio Sincturatorum Oppidi Moevrae facta sustineatur in casu, etc.?*

2m *An idem Sacerdos valeat benedictionem nomine Sanctitatis Suae impertiri diebus in Statutis Cincturatorum praescriptis, nec non in Articulo Mortis?* Et quatenus Negative ad utrumque.

3m *Quomodo providendum sit in casu, etc.?*

Sac. Congregatio sub eadem die respondit

Ad 1m et 2m Negative.

Ad 3m Recurrant ad P. Priorem Generalem Ordinis S. Augustini pro facultate impertiendi Benedictionem Papalem.

CLXI.

TRIDENTINA.

Proposita controversia exorta inter Tertiarios subjectos Patribus Min. Conventualibus S. Francisci, et Tertiarios PP. Reformatorum ejusdem Ordinis Tridenti in Sac. Congregatione habita die 21 Junii 1746, Sac. Congregatio disceptatis dubiis, Primo videlicet « *An Tertiarii, qui a PP. Conventualibus defecerunt adscriptique fuere in Tertio Ordine PP. Minorum Reformatorum Ord. S. Francisci gaudeant privilegiis Tertiariorum in casu, etc.?* » Secundo « *An Bullae, tam*-Quaecumque-*Clementis VIII, quam*-Paterna Sedis-*Benedicti XIII obsint Tertiariis Conventualibus ratione posterioris erectionis in casu, etc.?* » Ad primum respondit « ex hactenus deductis Negative, et ad mentem et mens est ut scribatur Episcopo juxta Instructionem ». Ad secundum « Negative ». Quapropter datis Litteris ad Episcopum, quae potissimum versabantur in eo ut pro sui prudentia curaret partes componere; cumque irrita fuerit omnis industria Episcopi; iterum pro parte utriusque Congregationis Tertiariorum praefatorum propositum fuit dubium « *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu, etc.?* » Eadem Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 5 Februarii 1748 rescribendum esse censuit « In decisis, et ad mentem, et mens est, ut Secretarius referat Sanctissimo, Sac. Congregationem esse in

Digitized by Google

sensu quod quatenus Tertiarii qui a Conventualibus discesserunt supplicent Sanctitati Suae pro nova Indulgentiarum concessione, illorum precibus Sanctitas Sua dignetur annuere ». De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sac. Congregationis Secretarium die 2 Martii ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum CXLII.)

CLXII.

Ut Pietatis opera in Christiana Republica augeantur, simulque charitatis vincula Fideles ipsos magis, magisque obstringant, jamdiu mos invaluit Privilegia, Indulgentias, aliasque spirituales gratias, quibus Patriarchales Basilicae, aliaeque Ecclesiae, Nosocomia, Archiconfraternitates, et alia hujusmodi generis pia Instituta gaudent, aliis per aggregationes communicandi; verum cum super hujusmodi aggregationibus plura quotidie emergant dubia, et praesertim, num qui aggregandi facultatem habent, privilegia sibi competentia ampliare, sive limitare in aggregatione queant; pariterque an pro sui arbitrio ipsas aggregationes ad tempus vel in perpetuum concedere possint; tum etiam utrum privilegium Altaris quo aggregatus fruitur communicari possit, et revera sub nomine Privilegiorum et Indulgentiarum indemnitati, neve Christifideles in re tanti momenti decipiantur, decidenda in Sac. Congregatione Indulgentiarum et Sac. Reliquiarum proposita fuerunt sequentia dubia. Primo « *An Patriarchales Basilicae, aliaeque Ecclesiae, nec non Nosocomia, Archiconfraternitates, Superiores cujuscumque Ordinis, sive Instituti caeterique habentes facultatem communicandi privilegia, possint Privilegia et Indulgentias ampliare et limitare pro sui arbitrio in aggregationibus?* » Secundo « *An aggregationes faciendae sint ad tempus vel in perpetuum?* » Tertio « *An privilegium Altaris sit communicabile?* » Et Sac. Eadem Congregatio die 5 Februarii 1748 declarandum esse censuit » Ad primum « Negative, nisi aliter in Indultis Apostolicis praevideatur ». Ad secundum « Aggregationes fasciendas esse in perpetuum ». Ad tertium « Negative ».. De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sacrae Congregationis Secretarium die 2 Martii ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXIII.

Nuper emanatum fuit decretum tenoris qui sequitur, videlicet « *Cum pluribus non obstantibus Decretis, quibus Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita declaravit, et signanter die* 20 *Aprilis* 1711 *Monasteria omnia Sanctimonialium quae a cura et gubernio Fratrum suorum Ordinum sub immediata Episcoporum jurisdictione translata sunt, seu in posterum transferri aliqua ratione contigerit, non ideo Privilegia et Indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse, seu amissum fore, sed eodem modo cunctis praedictis Privilegiis et Indulgentiis uti, et frui debere ac si sub gubernio Fratrum suorum Ordinum actu existerent; Die vero* 3 *Decembris* 1736 *Monasteria Monialium Elisabethinarum, licet sub cura et gubernio Ordinariorum existant, gaudere Indulgentiis earum Ordini generaliter concessis; ac die* 23 *Septembris* 1741 *Sanctissimus Dominus Noster, audito prius voto ejusdem Sacrae Congregationis die* 19 *ejusdem mensis declaraverit; et quatenus opus sit concesserit, Ecclesias Monialium Clarissarum Ordinis S. Francisci Assisinatis gaudere Indulgentia Portiunculae nuncupata die* 2 *mensis Augusti pro omnibus Christifidelibus, eo modo, quo gaudent Ecclesiae Fratrum Minorum universi ejusdem Ordinis S. Francisci; Et demum* 18 *Mai* 1744 *Sanctimoniales quascumque Ordinario locorum subjectas gaudere Indulgentiis suorum respective Ordinum aut Congregationum, quorum ritum in Officio recitando sequuntur, ac simul Institutum profitentur; His inquam non obstantibus pro parte Monialium Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Elisabethinarum nuncupatarum Civitatis Viennen. in Austria Sac. Congregationi expositum fuerit, nonullos credidisse sive excogitasse ipsarum Ecclesiam et alias hujusmodi Congregationis, et Ordinis utpote Ordinario subjectas, Privilegiis et Indulgentiis in Ecclesiis earum Ordinis et signanter die* 2 *Augusti concessis, minime gaudere, sed praefata Decreta pro personis dumtaxat Monialium, non vero pro omnibus Christifidelibus illas Ecclesias visitantibus intelligenda fore. Quare proposito his desuper dubio* « An Indulgentiae generaliter concessae Ecclesiis Fratrum pariter et Monialium tum in die-

Digitized by Google

bus festivis Sanctorum Ordinis, tum in aliis hujusmodi solemnitatibus cunctae et singulae aeque lucrari queant a Christifidelibus visitantibus Ecclesias Monialium quae Ordinariorum gubernio et jurisdictioni subsunt? » *Sacra eadem Congregatio die* 19 *Augusti* 1747 *ad formam alterius Decreti diei* 27 *Februarii* 1673 *respondit ac declaravit* « Gaudere ». *De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die* 26 *ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit. - Fr. J. Card. Portocarrero - Loco ✠ Sigilli - A. M. Erba Protonotarius Apost. Secret.* ». Cum vero pro parte Monialium Elisabethinarum praefatarum, dubium fuerit « *An ipsae, earumque Ecclesiae in praeinserto favorabili Decreto comprehendantur, ex eo quod licet consueta Vota substantialia Instituti et Ordinis S. Francisci profiteantur, attamen non Divinum vigore praeallegati Decreti* 18 *Maii* 1744 *sed B. M.. V. Officium tantummodo recitant?* » Eadem Sacra Congregatio die 5 Februarii 1748 ejusmodi proposito dubio rescribendum esse censuit « Consulendum Sanctissimo pro benigna declaratione ». De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 2 mensis Martii praedicti anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacrae Congregationis approbando benigne annuit, ac ejusdem declarationem seu concessionem quibuscumque etiam reliquis Monialibus Instituti, aut Ordinis S. Francisci Assisinatis, earumque Ecclesiis suffragari voluit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXIV.

TRIDENTINA.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV precibus nomine Tertii Ordinis S. Francisci de Poenitentia utriusque sexus in saeculo viventium sub invocatione S. Elisabeth in Ecclesia Praepositurali S. Margaritae Civitatis Tridentinae, sub directione FF. Minorum de Observantia Reformatorum existentis sibi humillime porrectis ex gratia speciali benigne annuens die 2 Martii 1748 clementer indulsit, ut ii omnes et singuli Christifideles, qui simili Tertio Ordini in Cappella S. Caroli penes FF. Minores Conventuales ejusdem Civitatis jam adscripti ad praefatum Ordinem S. Elisabeth migrarunt, quotiescumque ad primaevum eorum coetum redire sibi grave nimis duxerint, omnes et singulas Indulgentias hujusmodi Tertio Ordini S. Francisci generaliter concessas in eodem Tertio Ordine S. Elisabeth permanentes consequi valeant.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXV.

FF. MIN. RECOLLECTORUM IN PROVINCIIS GERMANO-BELGICIS.

Nuper emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet « *Ad humillimas preces P. Gaudiosi Mayer Provinciarum Germano-Belgicarum FF. Ordinis S. Francisci Minorum Regularis Observantiae Recollectorum in Romana Curia Agentis Generalis Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die* 20 *Martii* 1747 *Altare Privilegiatum in omnibus et singulis Ecclesiis universi ordinis praedicti sub die* 14 *Decembris* 1725 *in perpetuum jam concessum, in Ecclesiis per R. P. D. Nuntium Apstolicum Bruxellen. designandis, nempe illorum dicti ordinis et Provinciarum Germano-Belgicarum Conventuum quorum Patres Missionibus, et aliis pietatis, ac misericordiae operibus occupati quibusdam diebus determinato Missarum numero satisfacere nequeunt, pro duabus feriis cujuslibet hebdomadae absque expressione numeri Missarum etiam in perpetuum extendendum esse censuit. De quibus facta per D. Secretarium die* 12 *Aprilis ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit. Fr. J. Card. Portocarrero* « Loco ✠ Sigilli » *A. E. Vicecomes Sacrae Congregationis Indulgentiarum Pro-Secretarius.* » Cum nonnulla vero occasione ejusmodi Decreti exequutionis suborta sint dubia, haec iterum deducta fuerunt proposita. Primo « *An Ecclesiae contiguae residentiis, Hospitiis, domibus, ut vocant, PP. Recollectorum Ordinis S. Francisci Provinciarum Germano-Belgicarum gaudeant privilegio Altaris pro duabus in hebdomada Feriis in casu, etc.* » Secundo « *An Conventus sive residentiae, etc. dictarum Provinciarum, quae non alunt tot Sacerdotes, quot requiruntur pro privilegio duarum feriarum, ut supra fruantur hujusmodi privilegio?* » Tertio « *An Sacerdotes dictorum Conventuum, sive residentiarum actu debeant esse occupati in S. Missionibus, aliisve piis operibus, ut gaudeant praefato privilegio; vel sufficiat id pera-*

Digitized by Google

gant habitu? » Quibus eadem Sac. Congregatio die 7 Martii 1748 rescribendum esse censuit : Ad primum et secundum « Affirmative » Ad tertium vero « Negative quoad primam partem, et affirmative quoad secundam ». Et facta de praedictis omnibus et singulis per me infrascriptum ipsius Sac. Congregationis Secretarium die 22 ejusdem Mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum CLII.)

CLXVI.

Die 5 Maii 1748 Sanctissimus in perpetuum concessit omnibus et singulis Archiepiscopis et Episcopis Hiberniae facultatem erigendi in quibusvis Civitatibus, Terris, Locis suae respectivae Dioecesis ob exercitium Catholicarum functionum sibi interdictum, quotquot opportunas duxerint Confraternitates sub invocatione Sanctissimi nominis Jesu contra detestabilem jurandi ac maledicendi consuetudinem nuncupatas, non obstante Constitutione Clementis VIII die 7 Decembris 1604 incipien. « *Quaecumque* » super distantia ab una ad aliam ejusdem Instituti erectionem requisita. Confratribus vero et Consororibus ejusmodi Confraternitatum sic erectarum concessit omnes et singulas Indulgentias Archiconfraternitati Sanctissimi Nominis Dei per Breve 31 Octobris 1606, et novissime ad corrigendos blasphemantes per Breve die 6 Septembris 1746 concessas, non ad instar sed distinctive et specifice exprimendas.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secr.

CLXVII.

In Brevibus, quae pro Altaris privilegio alicui Ordini, sive Congregationi concesso, expediuntur, cum de stylo soleant apponi sequentia verba « *Volentes igitur omnes et singulas Ecclesias tam erectas, quam erigendas Monachorum Congregationis, etc., vel Fratrum Ordinis aut Clericorum Regularium, etc., et in qualibet ex dictis Ecclesiae Altare, etc.* » Sicuti etiam in Brevibus Indulgentiarum pro eisdem Ordinibus, Congregationibus legantur hujusmodi verba « *Universis, etc. qui aliquam Ecclesiam talis Congregationis, vel Ordinis, etc., in die, vel festo, etc., singulis annis devote visitaverint, etc., ibique, etc., Indulgentiam Plenariam concedimus, etc.* » Verentes nonnulli ex nimia generalitate verborum, tam privilegia Altaris, quam Indulgentias plus aequo extendi praeter Summorum Pontificum illa concedentium intentionem, Christifideles decipi, tam pro Indulgentiarum consequutione, quam in offerendis eleemosynis pro Missis in privilegiato Altari dicendis; Idcirco, ut clare dignosci possit, quasnam Personas, et Ecclesias comprehendat praefatorum Brevium verba propositum fuit in Sacra Congregatione Indulgentiarum, et Sacrarum Reliquiarum dubium « *An Brevia tam Altaris privilegiati quam Indulgentiarum pro omnibus Ecclesiis alicujus Ordinis, vel Congregationis, aut Instituti Regularis generaliter obtenta respectivas Ecclesias tantummodo Monasteriorum et Conventuum talis Ordinis, Congregationis, vel Instituti comprehendant, aut etiam alias quasquumque tam Parochiales, quam non Parochiales ab hujusmodi Ordine, etc., sive a Monachis, aut Fratribus vel Religiosis dependentes, vel respective administrari solitas?* » Et sacra eadem Congregatio die 30 Julii 1748 censuit rescribendum esse « Affirmative quoad primam partem, et Negative quoad secundam. » De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sac. Congregationis Pro-Secretarium die 3 Augusti ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. E. Vicecomes Pro-Secr.

CLXVIII.

Cum diversis non obstantibus regulis a Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita sub die 3 Aprilis 1731 ex Brevi San. Mem. Clementis XII die 16 Januarii ejusdem anni, et sub die 10 Maii 1742 ex Brevi Sanctissimi Domini Nostri diei 30 Augusti 1741 ; ad varia explananda dubia, circa modum erigendi Stationes, quae Viae Crucis, seu Calvarii ut vocant, emanatis, non semel controversiae, ad ipsammet Sacram Congregationem delatae fuerint super subsistentia, vel nullitate erectionis Stationum hujusmodi, ex defectu licentiae vel consensus respective obtinendi, ut in praeallegatis Brevibus, clare praecipitur. Eadem Sac. Congregatio ad quascumque in futurum eliminandas in hac re difficultates, die 30 Julii 1748 censuit praescribendum esse quod in erigendis in posterum ejusmodi Stationibus, tam Sacerdotis erigentis deputatio, ac Superioris Localis consensus, quam respectivi Ordinarii, vel Antistitis, et Parochi, nec non Superio-

Digitized by Google

rum Ecclesiae, Monasterii, Hospitalis et Loci pii, ubi ejusmodi erectio fieri contigerit deputatio, consensus et licentia, ut praefertur, in scriptis et non aliter expediri, et quandocumque opus fuerit exhiberi debeant, sub poena nullitatis ipsiusmet erectionis ipso facto incurrendae.

De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sac. Congregationis Pro-Secretarium Sanctissimo Domino Nostro die 3 Augusti relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes S. Cong. Indulg. Pro-Secret.
(*Vide etiam* Decretum CCVI.)

CLXIX.

JUSTINOPOLITANA.

Sodalitium Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Cathedrali Civitatis Justinopolitanae canonice erectum anno 1500 jam fuit Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti S. Mariae supra Minervam Urbis aggregatum. Cum vero in Aggregationis Instrumento inserta fuerit quaedam Bulla S. M. Pauli III, quae Brevi fel. rec. Pauli V revocata dicitur; Sodales ejusmodi Confraternitatis Justinopolitanae de hac re solliciti ad omnem removendi dubitationis causam duo a Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita declarari supplicarunt. Primum utrum antedicta Aggregatio cum insertione et juxta formam Bullae Pauli III facta adhuc subsistat? Secundum vero quibusnam Indulgentiis gaudere Sodales quaeant, et re vera gaudeant? Examinatis proinde his desuper examinandis et praesertim Decreto ejusdem Sac. Congregationis die 15 Februarii 1608 de mandato laudati Pauli V promulgato, formatisque idcirco dubiis : Primo « *An Aggregatio Sodalitii Sanctissimi Sacramenti erecti in Ecclesia Cathedrali Justinopolitana facta Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Mariae super Minervam juxta tenorem Constitutionum S. Mem. Pauli III adhuc subsistat?* et quatenus Negative »; Secundo « *An supplicandum Sanctissimo pro sanatione, sive convalidatione, in casu, etc.?* et quatenus Affirmative »; Tertio « *Quibus indulgentiis gaudeant?* » Eadem Sac. Congregatio habita die 30 Julii 1748 respondendum esse censuit : Ad Primum et Secundum « Supplicandum esse Sanctissimo pro sanatione cujuscumque quatenus sit defectus »; Ad Tertium « Gaudere Indulgentiis iisdem, quibus gaudet Archiconfraternitas Sanctissimi Sacramenti erecta in Ecclesia S. Mariae supra Minervam ». De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sac. Congregationis Pro-Secretarium die 3 Augusti ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Pro-Secret.

CLXX.

Cum Sa. Mem. Paulus V sub die 10 Martii 1611 Confratribus et Consororibus Confraternitatum sub titulo Septem Dolorum B. M. V. in Ecclesiis Ordinis FF. Servorum ejusdem B. M. V. canonice erectarum, qui confessi, et S. Communione refecti Processioni Solemni ab iisdem Confraternitatibus Dominica tertia cujuslibet mensis in ejusmodi Ecclesiis Ordinis fieri solitae interfuerint, Indulgentiam Plenariam concesserit, et fel. rec. Urbanus VIII per suum Breve diei 18 Septembris 1628 eamdem inter caeteras Indulgentiam etiam ad quascumque ejusmodi Confraternitates in Ecclesiis Saecularibus erectas ampliaverit; Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV supplicante Fr. Magistro Francisco Maria Pecoroni moderno praefati Ordinis Priore Generali humillime exponente ad Processionem ejusmodi Confraternitatum Solemniorem semel in anno fieri consuetam magnum utriusque sexus Christifidelium, et si nulli ex praedictis Confraternitatibus nomen dederint, devotum Populum convenire, praedictam Indulgentiam Plenariam ad omnes et quoscumque utriusque sexus Christifideles Processionem ejusmodi Solemniorem Dominica tertia mensis Septembris, vel alia per Ordinarium semel designanda, peragendam comitantes, vel Ecclesiam Confraternitatum eadem Dominica visitantes, benigne extendit, servato in reliquis allegatarum Pauli V et Urbani VIII Concessionum tenore.

Datum Romae die 3 Augusti anno 1743.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Pro-Secret.

CLXXI.

ORDINIS FF. SERVORUM B. MARIAE VIRGINIS.

Cum Sa. Mem. Clemens XII per suam Bullam datam Idibus Decembris 1734 omnibus utriusque sexus Christifidelibus confessis, ac S. Communione

Digitized by Google

refectis qui aliquam Ecclesiam Fratrum Servorum B. M. Virginis in Festo Solemniori Septem Dolorum ejusdem B. V. Mariae semel in anno Dominica tertia mensis Septembris cum facultate illam transferendi occurrenti visitaverint, Indulgentiam Plenariam in perpetuum concesserit, cumque P. Magister Franciscus Maria Pecoroni modernus praefati Ordinis Procurator Generalis humillime exposuerit eadem die cum magno devoti Populi concursu, et circumlatione Statuae B. M. Virginis septem Dolorum nuncupatae, supplicationem ab Ecclesiis praedicti Ordinis in quibus erecta reperitur ejusdem B. M. Virginis Septem Dolorum Confraternitas, singulis annis haberi, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV ad enixas preces ipsius Procuratoris Generalis praefatam Indulgentiam Plenariam etiam ad quoscumque utriusque sexus Christifidelibus Solemniorem ejusmodi supplicationem comitantes benigne extendit, servato in reliquis enunciatae Bullae tenore.

Datum Romae die 3 Augusti 1748.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. E. Vicecomes Pro-Secret.

(*Vide* Summarium Indulg. in Appendice nº XXIX.)

CLXXII.

SOCIETATIS JESU.

Exposuit Franciscus Retz modernus Societatis Jesu Praepositus Generalis Congregationem Primamprimariam nuncupatam sub titulo Annunciationis Beatissimae Virginis Mariae Immaculatae in Collegio Romano ejusmodi Societatis existentem caeterasque Sodalitates, aut Confraternitates, vel Congregationes in aliis Collegiis, Domibus, Seminariis, Residentiis, et quibuscumque aliis locis sub ipsius Societatis gubernio erectas, vel in posterum erigendas, sub quovis ejusdem Beatissimae Virginis Mariae titulo, aut invocatione, dummodo tamen praedictae Congregationi Primariae aggregatae fuerint plurimas a diversis Summis Pontificibus et praesertim a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV feliciter regnante per litteras Apostolicas diei 27 Septembris 1748 tam pro solis scholaribus, quam pro quibuscumque utriusque sexus Christifidelibus obtinuisse Indulgentias, Privilegia et gratias spirituales, sed cum non nullae inter eas tantummodo reperiantur Animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicabiles, reliquas etiam et singulas alias Indulgentias, Privilegia et gratias, eadem extensione cumulari enixe supplicavit. Propterea idem Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV humillimis praefati ejusdem Societatis Jesu Praepositi Generalis precibus clementer annuens, ut omnes et singulae Indulgentiae sive Partiales aut alias quomodocumque Congregationi Primaprimariae caeterisque Sodalitiis, aut Confraternitatibus vel Congregationibus praefatis hactenus concessae, etiam Animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicari valeant. Praesenti in perpetuum valituro, benigne concessit atque indulsit.

Datum Romae die 7 Decembris anno 1748.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. E. Vicecomes S. Cong. Indul. Pro-Secret.

(*Vide* Summarium in Appendice nº X.)

CLXXIII.

GOANA.

An Ecclesiae Parochiales Provinciae de Bardes Archidioecis Goanae a Patribus Min. Obser. Ordinis S. Francisci administratae gaudeant Indulgentia Portiunculae in casu?

S. Congregatio diei 21 Januarii 1749 respondit « Negative ».

CLXXIV.

CORTONEN.

Cum Sodalitium S. Margaritae jamdiu Cortone institutum a Sanctissimo Domino Nostro praevia resolutione S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 6 Februarii 1748 in Archiconfraternitatem cum facultate caetera Sodalitia ejusmodi Instituti aggregandi, et Indulgentas, aliaque privilegia eidem Archiconfraternitati concessa communicandi, nuper erectum fuerint, Officiales ejusdem Archiconfraternitatis supplicarunt Summarium Indulgentiarum ac privilegiorum hujusmodi approbari, ut publicari typisque mandari tuto possit. Cum vero inter ipsa privilegia illud retinere contenderent per Apostolicas litteras diei 7 Martii 1741 obtentum ac in exhibito Summario paragrapho 12 descriptum, nempe. « *La Santità di N. S. Benedetto XIV nella soprallegata Bolla ha di più concesso per via d'estensione, che detta Indulgenza Plenaria e Indulgenza di sette anni e sette quarantene dalla San. Mem. d' Alessandro VII respettivamente concesse come*

Digitized by Google

sopra nel giorno della Solennità principale e nelle quattro altre feste possino conseguirsi dalli Confratelli e Consorelle della medesima Archiconfraternita; quali sono assenti visitando invece della Chiesa, Cappella, o Oratorio di detta Archiconfraternita un altra Chiesa, o Cappella, o Oratorio dello stesso Ordine di S. Francesco, quando vi sia; altrimenti qualsivoglia altra Chiesa, Cappella, o Oratorio a loro arbitrio (1) ». Dubitatum fuit an ejusmodi extensionem favore absentium Sodalium, quae ipsius Sodalitii erectioni in Archiconfraternitatem causam dedit, adhuc subsistere, ac substineri deceat. Ideoque in Summario exprimi, vel deleri potius debeat. Hinc proposito his desuper dubio « *An Summarium Indulgentiarum Archiconfraternitatis S. Margaritae Cortonensis sit approbandum in casu, etc.?* Eadem Sac. Congregatio die 27 Januarii 1749 respondendum esse censuit » Approbandum esse, dempto paragrapho duodecimo, et supplicandum Sanctissimo, ut declarare dignetur, quod eadem extensione tantummodo gaudere valeant Sodales ante erectionem Sodalitii in Archiconfraternitatem jam adscripti, et quousque in iis cujusque locis similis Confraternitas non erigatur ». De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sacrae Congregationis Secretarium die 1 Februarii ejusdem anni Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide* Summarium in Appendice, nº IX.)

CLXXV.

VIENNEN. IN AUSTRIA.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV piis Augustissimae Imperatricis Mariae Teresiae Hungariae et Bohemiae Reginae precibus sibi per Eminentissimum et Reverendissimum Dominum Cardinalem Alexandrum Albani apud S. Sedem Regnorum et Statuum ipsius Caesareae Majestatis, ac Germaniae Comprotectorem porrectis, quibus enixe supplicatum fuit, ut Ecclesiam Canonicorum Regularium S. Augustini Loci Hiezing Dioecesis Viennensis in Austria Palagio Caesareo Regio contiguam ad Divini cultus incrementum et ad confovendam erga Beatam Virginem Mariam Immaculatam Christifidelium devotionem liberali coelestium Indulgentiarum munerum dispensatione condecorare dignaretur benigne inclinatus, die 9 Februarii 1749 ex speciali gratia Augustissimis Francisco Primo Romanorum Electo Imperatori, Eidemque Mariae Teresiae Imperatrici Reginae, ac Serenissimis ipsorum utriusque Filiis Archiducibus nec non Carolo Henrico, Lotharingiae Principi ejusque sorori Annae Principissae caeterisque et singulis utriusque sexus Domus Austriacae Archiducibus nunc et in posterum quocumque tempore existentibus vere poenitentibus, confessis et S. Communione refectis, qui praefatam Ecclesiam quocumque anni die devote visitaverint, ibique pro Pace et Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam, omnibus et singulis eorumdem Majestatum Archiducum, ac Principum et Principissarum pro tempore existen. utriusque sexus Familiaribus, vere pariter poenitentibus, confessis et S. Communione refectis, qui duobus tantum cujuslibet mensis diebus ad cujusque arbitrium eligendis ipsammet Ecclesiam ut praefertur visitaverint, ibique oraverint, in uno Plenariam, in altero vero ipsorum die septem annorum, totidemque Quadragenarum; Universis autem et singulis utriusque sexus Christifidelibus, similiter vere poenitentibus, confessis, ac S. Communione refectis, qui dictam Ecclesiam in festivitatibus Conceptionis, Visitationis, Nativitatis, Praesentationis, Annunciationis, Purificationis, et Assumptionis Beatissimae V. Mariae Immaculatae, ac Dedicationis ejusdem Ecclesiae, nec non Sanctorum Annae, Josephi, Augustini, et Leopoldi Austriae Patroni a primis vesperis usque ad occasum solis festivitatum hujusmodi, atque in primo et ultimo die Novenae Nativitatis Dominicae devote visitaverint, ac uni ex Supplicationibus ad eamdem Ecclesiam fieri solitis semel in mense interfuerint, ibique, ut supra oraverint, Plenariam; in reliquis vero festis ejusdem B. Mariae Virginis Immaculatae, aliisque septem praedictae Novenae diebus, ac aliam unam, uti praefertur, Supplicationem singulis mensibus comitati fuerint,

(1) Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIV in supra allegata bulla insuper concessit per viam extensionis, ut dicta indulgentia plenaria, et indulgentia septem annorum et septem quadragenarum a fel. rec. Alexandro VII respective concessae ut supra in die solemnitatis principalis et in quatuor aliis festis possint acquiri a confratribus et consororibus ejusdem archiconfraternitatis; qui absentes sunt visitando loco ecclesiae, capellae vel oratorii dictae archiconfraternitatis aliam ecclesiam, capellam aut oratorium ejusdem ordinis S. Francisci, si ibi habeatur; aliàs quamcumque aliam ecclesiam, capellam aut oratorium ad eorum arbitrium.

Digitized by Google

ac praemissa peregerent, septem annorum totidemque Quadragenarum. In reliquis vero singulis ejusmodi Supplicationibus centum dierum Indulgentiarum. Insuper in singulis Sabbati diebus, singularumque B. Mariae Virginis festivitatum pervigiliis Partialem trium annorum, totidemque Quadragenarum, et quotiescumque Litanias ejusdem B. Mariae Virginis recitaverint, biscentum dierum; ac demum stationales pro diebus in Missali Romano tantum descriptis Indulgentias, atque omnes et singulae enunciatae Indulgentiae ac peccatorum remissiones etiam Animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicari valeant in perpetuum clementer concessit, atque indulsit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque; voluitque Sanctitas Sua singulas has gratias absque ulla Brevis expeditione suffragari.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXXVI.

AQUEN. PROVINCIAE MEDIOLANEN.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV omnibus et singulis Consororibus Sodalitatis Filiarum Mariae nuncupatae in Ecclesia B. Mariae Virginis Dolorosae Civitatis Aquensis Provinciae Mediolanen. vere poenitentibus, et confessis, quae per modum Communionis Generalis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in festivitate Assumptionis B. V. Immaculatae in praedicta Ecclesia sumpserint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam; iisdem Consororibus, quae die vigesimatertia Januarii, in Festo Purificationis et Annunciationis ejusdem B. M. Virginis, Dominica prima Aprilis, Maii, Junii, in festivitate Visitationis et Nativitatis laudatae B. M. Virginis Immaculatae Sanctissimam Communionem in praefata Ecclesia peregerint, et ut supra oraverint, qua die vel festivitatum vel Dominica praefatarum, id egerint, septem annorum totidemque Quadragenarum Indulgentiam, quam Animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicare valeant, benigne concessit. Praesenti in pertuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 7 Maii 1749.

Henricus Card. Pro-Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXXVII.

VIENNEN. IN AUSTRIA.

Cum pro parte FFr. Eremitarum Ordinis S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum Conventus Aulici Civitatis Viennae, semel atque iterum proposita fuerit causa super asserta erectione Confraternitatis Cincturatorum, sive Cinguli SS. Monicae, et Augustini, vel S. Mariae de Consolatione nuncupatae, ejusque aggregatione Archiconfraternitati ejusdem denominationis Bononiensi, his audito prius Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Cardinali Archiepiscopo Viennensi, et semel Procuratore Generali FFr. Calceatorum, examinatis etiam, atque mature discussis, praefatorum FFr. tam Excalceatorum, quam Calceatorum dictae Civitatis Viennae juribus hinc inde deductis, duplex Sac. Congregatio Indulgentiarum et Sac. Reliquiarum emanavit Rescriptum primum scilicet diei 16 Januarii 1747, et alterum die 28 Aprilis 1749, de quibus omnibus et singulis facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 14 Maii ejusdem anni 1749 Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua ex causis sibi notis, ac nonnullis specialibus circumstantiis ab Eadem Sanctitate Sua perpensis, praevia ad effectum, de quo agitur, derogatione Constitutionis 115 San. Mem. Clementis VIII incipien. « *Quaecumque* » diei 7 Decembris 1603 super erectione et aggregatione Confraternitatum, benigne mandavit, litteras patentes aggregationis ejusdem Confraternitatis Cincturatorum in Ecclesia praedictorum FFr. Eremitarum Excalceatorum erectae, praelaudatae Archiconfraternitati Bononiensi a Priore Generali FFr. ejusdem Ordinis Calceatorum expediendas esse, atque a Confratribus ejusmodi Confraternitatis functiones, solemnitates, ac Processiones, hactenus factas intra dictam Ecclesiam peragi posse, reliquis inhibitis extra eamdem Ecclesiam quomodolibet peragendis.

Henricus Card. Pro-Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.
(*Vide etiam* Decretum CXLV.)

CLXXVIII.

FESULANA.

Ad humillimas preces moderni Episcopi Fesulani exponentis infrascriptas quinque Ecclesias ejusdem

Digitized by Google

respectivae Civitatis Dioecesis et Residentiae, amplissimis jam insignitas esse Indulgentiis, documentum vero hujusmodi concessionum, praeter nonnullas vetustissimas in quodam lapide, aliquibusque foliis adnotationes non inveniri, ideoque supplicantis vel ipsas antiquas confirmari, vel alias de novo concedi; Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV eumdem Episcopum speciali favore prosequi volens, servata caeteroquin aeconomicae Indulgentiarum dispensationis moderatione, nec non hodierna laudabili Ecclesiae disciplina, ac praevia in iisdem quinque Ecclesiis assertarum veterum et quarumcumque aliarum Indulgentiarum revocatione die 2 Julii 1749 per praesentes litteras in perpetuum valitura.

Omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, vere poenitentibus, confessis, ac S. Communione refectis, qui Ecclesiam S. Mariae in Campo nuncupatae in festivitatibus Annunciationis et Assumptionis B. M. V. Immaculatae, a primis vesperis usque ad occasum solis festivitatum hujusmodi, nec non in primo vel ultimo die Novenae Nativitatis Dominicae, et una feria sexta Quadragesimae per Ordinarium semel designanda; atque in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, ab ortu usque ad occasum solis dierum vel feriae hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam. Iis vero eadem peragentibus, ac ut supra orantibus in festivitatibus Conceptionis, Purificationis, Visitationis, Nativitatis et Praesentationis ejusdem B. M. V. ac SS. Josephi, Joachim, Annae, Romuli Episcopi et Martyris, et Julii Martyris Senatoris Romani, nec non in aliis septem diebus Novenae Dominicae, caeterisque feriis sextis Quadragesimae, ac reliquis diebus Octidui omnium Fidelium Defunctorum, septem annorum, totidemque Quadragenarum. Omnibus etiam et singulis utriusque sexus Christifidelibus, vere poenitentibus et confessis, qui Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, occasione Communionis Generalis semel in mense peragendae in eadem Ecclesia sumpserint, ibique ut supra oraverint, in una festivitate, vel die unius mensis quotannis Episcopi arbitrio designanda, Plenariam; in alia vero festivitate, vel die singulorum reliquorum undecim mensium ut supra eligenda septem annorum, totidemque Quadragenarum. Ipsis autem Christifidelibus, saltem corde contritis, qui diebus Stationum juxta ritum Missalis Romani, eamdem Ecclesiam visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium oraverint, easdem Indulgentias, quas consequerentur, si iisdem diebus Ecclesias Stationum Urbis vel extra illius muros existentes visitarent. Iis etiam saltem corde contritis, qui expositioni Venerabilis in Solemnitate Ascensionis Dominicae et singulis diebus usque ad pervigilium Pentecostes inclusive immediate sequentibus devote interfuerint, ac oraverint, qua die id egerint, centum dierum, et quotiescumque praedictam Ecclesiam visitaverint, ibique ut supra oraverint, toties trium annorum totidemque Quadragenarum semel in die per unumquemque lucrifaciendam. Insuper Privilegium Altari per Ordinarium semel designando in Octiduo omnium Fidelium Defunctorum ac in sex cujuslibet hebdomadae diebus ab Ordinario pariter eligendis.

Universis pariter et singulis Christifidelibus vere poenitentibus, confessis et S. Communione refectis qui Ecclesiam Cathedralem Fesulanam in festivitatibus S. Josephi, S. Romuli Episcopi et Martyris et Dedicationis ejusdem Ecclesiae a primis vesperis usque ad occasum solis festivitatum hujusmodi, nec non in primo et ultimo die Novenae Nativitatis Dominicae, et una feria sexta per Ordinarium semel designanda, atque in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum ab ortu usque ad occasum solis dierum vel feriae hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique ut praefertur oraverint, Plenariam. Iis vero eadem peragentibus, ac ut supra orantibus in festivitatibus Nativitatis S Joannis Baptistae, SS. Joachim et Annae ac S. Andreae Corsini, et Donati ejusdem Ecclesiae Episcoporum, nec non in aliis septem diebus Novenae Dominicae, caeterisque feriis sextis Quadragesimae, ac reliquis diebus Octidui omnium Fidelium Defunctorum, septem annorum totidemque Quadragenarum. Omnibus etiam et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, qui Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum occasione Communionis generalis semel in mense peragendae in eadem Ecclesia sumpserint, ibique ut supra oraverint, in una festivitate, vel die unius mensis quotannis Episcopi arbitrio designanda, Plenariam; in alia vero festivitate vel die singulorum reliquorum undecim mensium ut supra eligenda septem annorum totidemque Quadragenarum. Similiter confessis ac S. Communione refectis, qui Expositioni Venerabilis occasione Exercitii Bonae Mortis in una festivitate vel die cujuslibet mensis, semel per Ordinarium designanda in praefata Ecclesia faciendae interfuerint,

Digitized by Google

ibique ut supra oraverint, in una festivitate, vel die unius mensis per Ordinarium eligenda Plenariam, in aliis vero singulis undecim festivitatibus vel diebus septem annorum totidemque Quadragenarum. Iisdem Christifidelibus saltem corde contritis, qui diebus Stationum juxta ritum Missalis Romani eamdem Ecclesiam visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium oraverint, easdem Indulgentias, quas consequerentur, si iisdem diebus Ecclesias Stationum Urbis, vel extra illius muros existentes, visitarent, et quotiescumque Altare in quo corpus praedicti S. Romuli colitur in ipsa Ecclesia situm visitaverint, ibique ut supra oraverint, quadraginta dierum semel in die per unumquemque lucrifaciendam.

Omnibus item Christifidelibus vere poenitentibus, confessis et S. Communione refectis qui Ecclesiam Sanctae Mariae *Primeranae* nuncupat. in festivitatibus Purificationis et Assumptionis B. M. V. Immaculatae a primis vesperis usque ad occasum solis festivitatum hujusmodi visitaverint, ibique ut praefertur oraverint, Plenariam ; qui vero in festivitatibus Annunciationis, Visitationis, Nativitatis, Praesentationis, et Conceptionis ejusdem B. M. V. eadem peregerint, septem annorum et totidem Quadragenarum.

Cunctis similiter Christifidelibus praefata opera pia peragentibus, ac Ecclesiam S. Alexandri Episcopi Fesulani et Martyris in festivitate ejusdem S. Alexandri et in solemnitate omnium Sanctorum visitaverint a primis vesperis usque ad occasum solis festivitatis et solemnitatis hujusmodi Plenariam, et qui dictam Confessionem et Communionem ac visitationem in festo S. Marci Evangelistae peregerint septem annorum et totidem Quadragenarum Indulgentiam.

Universis quoque et singulis Christifidelibus vere poenitentibus confessis, ac S. Communione refectis qui Ecclesiam Abbatialem et Parochialem S. Bartholomaei alias Cathedralem, Canonicorum Regularium Lateranensium in festivitatibus ejusdem S. Bartholomaei Apostoli et in Dominica tertia post Pascha a primis vesperis usque ad occasum solis festivitatis, et Dominicae hujusmodi in primo et ultimo die Novenae Nativitatis Dominicae et in una feria sexta Quadragesimae per Ordinarium semel designanda, atque in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum ab ortu usque ad occasum solis dierum vel feriae hujusmodi singulis annis devote visitaverint ibique ut supra oraverint, Plenariam. Iis vero eadem peragentibus in festivitatibus Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis B. M. V. ac S. Joseph nec non in aliis septem diebus Novenae Dominicae, caeterisque feriis sextis Quadragesimae, ac reliquis diebus Octidui omnium Fidelium Defunctorum septem annorum totidemque Quadragenarum, praeter Indulgentias eorumdem Canonicorum Ordini generaliter concessas. Iis autem, qui saltem corde contrito eamdem Ecclesiam in reliquis feriis sextis totius anni visitaverint, ibique ut supra oraverint, Centum dierum. Omnibus quoque et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, qui Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum occasione Communionis generalis semel in mense peragendae in eadem Ecclesia sumpserint, ibique ut supra oraverint, in una festivitate vel die unius mensis quotannis arbitrio Episcopi designanda Plenariam ; in alia vero festivitate vel die singulorum reliquorum undecim mensium, ut supra eligenda septem annorum totidemque Quadragenarum. Insuper confessis, ac S. Communione refectis, qui Expositioni Venerabilis occasione exercitii Bonae Mortis in una festivitate, vel die cujuslibet mensis semel per Ordinarium designanda in praefata Ecclesia faciendae interfuerint, ibique ut supra oraverint, in una festivitate vel die unius mensis per Ordinarium eligenda Plenariam ; in aliis vero singulis undecim festivitatibus, vel diebus septem annorum, totidemque Quadragenarum Indulgentiam. Quas etiam Animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicare valeant clementer concessit, atque indulsit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam vel gratias absque ulla Brevis expeditione suffragari, harumque litterarum exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo ejusdem vel pro tempore existentis Episcopi Fesulani munitis, eamdem adhiberi fidem quae adhiberetur his presentibus si forent exhibitae vel ostensae.

HENRICUS CARD. PRO-PRAEFECT.
A. M. Erba Prot. Apost. Secret.

CLXXIX.

Cum in concessionibus ab Apostolica Sede Sodalibus Archiconfraternitatis et Sodalitiorum Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti hactenus factis aliquam quidem esse Indulgentiam pro nonnullis specialiter expressis, non autem pro universis charitatis, seu pietatis operibus in forma singulis Confraternitatibus concedi solita generaliter animadversum fuerit ; Ideo Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV

Digitized by Google

hujusmodi Archiconfraternitatis et Confraternitatum Pietatem et Devotionem erga Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum confovere, et maximopere augere cupiens, omnibus et singulis Confratribus et Consororibus Archiconfraternitatis et Confraternitatum ejusdem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti canonice ubique locorum hactenus erectarum, et quocumque futuro tempore erigendarum, corde saltem contritis, quotiescumque Missis in Ecclesia seu Cappella vel Oratorio Archiconfraternitatis, vel Confraternitatum hujusmodi pro tempore celebrandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis earumdem Archiconfraternitatis vel Confraternitatum ubivis faciendis, vel quibuscumque Processionibus de licentia Ordinarii peragendis interfuerint; aut Pauperes hospitio susceperint vel pacem inter inimicos, aut dissidentes composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, vel si impediti Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum tam in Processionibus, quam cum ad Infirmos aut alias quocumque et quomodocumque pro tempore deferetur comitari nequiverint, et Campanae ad id signo dato, semel Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam dixerint, aut quinquies Orationem et Salutationem easdem pro Animabus Defunctorum Confratrum et Consororum hujusmodi recitaverint; aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, vel ignorantes Dei Praecepta et ea quae ad salutem sunt docuerint, vel Infirmitate aut Carcere detentos visitaverint, aut aliquo spirituali seu temporali subsidio subvenerint; vel quodcumque aliud Pietatis vel Charitatis opus exercuerint, toties, pro quolibet praedictorum operum exercitio Centum dierum Indulgentiam in forma Ecclesiae consueta benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione suffragari.

Datum die 11 Augusti 1749.

HENRICUS CARD. PRO-PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apost. Secret.

CLXXX.

Brevia sive Indulgentiarum sive Altarium privilegiatorum cum ut plurimum expediri soleant cum clausula « *Si vero aliae similes Indulgentiae; (id est de privilegiis) eidem Ecclesiae aut Altari in ea sito sive perpetuo sive ad tempus nondum elapsum concessae reperiuntur praesentes nullae sint, etc.* » in aliquibus Regionibus mos invaluit et praesertim ultra montes eadem Brevia Romam remittendi ante temporis in iis praefixi finem pro confirmatione obtinenda, quae revera impetratur ante ejusdem temporis lapsum, ex hujusmodi anticipata expeditione dubitarunt nonnulli de novorum Brevium subsistentia. Quare proposito his desuper dubio « *An vi clausulae* – Si vero, etc. – *in Brevibus appositae nullae sint renovationes Indulgentiarum et Privilegiorum quae expediuntur ante actualem expeditionem antiquarum in casu, etc.?* » Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 6 Septembris 1749 rescribendum esse censuit « Negative ».

HENRICUS CARD. PRO-PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXXXI.

Cum Episcopus Vicarius Apostolicus in Bosnia per suas litteras die 29 Julii 1748 ad Sac. Propagandae Fidei Congregationem datas, et ab Eadem ad Sac. Congregationem Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositam remissas, in iis Partibus, ubi Tabellae Indulgentiarum libere exponi nequeunt Indulgentias viva voce Populo annunciari, eodemque tempore solitam quaestionem commendari retulerint; et metuens hac de causa irritas fieri Indulgentias ob Clausulam « *Volumus autem ut si pro interpretatione, praesentatione, admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint* » in Brevibus apponi solitam pro opportuna declaratione supplicaverit. Ideo propositis his desuper dubiis – Primo « *An dicta clausula* – volumus – *obstet recomendationi Eleemosinae factae, in annunciatione Indulgentiarum?* » et quatenus affirmative – Secundo « *An liceat fieri quaestuationem et liberam eleemosinae oblationem juxta antiquam Patriae consuetudinem nullo habito respectu ad Indulgentias diebus festivis tempore Missarum, et aliarum functionum?* » Eadem Sacra Congregatio Indulgentiarum et SS. Reliquiarum habita die 6 Septembris 1749 respondendum esse censuit « Ad utrumque, solitas quaestuationes esse permittendas et populum simul instruendum easdem eleemosinas non esse intuitu Indulgentiarum impertiendas.

HENRICUS CARD. PRO-PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXXXII.

Cum durante anno universalis Jubilaei omnes fere

Digitized by Google

Indulgentiae sive Plenariae, sive Partiales suspendi soleant vel suspensae remaneant, credunt nonnulli tempus quoque in Brevibus apponi consuetum suspendi. Ideoque proposito his desuper dubio « *An in Septemnio vel alio breviori vel longiori tempore in Brevibus Indulgentiarum praescribi solito computetur annus universalis Jubilaei?* » Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 6 Septembris 1749 respondendum esse censuit « Affirmative ».

HENRICUS CARD. PRO-PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXXXIII.

TOLETANA.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV piis serenissimae Mariae Barbarae Catholicae Hispaniarum Reginae precibus Sibi per subscriptum Eminentissimum et Reverendissimum D. D. Cardinalem Sac. Congregationis Indulgentiarum et Sacrarum Reliquiarum Praefectum Fr. Joachim Portocarrero apud Sanctam Sedem Regnorum et Statuum Serenissimi Regis Catholici Protectorem Regiisque Negotiis praepositum porrectis, quibus enixe supplicatum fuit ut quamdam Thecam ex Sac. Reliquiis Sanctorum prout in singulos anni dies illorum Natalitia seu festivitates occurrunt, ditatam ac authenticis litteris rite munitam et ab ipso Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali eidem Serenissimae Reginae Catholicae dono datam, ad divini cultus incrementum, et ad confovendam erga Beatissimam Virginem Mariam Immaculatam et reliquos Sanctos Catholicorum Regum et Principum devotionem liberali coelestium Indulgentiarum munerum dispensatione condecorare dignaretur benigne inclinatus die 28 Septembris 1749 ex speciali gratia Serenissimis Ferdinando Sexto Hispaniarum Regi Catholico, eidemque Mariae Barbarae Reginae Oratrici, ac Serenissimis ipsorum utriusque sexus Filiis, Fratribus, eorumque uxoribus, sororibus, caeterisque singulis utriusque sexus Regiae Catholicae Hispaniarum Domus Principibus nunc et in posterum quocumque tempore existentibus, vere poenitentibus, confessis, ac S. Communione refectis, qui quocumque anni festo vel die ante praefatam Sacrarum Reliquiarum Thecam pro pace et Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo festo vel die id egerint Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem semel quolibet anni die vel festo per unumquemque ipsorum lucrifaciendam; iis vero diebus, quibus corde tantum contriti fuerint quinque annorum totidemque Quadragenarum Indulgentiam semel pariter in diem acquirendam, quam etiam animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicare valeant in perpetuum benigne concessit, atque indulsit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione suffragari.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CLXXXIV.

ORDINIS S. PAULI PRIMI EREMITAE.

Ad humillimas preces Fr. Francisci Kovachich, moderni Fratrum Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitae Procuratoris Generalis, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV volens omnes et singulas Ecclesias ejusdem Ordinis in Urbe et extra Italiam dumtaxat ubique erectas vel in posterum erigendas in quibus Altare ad tempus nondum elapsum privilegio decoratum forsan existit, quod per praesens decretum Apostolica Auctoritate revocavit, ac iisdem singulis situm Altare a respectivo Locorum Ordinario semel designandum, hoc speciali dono illustrare, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel cujusvis Ordinis, Congregationis, aut Instituti Regularis, Missam pro anima cujuscumque Christifidelis quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad Altare praefatum celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur benigne concessit, atque indulsit. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 22 Novembris Anno 1749.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum CLXXXV.)

CLXXXV.

ORDINIS S. PAULI PRIMI EREMITAE.

Ad humillimas preces Fr. Francisci Kovachich moderni FFr. Ordinis S. Pauli Primi Eremitae Procura-

Digitized by Google

Generalis, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV clementer indulsit, ut omnes et singulae Missae quae pro anima cujuscumque Fratris Presbyteri, Clerici, vel Laici Ordinis ejusmodi, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, in cujusque obitu, vel alia die juxta ipsorum Constitutiones celebrari solent, ad quodlibet Altare cujuscumque Ecclesiae ejusdem Ordinis, tam erectae, quam in posterum erigendae celebrabuntur, animae hujusmodi, pro qua celebratae fuerint, perinde suffragentur, ac si ad Altare Privilegiatum celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 22 Novembris 1749.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum CLXXXIV.)

CLXXXVI.

Sanctissimus Dominus Noster Bulla cujus est initium « *Cum nos, etc.* » nuper edita super Indulgentiarum suspensione reservavit ne dum Altarium privilegia verum etiam caeteras Indulgentias pro Vivis concessas, dummodo pro Defunctis applicentur ut sequentia verba denotant « *Item salvis et firmis remanentibus Indulgentiis Altarium privilegiatorum pro Fidelibus Defunctis aliisque eodem modo pro solis ipsis Defunctis concessis; atque etiam aliis quibuscumque Indulgentiis et Peccatorum remissionibus alias pro vivis concessis ad effectum dumtaxat, ut Christifideles illas animabus Fidelium Defunctorum quae Deo in Charitate conjunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii directe applicare valeant; quas omnes et singulas licet pro eo quod respicit Vivorum favorem, hoc Jubilaei anno durante, generaliter ut infra suspensas ad praedictum tamen effectum ipsius anni decursu etiamsi in earum concessionibus hujusmodi applicandi facultas indulta non fuerit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui injuncta in ipsis concessionibus opera cum debitis dispositionibus impleverint, acquiri posse concedimus et indulgemus.* » Hinc quaeritur

1m *An Bulla* « Cum nos » *intelligenda sit pro Indulgentiis tam concessis quam post ejusdem Bullae Datam, ac durante anno Jubilaei concedendis?* et quatenus affirmative.

2m *An attenta clausula* « Praesentibus absoluto anno Jubilaei ad Septemnium, etc. valituris », *quae in Brevibus anni Jubilaei apponitur publicanda sit aliqua declaratio?*

Sac. Congregatio die 16 Decembris 1749 respondit « Satis provisum per Bullam Sanctissimi Domini Nostri ».

CLXXXVII.

Cum Sancta Tridentina Synodus super Episcoporum facultate circa Reliquias decreverit (*Sess.* 25 *cap. de Reliquiis*) « *Non esse recipiendas novas Reliquias nisi recognoscente et approbante Episcopo* » quaeritur:

1m *An unusquisque Episcopus extra Romam sua in Dioecesi quascumque Sacras Reliquias* (*Nulla excepta v. g. particula de Ligno Sanctissimae Crucis, particula S. Sebastiani*) *valeat authenticare?*

2m *An Sacrae Reliquiae a quodam Episcopo in Italia authenticatae* (*si ex parte subscriptionis, sigilli, et Theca nulla erroris, aut falsitatis nota deprehendatur*) *ab altero Episcopo ultra montes possint reprobari, quin et confiscari, vel impediri, ne publicae venerationi exponantur?*

Sac. Congregatio die 16 Decembris 1749 respondit

Ad 1m Affirmative ad formam Concilii.

Ad 2m Affirmative ad formam ut supra.

CLXXXVIII.

MONIALIUM S. URSULAE.

Proposito dubio a Monialibus S. Ursulae excitato utrum fruerentur Indulgentiis Ordini Eremitarum S. Augustini concessis, Sacra ista Congregatio die 12 Januarii 1677 rescripsit « *Indulgentiis praedictis Moniales perfrui posse* » hinc iterum quaeritur:

1m *An Moniales S. Ursulae fruantur Indulgentiis concessis ac concedendis Ordini Eremitarum S. Augustini?* et quatenus affirmative.

2m *An praefatas Indulgentias consequi possint omnes visitantes illarum Ecclesias in suis respectivis festivitatibus?*

Sac. Congregatio die 16 Decembris 1749 respondit

Ad 1m Affirmative.

Ad 2m Affirmative exceptis sex festivitatibus in quibus impertitur Benedictio Papalis pro Monialibus tantum valitura.

Digitized by Google

CLXXXIX.

URBIS ET ORBIS.

Cum S. Sedes peculiaribus privilegiis, ac gratiis de Se benemerentibus prosequi soleat, nuper simplici Apostolico Rescripto Altaris privilegium omnibus quorumdam Regularium Ecclesiis concessit, nulla prorsus apposita clausula restrictiva, vel praeservativa, aut irritante aliud simile privilegium pro omnibus iisdem Ecclesiis jam obtentum; at nonnulli in dubium revocantes, utrum re vera adhuc subsistente priori privilegio, posterius vigeat, vel utrumque potius sustineatur, nec ne? factus est locus dubiis – Primo « *An hujusmodi privilegium etiam cum expressione primi, sed sine ejusdem revocatione obtentum subsistat?* et quatenus affirmative. » Secundo « *An intelligatur revocatum privilegium antea concessum, ita ut ad formam Brevis, si expediretur, cum consuetis clausulis irritantibus, sit reducendum novissime obtentum?* » Quibus in Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, relatis, et mature perpensis, eadem Sac. Congregatio die 17 Martii 1750 rescribendum esse censuit « Ad utrumque Affirmative ».

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXC.

CLERICORUM REGULARIUM CONGREGATIONIS PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM NUNCUPATAE.

Ad humillimas preces Josephi Augustini Delbequii a S. Nicolao Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatae Praepositi Generalis, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV volens omnes et singulas Ecclesias Clericorum Regularium hujusmodi ubique Terrarum existentes, tam erectas, quam in posterum erigendas, in quibus aliud altare in perpetuum simili privilegio jam decoratum non reperitur, et praevia in caeteris ejusmodi Ecclesiis revocatione ejusdem Privilegii quomodolibet ad tempus nondum elapsum forsan concessi, ac in eis situm Altare a respectivo locorum Ordinario in singulis praedictis Ecclesiis semel designandum hoc speciali privilegio illustrare; ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel cujusvis Ordinis Congregationis et Instituti Regularis Missam pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad Altare praefatum celebrabit, Anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur, benigne concessit, atque indulsit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione suffragari.

Datum Romae die 18 Martii anno 1750.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXCI.

SALISBURGEN.

Ut Sacrarum Indulgentiarum thesaurus ab omni simulationis et falsitatis vitio servaretur immunis, Sacrosancta Tridentina Synodus salutari decreto sancivit, ut Episcopi omnes abusus si quis nasceretur in suis Dioecesibus colligerent, et postea ad S. Sedem deferrent, ut Ejus auctoritate et providentia statuatur quod universalis Ecclesiae bono videbitur expedire; nuper autem cum in Dioecesi Salisburgensi aliqua evulgata sint folia, quae apocrypharum Indulgentiarum seriem praeseferre videntur, Consistorium Archiepiscopale Salisburgi de enunciato Tridentino decreto sollicitum ad hanc Sac. Congregationem eadem folia detulit, ut EE. PP. post illorum examen decernant quod Ecclesiasticae Disciplinae, ac Œconomiae magis conveniat.

Quaeritur igitur « *An delata Folia sint permittenda, vel potius interdicenda?* »

Sac. Congregatio sub die 8 Augusti 1750 respondit « Interdicenda, et ad Mentem, et Mens est, ut Pater Procurator Generalis Ordinis Min. de Observantia S. Francisci doceat de praetensa facultate privativa erigendi Sodalitia Pacis. »

CXCII.

URBIS ET ORBIS.

An Patribus Minorum Orbservantium S. Francisci competat privativa facultas erigendi Ordinem Pascis, sive Confraternitates sub diversis deno-

Digitized by Google

minationibus a B. Joanna Vallesia institutas in casu, etc.?

Sac. Congregatio diei 8 Augusti 1750 respondit « Ex hactenus deductis non subsistere ».

CXCIII.

ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS.

1m *An Ecclesiae in quibus duo vel tres Canonici Praemonstratenses degunt, gaudeant privilegio Altaris, sicuti reliquae ejusdem Ordinis Ecclesiae?* Et quatenus negative.

2m *An sit hujusmodi privilegium concedendum in casu?*

Sac. Congregatio diei 8 Augusti 1750 respondit

Ad 1m Gaudere.

Ad 2m Provisum in primo.

CXCIV.

In Brevibus Indulgentiarum pro Ecclesiis Saecularibus cum juxta praxim soleat apponi clausula (*Non tamen Regularium*) non raro contigit ut hujusmodi Brevia expedita pro Ecclesiis et Parochiis, quae dumtaxat dependent et administrantur sive a Rectore, sive a Parocho Regulari, nonnulli Episcopi Germaniae attenta praefata clausula renuant exequi, hinc quaeritur « *An vi Clausulae* (non tamen Regularium) *quae solet apponi in Brevibus Indulgentiarum, excludantur dumtaxat Ecclesiae Regularium vere Conventuales in casu, etc.?* »

Sacra Congregatio diei 8 Augusti 1750 respondit « Excluduntur vere Conventuales ».

CXCV.

CLERICORUM REGULARIUM CONGREGATIONIS S. PAULI.

Ad humillimas preces D. Pauli Philippi Premoli moderni Procuratoris Generalis Clericorum Regularium Congregationis S. Pauli Decollati Barnabitarum nuncupat. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV clementer indulsit, ut omnes Missae, quae pro Anima cujuscumque Presbyteri, Clerici, Laici praefatae Congregationis juxta ipsorum Constitutiones in eorum obitu, vel alia die ad quodcumque Altare cujuscumque Ecclesiae ejusdem Congregationis tam erectae, quam in posterum ubicumque erigendae pro illorum Anima, quae Deo in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit, celebrabuntur, Animae hujusmodi, pro qua celebratae fuerint, perinde suffragentur, ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 8 Augusti 1750.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(Vide etiam Decretum CLIII.)

CXCVI.

ORDINIS FF. SANCTISSIMAE TRINITRATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM DISCALCEATORUM NUNCUPAT.

Ad humillimas preces Fr. Amadei de Sanctis moderni FFr. Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupat. Congregationis Hispaniarum Procuratoris Generalis, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV volens omnes et singulas Ecclesias Conventuales FFr. Ordinis et Congregationis hujusmodi tam erectas quam in posterum erigendas, in quibus aliud Altare a S. M. Benedicto XIII juxta certam formam jam privilegiatum in perpetuum reperitur, quod per praesentes Litteras auctoritate Apostolica revocavit, et in eis situm Altare a respectivo Locorum Ordinario semel designandum hoc speciali privilegio illustrare, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel cujusvis Ordinis Congregationis et Instituti Regularis Missam pro Anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad Altare praefatum celebrabit: Anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur, ita ut Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur, benigne concessit atque indulsit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 11 Decembris 1750.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

Digitized by Google

CXCVII.

ORDINIS SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Ad humillimas preces Fr. Magistri Petri Francisci Vacchini moderni FFr. totius Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum nuncupat. Vice-Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV audito Voto Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae volens omnes et singulas Ecclesias Conventuales FFr. hujusmodi ubique Terrarum existentes, tam erectas, quam in posterum erigendas in quibus aliud Altare sub die 29 Julii 1727 a S. M. Benedicto XIII juxta certam formam jam privilegiatum in perpetuum reperitur, quod per praesentes Litteras auctoritate Apostolica revocavit, et in eis situm Altare a respectivo Locorum Ordinario semel designandum hoc speciali privilegio illustrare, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel cujusvis Ordinis, Congregationis et Instituti Regularis Missam pro Anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad Altare praefatum celebrabit; anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur, benigne concessit, atque indulsit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 11 Decembris 1750.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CXCVIII.

URBIS ET ORBIS.

Editum jam fuit Decretum tenoris qui sequitur « *Cum Sac. Congregationi Indulgentiis et Sacris Reliquiis praepositae humillime expositum fuerit tribus diebus, scilicet Feria Quinta in Coena Domini, ac Parasceven et Sabbato Sancto, quibus incruenta Sanctissimi Corporis et Sanguinis D. N. J. C. Sacrificia ex Ecclesiasticae disciplinae instituto offerri minime possunt, quoddam pium exercitium in Urbe, et in aliquibus Italiae Locis introductum inveniri, sub hac lege, ut quisque spatio saltem unius horae omnibus ac singulis praefatis diebus Orationi Mentali, vel Vocali in suffragium Animarum in Purgatorii poenis degentium vacare debeant, ut quo tempore ipsae Fidelium Defunctorum animae suffragiis ex Missarum celebrationibus provenientibus destituuntur, alia qua potest ratione valeant adjuvari, eadem Sac. Congregatio die 6 Aprilis* 1745 *re mature perpensa ad laudabile hujusmodi institutum confovendum, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui saltem corde contriti diebus in Coena Domini, ac Parasceven et Sabbato Sancto orationi mentali, vel vocali in suffragium Fidelium Defunctorum unam saltem horam devote impenderint, Indulgentiam septem annorum, totidemque quadragenarum Animabus Fidelium Defunctorum applicabilem in perpetuum concedendam esse censuit. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium die* 10 *ejusdem mensis Sanctissimo D. N. relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis approbando benigne annuit. C. Card. de Hieronymis Praef. Loco ✠ Sigilli A. M. Erba Prot. Apost. Secret.* Cum vero eidem Sac. Congregationi delatum fuerit, Populi frequentiam ac devotionem erga Sacras functiones in enunciato Triduo ex Ecclesiae ritu vel consuetudine ad recolenda Sacra Dominicae Passionis Mysteria fieri solitas in aliquibus locis tepescentem excitari posse si Indulgentias praedictas ad omnes utriusque sexus ejusmodi Sacris functionibus interessentes extenderetur; Eadem Sac. Congregatio die 30 Martii 1751 attentis expositis rescribendum esse censuit, « Interessentes ejusmodi functionibus praefata Indulgentia gaudere, dummodo, ut praefertur orent ». De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 3 Aprilis ejusdem anni Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congretionis confirmando benigne annuit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

(*Vide etiam* Decretum CXXXVII.)

CXCIX.

ORDINIS B. M. V. DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Ad humillimas preces P. M. Dominici Josephi ab Astigaribbia moderni Fratrum Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum nuncupat. Vicarii et Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV clementer indulsit, ut

Digitized by Google

omnes et singulae Missae, quae in obitu Presbyterorum, et Clericorum, ac Laicorum Ordinis hujusmodi vel alia quacumque die juxta ipsius Ordinis Constitutiones ad quodlibet Altare cujuslibet Ecclesiae Ordinis praedicti celebrabuntur, Animae hujusmodi pro qua celebratae fuerint, perinde suffragentur ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 24 Aprilis anno 1751.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CC.

URBIS ET ORBIS.

« *An Missa de Festo Semiduplici, Votiva, vel de Feria celebrata in Altari privilegiato in quo exponitur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sive in Ostensorio sive in Ciborio suffragetur pro Defunctis ac si Missa de Requie dicatur in casu?* etc.

Sac. Congregatio respondit die 20 Julii 1751 « Affirmative ».

CCI.

FF. MINORUM S. FRANCISCI CONVENTUALIUM.

Ad humillimas preces P. M. Fr. Caroli Antonii Calvi Ministri Generalis et P. M. Fr. Michaelis Benedicti Oneti Procuratoris Generalis FFr. Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupat. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV clementer indulsit, ut omnes et singulae quae juxta Constitutiones vel laudabilem consuetudinem ejusdem Ordinis sive cujusque hujusmodi Conventus, vel Monasterii Monialium ipsius dumtaxat Ordinis Min. S. Francisci Conventualium pariter nuncupat. sub cura et gubernio ejusmodi Superiorum viventium, tam erectis, quam erigendis, pro Summis Pontificibus, Cardinalibus Protectoribus, Vice-Protectoribus, ac Titularibus, Episcopis seu Ordinariis, Principibus Supremis, aliisque in temporalibus Locorum Patronis, nec non pro respectivis Conventuum ac Monasteriorum Benefactoribus, Fundatoribus, ipsisque Fratribus et Monialibus, horumque tantum Genitoribus ab hac luce migrantibus celebari debent et solent, ad quodcumque Altare respective, tam Conventuum Fratrum, quam Monasteriorum Monialium hujusmodi Ecclesiae in eorum vel earum obitu, aut alia die celebrabuntur, Animae ejusmodi pro qua celebratae fuerint, perinde suffragentur ac si ad Altare Privilegiatum celebratae fuissent. Praesenti in perpetuum valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 4 Septembris 1751.

Fr. J. A. Card. Guadagni Pro-Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCII.

ORDINIS FF. FRANCISCI DE OBSERVANTIA REFORMATOR. NUNCUPAT.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die undecima Januarii 1762 censuit declarandum esse omnes et singulas Cappellas publicas praefatorum Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum in Germania, Polonia, Hungaria, Bohemia, Transylvania, Prussia, Russia, aliisque conterminis Provinciis existentes gaudere, donec residentiam inibi praefati Fratres duxerint, omnibus et singulis Indulgentiis et Privilegiis, caeteris Ecclesiis ejusdem Ordinis generaliter concessis, dummodo ad illas Cappellas Christifideles ad Sacrum audiendum et ad percipienda Ecclesiae Sacramenta confluant. De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sac. Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino relatione die 15 ejusdem mensis, Sanctitas Sua Votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

Fr. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCIII.

URBIS ET ORBIS.

Ut debito jugique culti ubique terrarum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum Christifideles venerarentur, summopere semper exoptavit Apostolica Sedes; quapropter voluit, ut Confraternitates Sanctissimi Sacramenti ubique terrarum in quacumque Ecclesia Parochiali erigi possent; quinimo, ut Fideles ipsi ad hujusmodi devotionem propagandam allicerentur, spiritualibus gratiis easdem Confraternitates cumulavit. Verum, quamvis decreto Sac. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae sub die 23 Aprilis 1676 edito et a Ven. Mem. Innocentio XI sub die prima Octobris 1678 per Apostolicum Breve confirmatum sancitum jam fuerit, ut quocumque in Loco Confraternitates San-

Digitized by Google

ctissimi Eucharistiae Sacramenti canonice fuissent erectae, hujusmodi Confraternitates absque ulla aggregatione, aliove actu immediate gaudere Indulgentiis Archiconfraternitati ejusdem Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Mariae de Minerva Urbis existenti concessis, et concedendis. Attamen cum ab ipsamet aliisque Archiconfraternitatibus Sanctissimi pariter Eucharistiae Sacramenti aggregandi facultate eisdem ab Apostolica Sede concessa jam fruentibus, plures etiam pro una, eademque Civitate, Oppido vel Loco aggregationes passim expediantur, ex quibus jurgia pariter, et dissentiones non tantum timeri possunt, sed ortas jam esse nonnulli testantur; ideo supplicatum fuit praedictae Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae pro declaratione « *An Aggregationes, quae fiunt ab Archiconfraternitatibus Sanctissimae Eucharistiae Sacramenti post Decretum editum ab ipsa Sac. Congregatione anno* 1676 *et postea a S. M. Innocentio XI anno* 1678 *confirmatum, subsistant in casu?* etc. » Et Sac. Congregatio sub die 17 Aprilis 1752 declarandum esse censuit « Aggregationes hujusmodi quantum ad communicationem Indulgentiarum ab Archiconfraternitatibus praetensam esse inutiles. De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sac. Congregationis Secretarium die 22 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCIV.

URBIS ET ORBIS.

Cum in Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita diei 20 Martii 1747 fuerint proposita sequentia dubia - Primo « *An Ecclesiae, Cappellae, et Oratoria publica nondum benedicta nec consecrata capacia sint Indulgentiis?* » Secundo « *An eamdem capacitatem habeant Cappellae et Oratoria privata tam, cum privilegio more Episcoporum quam sine hujusmodi privilegio?* » Et responsum fuit ad utrumque « Affirmative, sed de stylo non concedi » ; cum vero super hujusmodi decreto nonnullae quaestiones ortae sint praesertim in Germania, alii enim putant eamdem resolutionem afficere etiam Altare Privilegiatum, quod quidem est vera Indulgentia pro Defunctis, alii vero existimant excludere eo quia licet Altare Privilegiatum sit Indulgentia, attamen in generali Indulgentiarum concessione ex pluribus ejusdem Sac. Congregationis Decretis numquam comprehenditur; ideoque privilegium in Litteris Apostolicis nuncupatur; Alii demum sustinent Ecclesias, Cappellas et Oratoria publica non sufficere pro Altari Privilegiato in iis obtinendo quod sint benedicta, sed necessario requiri quod sint consecrata. Idcirco ad eliminandas super hujusmodi re quascumque quaestiones propositum fuit dubium « *An pro Altaris privilegio sufficiat Ecclesias, Cappellas et Oratoria publica esse benedicta vel necessario debeant esse consecrata?* « Et Eadem Sac. Congregatio sub die 17 Aprilis 1752 censuit rescribendum esse « Affirmative ad primam partem, et Negative ad secundam, nempe sufficere esse benedicta ». De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino relatione die 22 ejusdem mensis, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.
(*Vide quoque* Decretum CXLVIII.)

CCV.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini.

Minister Provincialis Provinciae Russiae Ord. Minor. Observantium S. Francisci Polonus humillimus Orator reverenter exponendo EE. VV. qualiter in celeberrima Ecclesia Conventus Lezayscensis B. V. Mariae auctoritate Apostolica coronatae Dioecesis Premisliensis in Confiniis Infidelium situata instituti sint quatuor Poenitentiarii quibus nuper Sac. Congregatio S. Officii concessit facultatem absolvendi ab omnibus casibus S. Sedi reservatis prout adnexum Diploma authenticum testatur. Prostratus ante Thronum gratiae EE. VV. humillime supplicat : quatenus EE. VV. praefatis quatuor Poenitentiariis electis, seu pro tempore eligendis, ictum seu tactum Poenitentialis Virgae praebentibus nec non singulis utriusque sexus Christifidelibus eumdem ictum seu tactum humillime et corde saltem contritis recipientibus; qua vice id egerint Indulgentiam viginti dierum in perpetuum benigne concedere dignentur, prout EE. VV. dignati sunt similem gratiam concedere pro Ecclesia FFr. Min. Socahensi Dioecesis Chelmensis die 25 *Junii* 1746. *Ex eo enim in Populo ad illam Ecclesiam ex longinquis partibus turmatim confluenti major devotio,*

Digitized by Google

majorque illius Sanctuarii reverentia in dies augebuntur. Quam Gratiam.

Die 10 Maii 1752 - Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV tum praefatis quatuor Poenitentiariis electis, seu pro tempore eligendis ictum seu tactum Poenitentialis Virgae praebentibus, cum singulis utriusque sexus Christifidelibus eumdem ictum seu tactum humillime et corde saltem contritis recipientibus, qua vice id egerint Indulgentiam viginti dierum in perpetuum benigne concessit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCVI.

Pia ac Sancta Viae Crucis devotio, qua Christi Domini Passio recolitur, utpote remedium speciale, ac utilissimum ad curandum conscientiae vulnera, quibus humana infirmitas quotidie sauciatur, feliciter in toto fere Christiano Orbe cum magno animarum fructu diffusa est; contigit tamen aliquibus in regionibus et praesertim in Lusitania Viae Crucis, sive Calvariae, ut vocant, Stationes adeo esse multiplicatas ut erectae inveniantur nedum in Ecclesiis, verum etiam in Oratoriis, Cappellis, aliisque in locis tam angustis, in quibus totum Calvarii iter duobus aut tribus passibus conficietur, ex qua locorum angustia et nimia Viarum Crucis multiplicitate diversae quin immo contrariae sententiae circa illarum subsistentiam exortae sunt. Quoniam vero suspicari potest praefatam erigendi Viae Crucis facilitatem ex eo potissimum posse promanare quod Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia sive Reformatorum, sive Recollectorum nuncupat. illas erigant, insciis Ordinariis, et Parochis contra Decretum Sacrae hujus Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis propositae, die 30 Julii 1748 emanatum, ac die 3 Augusti ejusdem anni a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV approbatum, quo prescribitur ut in saepedictis erectionibus faciendis extra Ecclesias Conventuum FFr. dicti Ordinis, necessario requiratur in scriptis et non aliter licentia Ordinariorum, nec non Parochorum, et aliorum Superiorum consensus, in quorum jurisdictione Viam Crucis erigi contigerit sub poena nullitatis ipsiusmet erectionis ipso facto incurrendae. Itaque ad impediendum hujusmodi erectionum abusus haec duo formata et proposita fuerunt super praemissis dubia : Primo « *An pro consequutione Indulgentiarum in Erectione Viae Crucis, in Oratoriis, et Cappellis publicis, requiratur aliqualis distantia inter unam et aliam Stationem?* » Secundo « *An in hujusmodi erectionibus quae fiunt extra ambitum Conventuum FFr. Ordinis S. Francisci tam de Observantia quam Reformatorum et Recollectorum requiratur licentia Ordinariorum, nec non Parochorum, aliorumque respective Superiorum consensus in scriptis?* » Quibus eadem Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 28 Augusti 1752 decernendum esse censuit ad Primum « Affirmative » ; et ad Secundum « Affimative, et transmittantur decreta ».

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.
(*Vide etiam* Decretum CLXVIII.)

CCVII.

ANGELOPOLITANA.

Cum in Parochiali Ecclesia, Loci De Huamantta Angelopolitanae Dioecesis magnam habeat venerationem quadam miraculis clara Imago Jesu Christi Redemptoris Nostri Domini *del Desposo* nuncupat. et in ejus Cappella, ejusque in honorem et cultum centum ab hinc circiter annis auctoritate Ordinarii instituta sit pia utriusque sexus Christifidelium Confraternitas; nunc vero Presbyteri Joseph Nicolaus et Ignatius Xaverius Cavallero germani Fratres dictae Cappellae reparatores et egregii benefactores caeterique ejusdem Confraternitatis Confratres et Consorores dubitantes de ipsius subsistentia et canonica erectione ad effectum gaudendi Indulgentiis, tam obtentis, quam obtinendis, eo quia ab Apostolica Sede non fuerit confirmata, supplicarunt humillime pro benigna declaratione : Primo « *An dici possit canonica dictae Confraternitatis erectio, solius Ordinarii auctoritate facta?* » Secundo « *An reportari debeat Apostolica confirmatio?* » Quibus Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 28 Augusti 1752 rescribendum esse censuit : Ad Primum « Affirmative ». Ad Secundum « Non indigere ».

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCVIII.

ALBIGANEN.

Agitata non semel inter Doctores controversia super clausula « *dummodo tot Missae quotidie in tali*

Digitized by Google

Ecclesia celebrentur » quae in Brevibus Altarium privilegiorum apponi solet, tandem haec tria in Sac. Congregatione Concilii discussa fuerunt dubia : Primo « *An absentibus Religiosis ex causa praedicationis tempore Quadragesimae et Adventus, vel quando occasione festivitatum vel funerum, aut similium a superioribus ad celebrandum alibi mittuntur, Indulgentiae concessae cum certo numero missarum, qui ob dictas causas adimpleri non potest, prorsus cessent; vel pro tempore quo dictus numerus non fuerit adimpletus, sint suspensae vel potius maneant in suo robore?* » Secundo « *An idem sit statuendum deficiente praefixo numero Missarum ob infirmitatem Sacerdotum tam Regularium, quam Saecularium?* » Tertio « *An pariter idem sit statuendum deficiente praedicto numero Missarum ob absentiam ab Ecclesiis Saecularibus Canonicorum, et Sacerdotum per aliquot dies et menses?* » Quibus eadem Sac. Congregatio sub die 30 Julii 1706 rescripsit, Ad Primum « Quoad Primam partem pro tempore Adventus et Quadragesimae remanere suspensas, non autem in reliquis, dummodo raro contingat. » Ad Secundum « Non remanere suspensas, » Ad Tertium « Provisum in primo. » Has Resolutiones servari pluries decrevit Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita. Verum impetrato nuper ab Ecclesia Parochiali Loci Lucinaschi Dioecesis Albiganen. Altaris privilegio pro duabus cujuslibet hebdomadae feriis sub conditione quotidianae octo Missarum celebrationis, haec cum diebus festis minime adimpleatur eo quod aliquis ex Sacerdotibus dictae Ecclesiae in alia celebrare teneatur, orta est inter nonnullos dubitatio, an ob deficientiam alicujus ex praescriptis octo Missis Privilegium obtentum suffragetur? Quapropter proposito in Sac. Congregatione Indulgentiarum, et Sac. Reliquiarum hujusmodi dubio, scilicet, « *An attenta clausula praefata* » Dummodo, etc. « *in dicta Ecclesia Privilegium Altaris obtentum non obstante praescripti Missarum numeri in diebus festis deficientia, subsistat in casu?* etc. Eadem Sac. Congregatio die 22 Januarii 1753 decernendum esse censuit « Privilegium remanere suspensum diebus quibus praescriptus Missarum numerus non verificatur. » De quibus facta per me infrascriptum praefatae Sac. Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCIX.

Cum olim nonnulla Indulgentiarum Brevia a Cancellaria Apostolica expedirentur, sub sequenti expressione « *Pro tali die cujuslibet anni futuri* » et attenta praedictae Cancellariae Regula 57 seu verius 56 a S. M. Innocentio VIII edita, a nonnullis in dubium fuerit revocatum : an hujusmodi concessiones reducendae sint ad viginti annos vel in perpetuum durent; immo an sub eadem restrictione comprehendantur etiam expeditae, sub hac forma « in *perpetuum* » ideo ad veritatem in hac re delucidandam, et ad quamcumque removendam controversiam, examinanda in Sac. Indulgentiarum et Sacrarum Reliquiarum Congregatione proposita fuerunt haec dubia : Primo « *An Indulgentia concessa pro tali die cujuslibet anni futuri restringenda sit ad Viginti annos?* » Secundo « *An sub eadem restrictione comprehendantur quoque Indulgentiae, quae dantur sub hac forma in perpetuum?* » Et Eadem Sac. Congregatio die 22 Januarii 1753 respondit ad utrumque « Negative ».

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.
(*Vide etiam* Decretum DXXX.)

CCX.

CONFRATERNITATUM SANCTISSIMAE EUCHARISTIAE SACRAMENTI.

Ad recolendam Institutionis Sanctissimae Eucharistiae Sacramenti memoriam, nec non ad illius veritatem confirmandam, reparandasque injurias Eidem allatas. San. Me. Urbanus IV Festum Corporis Christi celebrandum decrevit, voluitque praefatis de causis ut solemnibus indictis supplicationibus potiori, qua potest, pompa Sacra Hostia circumferretur. Quinimmo Apostolica Sedes, ut Christifideles ad majorem erga tantum Sacramentum devotionem excitarentur, atque ad illum comitandum magis magisque allicerentur, spirituales favores elargita est, et signanter Archiconfraternitati ejusdem Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Mariae super Minervam Urbis erectae inter caeteras Indulgentias, Plenariam pro Sodalibus supplicationem, quae ab eadem Ecclesia Feria sexta post Solemnitatem Corporis Christi immediate quotannis habetur, comitantibus concessit. Verum cum extra Urbem plura hujusmodi Sodalitia Sanctissimi Sacramenti reperiantur, quae si canonice erecta jam

Digitized by Google

sint, vel deinceps erigantur vigore Decreti a Sac. Congregatione Indulgentiarum et Sac. Reliquiarum sub die 23 Aprilis 1636 editi, ac per Apostolicum etiam Breve a Ven. Mem. Innocentio XI die prima Octobris 1678 confirmati, omnibus et singulis Indulgentiis praedictae Archiconfraternitati quoquo modo jam concessis et in posterum concedendis, sine ulla speciali aggregatione pariformiter gaudere, et haec ipsa Sodalitia suas solemnes Supplicationes sive in ipso festo Corporis Christi, sive Dominica immediate sequenti, sive alia commodiori Octavae die respective habeant, ab nonnullis in dubium revocatur, utrum ipsam Indulgentiam Plenariam pro Supplicatione, quae ab antedicta Archiconfraternitate feria sexta fieri solet, concessam, Sodales ejusmodi Confraternitatum, extra Urbem existentium consequi valeant in sola praefata feria sexta, an etiam quacumque die, sive festi, vel octavae, sive infra octavam Sanctissimi Corporis Christi Supplicationem faciant. Ideo ad rem omnem dilucidandam in Eadem Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita discussum fuit dubium « *An pro consequenda Indulgentia Plenaria concessa pro Supplicatione, quae habetur feria sexta post festum Corporis Christi in Ecclesia S. Mariae super Minervam Urbis, necessario ab aliis Ecclesiis peragi debeat eadem die; vel sufficiat illam habere in alia quacumque ejusdem octavae die?* » Et eadem Sac. Congregatio die 22 Januarii 1753 rescribendum esse censuit « Affirmative ad primam partem, et Negative ad secundam, sed supplicandum esse Sanctissimo pro extensione praedictae Indulgentiae Plenariae ad quamlibet sive festi, sive infra octavam, sive Octavae die, in qua quaevis Confraternitas suam peragit Supplicationem seu Processionem ». De quibus facta per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium die 23 ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum ejusdem Sac. Congregationis approbando, praefatae extensioni benigne annuit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCXI.

Monialium totius Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum.

Ad humillimas preces P. Magistri Dominici Josephi ab Astigaribbia moderni FF. Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum nuncupat. Vicarii et Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV volens omnes et singulas Ecclesias Monasteriales Monialium ejusdem Ordinis et sub cura et jurisdictione Superiorum Ordinis ejusdem existentium, sive erectas, sive in posterum erigendas in quibus Altare a Sa. Me. Benedicto XIII sub die 24 Januarii 1725 pro una cujuslibet hebdomadae dumtaxat feria privilegiatum in perpetuum reperitur, quod per praesentes Litteras auctoritate Apostolica revocaverit, et in eis situm Altare a respectivo Locorum Ordinario semel designandum hoc speciali dono illustrare, et quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis vel cujusvis Ordinis, Congregationis et Instituti Regularis Missam pro Anima ipsarum Monialium, earumque consanguineorum et affinium in primo et secundo gradu inclusive, ac Puellarum in iisdem Monasteriis educandarum, aliarumque inibi serventium et pro tempore degentium, nec non Monasteriorum praefatorum Benefactorum, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad Altare praefatum celebrabit, Anima ipsa de Thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur, ita ut Domini Nostri Jesu Christi ac Beatissimae V. Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur, benigne concessit atque indulsit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 28 Martii 1753.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCXII.

Urbis et Orbis.

1m *An Facultate, quae ex Indulto Sedis Apostolicae nonnullis Ordinibus Regularibus competit dandi Pontificiam Benedictionem statutis anni diebus, Regulares uti dumtaxat possint in Ecclesiis suorum Conventuum; vel potius sit eis potestas illam impertiendi in Ecclesiis Monialium, tam Ordini quam Ordinario Locorum subjectis?*

2m *An Eadem facultate uti etiam possint in aliis quibuscumque Ecclesiis in quibus Confraternitates dictorum Ordinum sunt erectae?*

Sac. Congregatio sub die 4 Februari 1754 respondit:

Ad primum « Affirmative quoad primam partem, et Negative quoad secundam.

Ad secundum « Provisum in primum.

Digitized by Google

CCXIII.

COMEN.

1m *An Confraternitas Suffragii Oppidi Telii Dioecesis Comensis dispensari quaeat a gestatione Vestis et Tesserae Archiconfraternitatis Suffragii Urbis, ita ut absque illis gaudere possit Indulgentiis caeterisque privilegiis per aggregationem sibi communicatis in casu, etc.?* « *Et quatenus negative.*

2m *An remittendae sint preces ad Sac. Congregationem Concilii?*

Sacra Congregatio sub die 4 Februarii 1754, respondit.

Ad 1m « Negative ».

Ad 2m « Provisum in primo ».

CCXIV.

Cum in nonnullis Brevibus ac Indulgentiarum Decretis, praesertim Triduorum pro Sanctis et Officiorum Generalium pro Defunctis praetermittantur verba « *A primis vesperis usque ad occasum solis, etc., et devote visitaverint, etc.* » quae passim in Apostolicis Brevibus inseri solent, orta est dubitatio, *a quonam tempore Indulgentiae sine praefata clausula expeditae, initium sumant?* Quapropter hujusmodi dubio in Sac. Congregatione Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita discussa die 2 Julii 1754, Eadem Sac. Congregatio declaravit: « Tempus antedictarum Concessionum ab initio diei naturalis, videlicet ab ortu solis incipere ». Et facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 3 ejusdem Mensis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua Votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCXV.

Ut Ecclesiam B. M. Virginis de Cella nuncupat. in Siria peculiari praerogativa decoraret Sa. Me. Benedictus XIII Plenariam Indulgentiam quotidianam perpetuam semel in anno lucrandam peregrinantibus ad eam concessit. Nuper autem a nonnullis dubium excitatum est, utrum Incolae oppidi in quo sita est dicta Ecclesia consequi revera valeant praefatam Indulgentiam. Quare formatis in Sac. Congregatione Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita dubiis, Primo « *An Indulgentiam, quae concedi solet pro Peregrinantibus ad aliquam insignem Ecclesiam consequi valeant Incolae oppidi ejusdem Ecclesiae?* et quatenus negative. » Secundo « *An alia hujusmodi Indulgentia pro Incolis sit concedenda* »? Sac. Eadem Congregatio die 2 Julii censuit rescribendum esse : Ad Primum « Negative » Ad Secundum « Concedendas esse Indulgentias juxta qualitatem Ecclesiae. » De quibus facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 3 ejusdem Mensis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua Votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

FR. C. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCXVI.

Ut Indulgentiarum Thesaurus, quantum fieri potest ab hominum commentis, et falsitate custodiatur immunis Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita summopere semper elaboravit. Quapropter Eadem Sac. Congregatio cui delatum est quoddam folium primum Hispanica lingua sub hoc titulo impressum « *Alabado sea el Sanctissimo Sacramento de el Altar y la pura y limpia Concepcion de la Virgen Maria Sanctissima Nuestra Senora* » *Sumario de las gracias e Indulgencias, Jubileos, y Estaciones concedidas a los Senores Reyes Catholicos en su Real Capilla de Nuestra Senora de la Concepcion en el Convento de Nuestro Padre S. Francisco, Casa Grande de la Cividad de Granada y a los Medallas, que en dichia Capilla se reparten, concedidas por el Senor Leon X confirmadas per muchos Summos Pontifices, y oy nuevemente confirmada per Nuestro Sanctissimo Padre Benedicto XIII dia* 30 *de Abriel de esle ano de* 1727 (1) ». Et deinde in latinum sermonem hisce verbis « *Lodato sia il Santissimo Sagramento dell' Altare e la pura ed illibata Concezione della Santissima Vergine Maria Nostra Signora* « *Sommario delle Grazie, Indulgenze, Giubilei e Stazioni concedute alli Rè Cattolici nella loro Reale Cappella della Nostra Signora della Concezione, e nel Convento del Padre S. Francesco Casa Grande della Città di Granata, e alle Medaglie che nella detta Cappella si riportano, concedute da Leone X e confermate da molti Sommi Pontefici, ed oggi nuovamente dal N. S. Padre Benedetto XIII il giorno* 30 *Aprile di quell' anno* 1727 (1) » transla-

(1) « Laudatum sit sanctissimum altaris Sacramentum expressa et illibata conceptio sanctissimae virginis Mariae

Digitized by Google

latum, praevio diligenti ac maturo examine die 2 Julii 1754 praefatum folium quocumque idiomate et quocumque loco impressum veluti continentes falsas et apocryphas Indulgentias prohibuit et damnavit, sicuti illud praesenti Decreto damnat, et prohibet.

Praeterea eadem prohibitionis nota inclusit aliud folium, quod inscribitur « *Sommario di tutte le indulgenze concesse dalla Fel. Mem. di N. S. Paolo III alla Ven. Compagnia del Santissimo Sagramento del Corpo di Cristo come per li Brevi e Bolle Apostoliche appare, che riservate sono in Roma nella detta Compagnia, che è nella Chiesa della Minerva. In Jesi per Gio. Battista de Giuli Stampatore publico Vescovile* 1741 (1) » utpote exhibens Indulgentias vel apocryphas, vel dubias, vel revocatas, et idcirco recensita folia proscribenda censuit sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis.

Quinimmo, ut omnis in posterum erroris ac deceptionis occasio tollatur, districte prohibuit, ne aliae Indulgentiae voce, ac scripto evulgentur, pro Sodalitiis Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti, ac pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui nonnullis piis operibus in honorem, et cultum ejusdem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti vacaverint, praeter eas, quae in Summario a Sac. Congregatione approbato die 13 Septembris anno 1749 recensentur.

Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatis, Sanctitas Sua sententiam Sac. Congregationis approbavit et in omnibus servari jussit.

Datum die 3 Julii 1754.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCXVII.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV, praevia revocatione alterius Altaris privilegiati, quatenus adsit, in perpetuum vel ad tempus nondum elapsum Apostolico privilegio decorati, benigne concessit, atque indulsit, ut Sacrosanctum Missae Sacrificium, quod a quocumque Sacerdote Saeculari, vel cujusvis Ordinis, Congregationis et Instituti Regularis ad unum Altare per Ordinarios Locorum in qualibet ex Ecclesiis Presbyterorum Saecularium Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, tam erectis, quam in posterum erigendis in quacumque mundi parte existentibus situm, semel tantum respective designandum, excepta tamen Ecclesia dictorum Presbyterorum de Urbe, pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, celebrabitur, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut Domini Nostri Jesu Christi ac Beatissimae V. Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc concessionem suffragari debere absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 7 Septembris 1754.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. M. Erba Prot. Apostolicus Secret.

CCXVIII.

ORDINIS MINOR. RECOLLECTORUM S. FRANCISCI.

An sub nomine Ecclesiarum veniant etiam Cappellae et Oratoria PP. Recollectorum Ordinis S. Francisci Missionum Nationis Germano-Belgicae, ita ut illa gaudere valeant Indulgentiis a Sanctissimo Domino Nostro Ecclesiis dictarum Missionum concessis in casu, etc ?

Sac. Congregatio sub die 18 Martii 1755 respondit « Affirmative dummodo peragantur Sacrae Functiones ».

CCXIX.

Ad humillimas preces Fr. Petri Pauli Renzi Prioris Generalis Ordinis S. Hieronymi Congregationis Beati Petri de Pisis Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV praevia revocatione alterius Altaris privilegiati, quatenus adsit, in perpetuum, vel ad tempus nondum elapsum simili privilegio decorati (firmis tamen remanentibus privilegiis, ut asseritur, antea in perpetuum concessis in Ecclesiis FFr. Congregationis ejusmodi B. Petri

Dominae Nostrae » summarium gratiarum Indulgentiarum, jubilaeorum et stationum concessorum Regibus catholicis in eorum regia capella Nostrae Dominae de Conceptione, et in conventu S. Patris Francisci magna domo civitatis Granatensis, et numismatibus quae in dicta capella obtinentur, concessorum a Leone X et confirmatorum a multis summis Pontificibus et nunc denuo a sanctissimo Patre nostro Benedicto XIII, die 30 Aprilis currentis anni 1727.

(1) Summarium omnium Indulgentiarum concessarum a fel. rec. Ilmo Dno nro Paulo III venerabili societati sanctissimi sacramenti corporis Christi, ut apparet ex brevibus et bullis apostolicis quae asservantur Romae in dicta societate quae exstat in ecclesia dicta della Minerva. AEsi per Joannem Baptistam de Juliis typographum publicum episcopalem 1741.

Digitized by Google

de Pisis scilicet S. Onuphrii de Urbe, B. M. Virginis Gratiarum nuncupat. Civitatis Neapolitanae, ac S. Sebastiani Civitatis Venetiarum) benigne concessit, atque indulsit, ut Sacrosanctum Missae Sacrificium, quod a quocumque Sacerdote Saeculari, vel cujusvis Ordinis, Congregationis et Instituti Regularis, ad unum Altare per Ordinarios locorum in qualibet ex Ecclesiis Fratrum dictae Congregationis tam erectis, quam in posterum erigendis, in quacumque Mundi parte existentibus situm, semel tantum respective designandum pro Anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit celebrabitur, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut Domini Nostri Jesu Christi ac Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro decreto. Voluitque Sanctitas Sua hanc concessionem suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 10 Maii anno 1755.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. E. Vicecomes Sac. Cong. Indulgen. Secret.

CCXX.

Ad humillimas preces D. Benedicti de Geisman Abbatis Werdinensis et Halmstadiensis Praesidis Congregationis Bursfeldensis Ordinis S. Benedicti in Germania existen. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV volens omnes et singulas Ecclesias Monasteriorum Monachorum Congregationis Bursfeldensis Ordinis S. Benedicti in Germania existentium, in quibus aliud Altare, vel in perpetuum, vel ad tempus nondum alapsum simili privilegio decoratum forsan reperitur, quod per praesens Decretum revocavit, et in qualibet ex dictis Ecclesiis Altare sub invocatione S. Benedicti erectum sive erigendum hoc speciali dono illustrare, ut quandocumque Sacerdos aliquis Saecularis, vel cujusvis Ordinis, Congregationis et Instituti Regularis Sacrosanctum Missae Sacrificium pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praefatum S. Benedicti Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut Domini Nostri Jesu Christi ac Beatissimae V. Mariae Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur benigne concessit atque indulsit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro Decreto. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 19 Julii anno 1755.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.

A. E. Vicecomes Secret.

(*Vide etiam* Decreta CCXXXIV et CCLXXVIII.)

CCXXI.

Beatissimo Padre.

Il Generale dell' Ordine di S. Giovanni di Dio della Congregazione di Spagna Oratore Umilissimo della S. V. col dovuto ossequio gli espone, che frequentando molti Fedeli gli Ospedali del suo Ordine, i quali si esercitano in varii atti di cristiana pietà verso gl' Infermi; supplica umilmente la S. V. che voglia degnarsii o dichiarare quali Indulgenze siano già state concedute per le infrascritte opere pie, ovvero concederle ex integro *a quei, che l'esercitano nei detti Spedali.*

Ai Confessori i quali ascoltano le Confessioni degl'Infermi ed assistono spiritualmente ai medesimi Infermi.

Agl' Infermi qualunque volta si confesseranno e communicheranno.

A quei che conducono gl' Infermi agli Ospedali.

A quei che si porteranno ne' detti Ospedali a servire gl' Infermi ed eserciteranno opere di cristiana carità.

A quelli che insegneranno agl' Infermi la Dottrina Christiana.

E finalmente a quelli che entrando nelle Infermerie, e altre officine di esse diranno « Laudetur Jesus Christus » *e risponderanno vicendevolmente* « Amen » *Che, etc.*

Beatissime Pater.

Generalis ordinis S. Joannis de Deo, congregationis Hispaniae, sanctitatis vestrae orator humillimus, debita cum reverentia Ipsi exponit multos fideles hospitalia sui ordinis frequentare, qui se exercent in variis actibus Christianae caritatis erga infirmos; quapropter humillime supplicatur sanctitatem vestram, ut dignetur aut declarare quaenam indulgentiae jam fuerint concessae pro infrascriptis operibus piis, aut concedere illas ex integro iis qui eadem exercent in praedictis hospitalibus.

Confessariis qui auscultant confessiones infirmorum, et spiritualiter assistunt eosdem infirmos.

Digitized by Google

Infirmis quotiescumque confitebuntur et communicabunt.

Iis qui infirmos deducunt ad hospitalia.

Iis qui in dictis hospitalibus sese impendent servitio infirmorum, et exercebunt opera Christianae caritatis.

Iis qui infirmos docebunt doctrinam Christianam.

Et tandem iis qui ingrediendo infirmitoria, aliasque eorum officinas, dicent « Laudetur Jesus Christus » et vicissim respondebunt « Amen. » Et haec, etc.

Die 19 Julii 1755 - Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV omnibus Confessariis ab Ordinariis Locorum approbatis, qui in audiendis Confessionibus Christifidelium Infirmorum dictorum Hospitalium se exercuerint, item eisdem Infirmis quoties vere poenitentes et confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in praefatis Hospitalibus devote sumpserint; item omnibus Christifidelibus, qui infirmos in ea adduxerint, et denique iisdem qui quodcumque pietatis et charitatis opus erga ipsos infirmos exercuerint, toties, pro quolibet praefatorum piorum operum exercitio centum dierum Indulgentiarum de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta in perpetuum benigne concessit seu relaxavit. *Iisdem* vero Doctrinam Christianam docentibus et addiscentibus omnibus et singulis Indulgentiis a fel. rec. Clementis XII generaliter concessis, gaudere, et tandem dicentibus « *Laudetur Jesus Christus* » et respondentibus « *Amen* » Indulgentia pariter centum dierum etiam a fel. rec. Sixto V similiter generaliter concessa et a Benedicto XIII confirmata etiam in perpetuum gaudere benigne declaravit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. E. Vicecomes Secret.

CCXXII.

Etsi a Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, cui demandata est cura circa rectam, et prudentem Indulgentiarum administrationem, plura saluberrima prodierint Decreta et praesertim super earumdem Indulgentiarum publicatione et impressione; cum tamen, sive hominum malitia, sive incuria nuper nonnulli abusus irrepserint, inhaerendo Decretis alias editis, Eadem Sac. Congregatio die 19 Januarii 1756 censuit illa esse confirmanda et innovanda, prout praesenti decreto confirmat et innovat.

Praeterea, cum experientia quotidie comperiatur, complures Indulgentiarum concessiones generales expediri inscia ipsa Sac. Congregatione ex quo multi promanant abusus ac confusiones, re mature perpensa, praesenti itidem Decreto declaravit, impetrantes posthac hujusmodi generales concessiones teneri sub nullitatis poena gratiae obtentae exemplar earumdem concessionum ad Secretariam ejusdem Sac. Congregationis deferre. De quibus facta per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione die 28 ejusdem mensis, Sanctitas Sua Votum Sac. Congregationis approbando, omnia confirmavit, publicarique mandavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. E. Vicecomes Sac. Cong. Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCLVI.)

CCXXIII.

Animadvertens Sanctissimus Dominus Noster Benedictus P. XIV quam utiles, quinimmo necessarii sint ad aeternam salutem Theologicarum Virtutum Actus, Fidei, videlicet, Spei et Charitatis, ut omnes utriusque sexus Christifideles ad illorum exercitium excitaret, audito Voto Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, Indulgentias pro iisdem Actibus a Sa. Me. Benedicto XII die 15 Januarii anni 1728 concessas benigne confirmavit. Plenariam nimirum cum facultate eam Fidelium defunctorum Animabus applicandi, semel in mense lucrandam ab iis qui quotidie per mensem praefatos Actus pie, devote et ex corde peregerint, die nempe ab unoquoque eligenda in qua vere poenitentes, confessi, ac S. Communione refecti, pro Christianorum Principum concordia, Haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, ut decet, oraverint; nec non aliam similiter Plenariam in mortis articulo. Ut autem commissas sibi oves ad frequentiorem hujusmodi Actuum usum alliceret Sanctitas Sua, Indulgentiam septem annorum, totidemque quadragenarum, cum eadem applicationis facultate, quae juxta ejusdem sui Praedecessoris concessionem semel tantum in die consequi poterat, ad quamlibet antedictorum Actuum piam, etc., ut supra recitationem, clementer extendit.

Declaravit insuper Sanctitas Sua praefatas omnes Indulgentias addictas minime esse certis determinatisque verbis, propterea que unumquemque uti posse in recitatione dictorum Actuum qualibet formula, dummodo in ea singularum Virtutum Theologicarum specialia motiva exprimantur.

Datum die 28 Januarii anno 1756.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. E. Vicecomes Secret.

Digitized by Google

CCXXIV.

1m *An Confessio Sacramentalis requisita ut opus injunctum pro acquirenda Indulgentia in festo alicujus Sancti expleri possit pridie pervigilium ejusdem Sancti?*

2m *An Indulgentia concessa v. g. pro visitatione septem Ecclesiarum, aut alio simili opere pio sub hac formula* « Omnibus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis, et Sacra Communione refectis, qui visitaverint, etc. » *acquiratur, si Ecclesiarum visitatio, etc. praemittatur Confessioni et Communioni?*

Sacra Congregatio sub die 28 Januarii 1756 respondit ad Utrumque « Consulendum Sanctissimo. »

(*Vide etiam* Decretum CCXLI.)

CCXXV.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus qui quotidie per integrum mensem Coronam Beatae Joannae Valesiae triplicatum Rosarium nuncupatum devote recitaverint semel intra eumdem mensem, die nempe ab unoquoque ad sui libitum eligenda in qua vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti, ac pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam consequi valeant. His vero qui in singulis feriis sextis Quadragesimae, singulisque septem B. M. Virginis festivitatibus, ut supra dictam Coronam recitaverint, septem annorum totidemque quadragenarum. Ac tandem pro qualibet ejusdem Coronae devota recitatione Indulgentiam centum dierum in perpetuum benigne concessit. Revocatis omnibus et singulis Indulgentiis, quae pro ejusdem coronae recitatione asserebantur concessae.

Declaravit insuper Sanctitas Sua, ut quis, consequi possit praefatas Indulgentias requiri, ut Corona sit de more benedicta a Superioribus Ordinis Annunciationis B. M. Virginis sub regula S. Francisci a Sede Apostolica approbati, vel a quolibet Confessario Ordinario Monialium ejusdem Ordinis, et propterea eisdem Superioribus, et Confessariis dictas Coronas benedicendi facultatem tribuit et et impertitus est.

In distribuendis vero hujusmodi Coronis, eorumque usu, Sanctissimus servari jussit decretum fel. rec. Alexandri PP. VII editum sub die 6 Februarii 1657 nimirum, ne hujusmodi Coronae utpote benedictae, vendantur, aut alteri commodentur, aut praecario dentur, alioquin careant Indulgentiis jam concessis, et aliqua ex eis deperdita alia subrogari nullo modo possit, nisi a quibus supra benedicta fuerit. Datum Romae die 6 Martii 1756.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF
A. E. Vicecomes Secret.

CCXXVI.

PRAGEN.

Ad humillimas et enixas preces B. Martini Schmidt moderni et pro tempore existentis Abbatis Monasterii Regis Pragae Bohemorum in Emaiis Ordinis S. Benedicti Congregationis Monserratensis in Germania Dioecesis Pragensis Regni Bohemiae, ut asseritur Praelati infulati ac per Bohemiam ejusdem Congregationis Monserratensis Visitatoris perpetui, Regiaeque Cappellae in eodem Regno Bohemiae Cappellani perpetui Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV eidem Martino ejusque successoribus, ac omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus, caeterisque Monachis Sacerdotibus ipsimet, et pro tempore existenti Visitatori perpetuo subjectis, Numismata, seu Medallias, vel Cruces, aut Cruculas S. Benedicti nuncupatas, quarum una pars Imaginem ejusdem S. Benedicti repraesentat; altera vero Crucem in cujus extremo circuitu litterae seu characteres, scilicet « V. *vade* R. *retro* S. *Satana* N. *numquam*, S. *suade* M. *mihi* V. *vana*, S. *sunt* M. *mala* Q. *quae* L. *libas* I. *ipse*, V. *venena*, B. *bibas;* in linea ejus recta C. *Crux* S. *Sancta* S. *sit* M. *mihi* L. *lux;* in inversa vero N. *non* D. *Draco* S. *sit* M. *mihi* D. *dux;* ac demum in quatuor lateribus C. *Crux* S. *Sancti* P. *Patris* B. *Benedicti* » respective significantes exprimuntur, facultatem privative benedicendi benigne concessit. Eadem vero Numismata per Abbatem caeterosque Monachos praefatos pro tempore existentes benedicta spiritualibus gratiis ac coelestibus Ecclesiae thesauris specialiter insignire volens, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus ejusmodi Numismata sic benedicta devote gestantibus, nec non cum vel coram aliquo eorum orantibus, ac insimul pia opera prout infra suis cuique locis respective injungitur peragentibus Indulgentias modo et forma quae praescribitur, clementer indulsit, videlicet « Ut qui saltem semel in hebdomada Coronam Domini, vel Beatissimae Virginis Mariae,

Digitized by Google

aut Rosarium ejusve tertiam partem, aut Officium vel Divinum vel Parvum Beatissimae Virginis Mariae vel Defunctorum, aut septem Psalmos Poenitentiales, vel Graduales recitare, aut rudimenta Fidei docere, aut detentos in carcere, vel alicujus Domus Hospitalis aegrotos visitare, aut Pauperibus subvenire, aut Missam vel audire vel, si est Sacerdos, celebrare consueverit, si vere poenitens et Sacerdoti per Ordinarium approbato confessus Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserit, in quolibet ex diebus infrascriptis nimirum die festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis, et Corporis Christi, ac die Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis et Assumptionis Beatissimae V. Mariae, nec non primo die Novembris festo omnium Sanctorum, ac die festo S. Benedicti, et pro haeresum extirpatione, Fidei Catholicae exaltatione ac propagatione, pace et Christianorum Principum concordia, caeterisque Romanae Ecclesiae necessitatibus pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et Indulgentiam consequantur. Qui eadem in aliis festis Domini, aut Beatissimae Virginis, Sanctorumve Apostolorum, aut S. Josephi, aut SS. Mauri, Placidi, Scholasticae et Gertrudis Ordinis S. Benedicti peregerint, in quolibet eorum septem annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam acquirat, quam pariter adipiscatur, qui Missam audiet, vel si est Sacerdos celebrabit ac pro Christianorum Principum prosperitate, illorumque statuum, et ditionum tranquillitate Deum orabit. Qui ob reverentiam erga Passionem Jesu Christi Domini Nostri feriis sextis aut in honorem Beatissimae Virginis diebus Sabbati, qualibet earum die id egerit Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum. Qui vero confessus, ac S. Communione refectus jejunium iisdem diebus per integrum annum servaverit, Plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et Indulgentiam lucrabitur, qua etiam gaudebit qui idem opus complere intendens infra annum decesserit. Qui semel vel pluries in die Jaculatoriam « *Benedicta sit purissima et Immaculata Conceptio* » proferre consueverit, Indulgentiam quadraginta dierum. Qui saltem semel in hebdomada recitare consueverit Coronam, aut Rosarium, aut Officium Beatissimae Virginis vel Defunctorum, aut Vesperas, unumque saltem ex Nocturnis, et Laudes, aut septem Psalmos Poenitentiales et Litanias, eorumque preces, aut in honorem Sanctissimi Nominis Mariae quinquies salutationem Angelicam, aut Antiphonam « *Sub tuum praesidium* » cum una qualibet ex probatis orationibus Beatissimae Virginis quo die id fecerit Indulgentiam centum dierum consequatur, qua semel in quavis feria sexta fruatur. Qui orationem Dominicam et salutationem Angelicam ter recitaverit, ac de Passione et Morte Domini Nostri Jesu Christi pie cogitaverit; eamdem pariter lucretur, qui ob devotionem erga SS. Josephum, Benedictum, Maurum, Scholasticam, et Gertrudem recitando Psalmum « *Miserere mei Deus, etc.* » aut quinquies Orationem et salutationem Angelicam oraverit, ut Deus per eorum intercessionem S. Catholicam Ecclesiam conservet, ipsumque devotum beato fine quiescere faciat. Qui in celebranda Missa, vel sumenda Eucharistia, aut Officio Divino, vel parvo B. M. V. recitando, priusquam incipiat; devotam aliquam precationem adhibuerit, quinquaginta dierum Indulgentiam gaudeat, quam similiter assequatur, qui pro Christifidelibus in exitu vitae constitutis Deum deprecabitur, ac pro ipsis ter orationem Dominicam et salutationem Angelicam dixerit. Qui detentos in carcere, aut aegrotos in Nosocomiis visitaverit, eos aliquo pio opere adjuvando, aut Doctrinam Christianam, in Ecclesia vel Domui Filios, aut Propinquos aut Famulos docuerit, praeter Indulgentiam ab aliis Summis Pontificibus ad id concessas toties Indulgentiam bis centum dierum acquirat. Qui Rosarium, vel Coronam B. M. V. in honorem ejusdem purissimae Immaculatae Conceptionis recitaverit, ipsam deprecans apud ejus divinum Filium ut sine laethali labe vivere ac mori valeat, Indulgentiam viginti annorum semel in hebdomada consequatur, qua pariter qui Sacratissimum Eucharistiae Viaticum ad Infirmos devote sociaverit, praeter Indulgentias ad idem tam pius opus ab aliis Summis Pontificibus concessas, omnino gaudeat. Qui quotidie pro haeresum extirpatione oraverit, Indulgentiam viginti annorum semel in hebdomada consequatur. Qui conscientiam suam excusserit, ac vere poenitens peccata commissa emendare, et confiteri firmiter proposuerit, quinquies oratione Dominica et salutatione Angelica devote repetita unius anni, si vero confessus et S. Communione refectus fuerit, eadem die decem annorum Indulgentia fruatur. Qui probo suo exemplo, aut consilio aliquem Peccatorem ad poenitentiam reduxerit, tertiae partis poenarum sibi propter sua peccata alias quomodolibet debitarum remissionem consequatur. Qui vero poenitens, confessus, Sacraque Communione refectus in feria quinta Coe-

Digitized by Google

nae Domini et in Die Paschatis Resurrectionis pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, Summique Pontificis conservatione pias ad Deum preces fuderit, easmet acquirat Indulgentias, quas iisdem diebus Sanctitas Sua Populo benedicens publice elargitur. Qui Deum pro Ordinis seu Religionis S. Benedicti propagatione deprecatus fuerit, particeps sit omnium et singulorum bonorum operum, quae in eadem Religione quomodolibet peraguntur. Qui vel infirmitate corporis vel alio legitimo impedimento detentus, Missam audire, aut si Sacerdos sit celebrare aut Officium vel Divinum vel B. V. M. aut alia virtutis exercitia ad praefatas Indulgentias acquirendas injuncta peragere nequiverit, eisdem nihilominus gaudeat, si pro ipsis recitaverit ter orationem Dominicam et salutationem Angelicam, ac Antiphonam « *Salve Regina* » atque in fine ejus dixerit « *Benedicta sit Sanctissima Trinitas, et laudetur Sanctissimum Sacramentum, ac Conceptio B. M. V. sine labe originali conceptae,* » dummodo tamen confessus, ac S. Communione refectus fuerit, vel inde saltem contritus peccata sua confiteri firmiter proposuerit. Qui in articulo mortis animam suam Deo pie commendans praemissa peccatorum suorum confessione, sumptaque Sacratissima Eucharistia, si potuerit, sin minus elicita cordis contritione, Jesu et Mariae Nomina ore si potuerit, alioquin corde saltem invocaverit, Plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, et Indulgentiam consequatur. Quilibet omnes et singulas praefatas Indulgentias et peccatorum remissiones nec non poenitentiarum relaxationes, aut ipse adipisci, aut Fidelibus Defunctis per modum suffragii applicare valeat. Sanctitas Sua declaravit, quod ejusmodi Numismata seu Medalliae, quae non fuerint benedictae a praefatis Monachis, vel quibus ab Apostolica Sede ex speciali gratia indultum fuerit, omni poenitus careat Indulgentia. In distribuendis hujusmodi Numismatibus, eorumque usu Eadem Sanctitas Sua servari jubet decretum fel. rec. Alexandri VII editum sub die 6 Februarii 1657 nimirum ut Numismata quae vulgo Medallias nuncupantur cum praefatis Indulgentiis benedicta, non transeant personam illorum quibus a Monachis praedictis concedentur, aut quibus ab his prima vice distribuentur, nec commodari, aut precario dari aut vendi valeant, alioquin careant Indulgentiis jam concessis, et aliqua deperdita altera pro ea subrogari nullo modo possit, nisi a quibus supra benedicta fuerit, quocumque privilegio aut concessione in contrarium non obstante. Insuper expresse prohibet, ne qui Sacerdos, sive Saecularis, sive cujuscumque Ordinis Regularis, quavis etiam dignitate insignitus extra praefatos Monachos, vel quibus a S. Sede ex speciali privilegio indultum est ejusmodi Numismata benedicere, aut a se benedicta fidelibus distribuere audeat, seu praesumat, sub poenis per respectivos Locorum Ordinarios, aut Fidei Inquisitores juxta reatus qualitatem arbitrio infligendis. Voluitque quod istarum litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis et Sigillo Personae in dignitate Ecclesiastica constitutae vel pro tempore existentis praefati Abbatis munitis eadem prorsus fides ubique locorum adhibeatur quae adhiberetur his praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae 3 Aprilis 1756.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Secret.

CCXXVII.

PASSAVIEN.

Ad humillimas et enixas preces Domini Alexandri moderni et pro tempore existentis Abbatis Cremifani Ordinis S. Benedicti Passaviensis Dioecesis in Austria Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV eidem Alexandro, ejusque successoribus, ac omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus, caeterisque Monachis Sacerdotibus ipsimet, et pro tempore existenti Abbati perpetuo subjectis, Numismata, seu Medallias, vel Cruces, aut Cruculas, etc. (*ut in superiori Decreto sub numero* CCXXVI).

Datum Romae die 3 Aprilis 1756.

CCXXVIII.

URBIS.

1m *An facultas transcribendi formulam Aggregationis alicujus Archiconfraternitatis privative competat Secretario, sive Amanuensi ipsius Archiconfraternitatis eisque permissum sit exigere summam sibi bene visam; vel potius exemplar dictae formulae Archiconfraternitas teneatur gratis tradere petentibus aggregationem?* et quatenus negative.

2m *Quomodo providendum?*

Sac. Congregatio sub die 24 Julii 1756 respondit

Ad 1m Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.

Digitized by Google

Ad 2m Inobedientes ipso facto amittant facultatem aggregandi.

(*Vide etiam* Decretum CCXXX.)

CCXXIX.

1m *An Ecclesiis alicujus Ordinis in quibus non reperitur Altare S. Fundatoris, cui concessum est privilegium quotidianum perpetuum, sufficiat parvam Tabellam S. Fundatorem repraesentantem in alterius Sancti Ara collocare, ut privilegio antedicto possint gaudere? Et quatenus negative.*

2m *Quomodo providendum?*

Sac. Congregatio sub die 24 Julii 1756 respondit

Ad 1m Negative.

Ad 2m Recurrant in casibus particularibus.

CCXXX.

Ut in Aggregationibus Sodalitiorum ab Archiconfraternitatibus faciendis omnia rite recteque peragantur, plura, tum Summorum Pontificum, tum Sac. hujus Congregationis saluberrima prodiere Decreta, et praesertim ad removendam turpis lucri suspicionem pluries cautum est, ut in expeditione Litterarum Patentium nuncupat. Aggregationis, seu potius pro expensis desuper faciendis, nempe pro Pergamena, Scriptura, Sigillo, Capsulis, Cordulis, Cera, Intortitio, Secretarii, Notariique labore, vel mercede, aliisque omnibus quibuscumque, nihil omnino ultra unum scutum aureum pro singula Aggregatione, Institutione, vel Confirmatione, quovis praetextu, colore, aut titulo, etiam eleemosynae exigi aut recipi valeant, sub poenis ipso facto incurrendis, nullitatis videlicet Aggregationis, ammissionis Indulgentiarum, et spiritualium gratiarum in Aggregationibus contentarum, item privationis facultatis aggregandi, et officiorum, nec non inhabilitatis ad eadem Officia in posterum obtinenda, quoad Ministros, Superiores, Officiales, aliosque contra hujusmodi Decretum facere praesumentes, quae a nullo alio nisi a Romano Pontifice pro tempore existente remitti valeant, aliisque etiam sub gravioribus poenis arbitrio ejusdem Romani Pontificis imponendis. Nuper autem cum eidem Sac. Congregationi delatum sit, Officiales nonnullarum Archiconfraternitatum titulo *Strenae* Ministris ipsarum Archiconfraternitatum debitae, alioque mentito colore praeter scutum aureum, Intortitium, et aliam suam exigere; quinimmo sibi persuadentes Secretario, sive Amanuensi Archiconfraternitatis privative quoad omnes competere facultatem transcribendi formulam Aggregationis, renuere idcirco hujusmodi formulam ad transcribendum tradere petentibus Aggregationem, ab ejus pro hujusmodi transcriptione summam sibi benevisam exigere : Quapropter Sac. Congregatio, ne longo temporis decursu antiquorum Decretorum oblivio inducatur, et tam veteres, quam novi abusus omnino removeantur die 24 Julii 1756 inhaerendo enunciatis Decretis, et praesertim editis diebus 6 Martii 1608, 10 Aprilis, 1 Octobris 1720, et 11 Martii 1722 censuit ea esse innovanda, et confirmanda, prout praesenti Decreto innovat et confirmat, iterumque decernit in praefata summa Scuti aurei omnia et singula supra enunciata contineri.

Praeterea declarat nullum jus, nullamque facultatem privativam competere Secretariis, Ammanuensibus aliisque quocumque nomine nuncupatis Ministris Archiconfraternitatum transcribendi formulam Aggregationis, nihilque ultra praefatam summam scuti aurei pro hujusmodi transcriptione uti comprehensa in supra enunciatis expensis, exigere posse, proptereaque mandat singulis Ordinibus, Religionibus, Institutis et Archiconfraternitatibus quibuscumque, eorumque Superioribus, Ministris et Officialibus quocumque nomine nuncupatis, ut in expediendis Litteris Patentibus Aggregationum, seu pro illarum expensis supra expressis aliisque quibuscumque nihil ultra scutum aureum sub quovis praetextu, aut quaesito colore etiam a sponte dantibus, titulo *Strenae*, aut eleemosynae recipere audeant, aut recipi permittant, sub eisdem poenis supra indicatis, ne Confraternitates aggregandae sumptibus nimium graventur, ut omnes intelligant coelestes Ecclesiae thesauros, non quaestus, aut alicujus lucri causa, sed ad pietatem potissimum Fidelium excitandam ex Apostolicae Sedis benignitate aperiri. Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatis, Sanctitas Sua Decretum Sac. Congregationis approbavit et in omnibus executioni mandari jussit.

Datum die 31 Julii 1756.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. E. Vicecomes Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCXXVIII.)

CCXXXI.

Cum nihil tum a SS. Patribus, tum a Sac. Conciliis et praesertim a Tridentino magis Rectoribus animarum commendetur, quam, ut plebes sibi commissas saltem diebus Dominicis ac festis solem-

Digitized by Google

nioribus pascant salutaribus verbis, docendo, quae scire omnibus necessaria sunt ad salutem, quae vitia potissimum declinare, quasque virtutes magis sectari oporteat, ut poenam aeternam evadant, ac gloriam sempiternam consequantur. Mos ubique fere invaluit apud Parochos hujusmodi munus implendi explicatione Evangelii, quae praefatis diebus festis ut plurimum in Parochiali Missa habetur. Quinimmo San. Mem. Clemens XI ut Christifideles alacriori animo huic tam utili explicationi interessent, Indulgentiam centum dierum quoties id egerint, concessit, quam etiam Sanctissimus Dominus Noster anno 1751 benigne confirmavit. Nihilo tamen minus, cum homines semper in malum sint proclives, paucique de aeterna salute sint solliciti, pauci quoque salutis monita a proprio Pastore statutis diebus audire curent, ita ut raro contingat, ut Parochi, vel coram paucissimis habeant praefatam Evangelii explicationem, vel eam, ob Auditorum deficientiam, omittere non dubitent.

Intelligens propterea Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV ex hujusmodi sive intermissa, sive neglecta Evangelii explicatione, ignorantiam populi in iis, quae ad aeternam salutem spectant, in dies augeri, quae origo esse solet, et praecipua causa animarum ruinae, nec huic gravi malo faciliori modo occurri posse, quam spirituali aliqua ampliori gratia excitando, tam Parochorum zelum, quam Christifidelium negligentiam, audito prius Sac. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae Voto, Indulgentias a San. Mem. Clemente XII docentibus et addiscentibus Catechismum, Doctrinamve Christianam concessas, partialem videlicet septem annorum totidemque quadragenarum, pro qualibet vice, et Plenariam in tribus diebus festis nimirum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis Resurrectionis Dominicae, nec non Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum (revocata antedicta centum dierum Indulgentia) ad praefatam Evangelii explicationem clementer extendit.

Datam die 31 Julii 1756.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Secret.

CCXXXII.

NULLIUS DIOECESIS PROVINCIAE MOGUNTINAE.

Ad humillimas et enixas preces Domini Engelberti S. R. I. Principis, ac moderni Abbatis Ducalis et Imperialis Monasterii Assumptionis B. M. V. Oppidi Civitatis nuncupat. Campidunensis Ordinis S. Benedicti Nullius Dioecesis Provinciae Moguntinae, Sanctissimus Dominus Nostèr Benedictus PP. XIV eidem Engelberto, ejusque successoribus, ac omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus caeterisque Monachis Sacerdotibus ipsimet et pro tempore existenti Abbati perpetuo subjectis, Numismata, seu Medallias, vel Cruces, aut Cruculas, etc. (*ut in Decreto sub numero* CCXXVI).

Datum Romae die 31 Julii 1756.

CCXXXIII.

NULLIUS DIOECESIS PROVINCIAE MOGUNTINAE.

Ad humillimas et enixas preces Domini Gasparis S. R. I. Principis, ac moderni Abbatis Imperialis Monasterii Sanctorum Viti, et Stephani Martyrum Oppidi Civitatis nuncupat. Corbejensis Ordinis S. Benedicti Nullius Dioecesis, Provinciae Moguntinae Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV eidem Gaspari, ejusque Successoribus, ac omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus, caeterisque Monachis Sacerdotibus ipsimet, et pro tempore existenti Abbati perpetuo subjectis, Numismata, seu Medallias, vel Cruces, aut Cruculas, etc. (*ut in Decreto sub numero* CCXXVI).

Datum Romae die 31 Julii 1756.

CCXXXIV.

ORDINIS S. BENEDICTI.

Cum sicut humillime exponebatur per Constitutiones Monachorum Ordinis S. Benedicti in cujuscumque Presbyteri, vel Clerici au Laici Ordinis praefati diebus obitus, vel alia die, aliquot Missae juxta Constitutiones praedictas a Monachis in Sacro Presbyteratus Ordine constitutis pro anima Defuncti celebrari debeant, aut soleant; Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV praevia revocatione alterius similis decreti sub die 19 Julii 1755 expediti supplicationibus nomine D. Benedicti de Geisman Abbatis Werdinensis et Halmstadiensis Praesidis Congregationis Bursfeldensis Ordinis S. Benedicti in Germania existen. porrectis, benigne concessit, ut, quandocumque Sacerdos aliquis ejusdem Ordinis et Congregationis Missam vel in die obitus Monachorum, vel in alio juxta Constitutiones praefatas ad quodcumque Altare Ecclesiarum tam Monachorum,

Digitized by Google

quam Monalium Congregationis praedictae quam aliarum etiam Ecclesiarum pro illorum anima, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, celebrabit, Missa hujusmodi Animae pro qua celebrata fuerit perinde suffragetur, ac si ad Altare privilegiatum celebrata fuisset. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione

Datum Romae die 8 Februarii 1757.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Secret.

(*Vide etiam* Decreta CCXX et CCLXXVIII.)

CCXXXV.

ORDINIS S. BENEDICTI.

Ad humillimas preces moderni Abbatis Generalis Monasteriorum Monachorum Ordinis S. Benedicti in Regnis et Dominiis Fidelissimi Regis Portugalliae et Algarbiorum existentium Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV praevia revocatione alterius Altaris privilegiati, quatenus adsit concessi, nec non alterius similis decreti benigne concessit, atque indulsit, ut Sacrosanctum Missae Sacrificium, quod a quocumque Sacerdote Saeculari, vel alicujus Ordinis, Congregationis et Instituti Regularis ad Altare, semel tantum per respectivos Locorum Ordinarios designandum in qualibet ex Ecclesiis Monachorum ejusdem Ordinis S. Benedicti in supradictis Regnis et Dominiis tantum existentes, et sub regimine, et gubernio ejusdem Abbatis subjectas pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, celebrabitur, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimae Mariae Virginis Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus a Purgatorii poenis liberetur. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro decreto. Voluitque Sanctitas Sua hanc concessionem suffragari debere, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die 28 Martii 1757.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Secret.

CCXXXVI.

Etsi pro Viae Crucis exercitio peragendo plura prodierint saluberrima tum Summorum Pontificum Brevia, tum Sac. hujus Congregationis decreta, adhuc tamen variae opiniones evulgabantur circa illius modum et praesertim an pro Indulgentiis consequendis semper necessarius esset localis motus de una Statione ad aliam; quapropter ad removenda dubia, quae quotidie super modum hujusce visitationis excitabantur, et Christifideles certo scirent, quomodo deberent se gerere pro Indulgentiarum consecutione, operae praetium fuit huic Sac. Congregationi sequentia dubia proponere: Primo « *An in peragendo Viae Crucis exercitio semper necessario requiratur localis motus de una Statione ad aliam pro acquirendis Indulgentiis pium hujusmodi opus peragentibus? et quatenus negative.* » Secundo « *An et quaenam methodus sit prescribenda?* » Et Eadem Sac. Congregatio post maturum evulgatarum opinionum examen die 23 Julii 1757 respondit: Ad Primum « Negative »; Ad Secundum « Ad mentem, quae in eo versabatur, ut Eminentissimus Praefectus cum Secretario sequentem praescriberet methodum, ut nimirum pro publico exercitio Viae Crucis, quando perturbatio excitari potest, observetur methodus a P. Leonardo a Portu Mauritio proposita, ut videlicet unoquoque de populo suum locum tenente Sacerdos cum duobus Clericis sive Cantoribus circumeat, ac sistens in qualibet Statione, ibique recitans peculiares consuetas preces, caeteris alternatim respondentibus: pro privato autem tribuatur Episcopis facultas praescribendi tempus pro peragendo dicto exercitio opportunum ». De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sacrae Congregationis Secretarium die 6 Augusti ejusdem anni Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua Sac. Congregationis Votum benigne approbavit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Secret.

CCXXXVII.

In Congregatione habita die 23 Julii 1757 propositis dubiis 1° *An facultas a S. Sede concessa Congregationi Clericorum Regularium Theatinorum benedicendi ac distribuendi Scapularia coerulea Conceptionis B. Mariae Virginis ab eisdem Clericis delegari possit alius extra eorum Congregationem?* » et quatenus negative. 2° « *Quomodo providendum quoad jam factas delegationes hujusmodi?* » Eadem Sac. Congregatio serio mutureque perpensis rationibus a Patribus Theatinis allatis, rescripsit: Ad Primum « Negative ». Ad Secundum « Ad mentem,

Digitized by Google

quae fuit consulendum esse Sanctissimo Domino Nostro hactenus ab iisdem Patribus exteris factas simplici Rescripto esse sanandas, et in posterum delegationes hujusmodi nullo modo esse faciendas ». De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sac. Congregationis Secretarium die 6 Augusti ejusdem anni Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua Votum Sac. Congregationis benigne approbando clementer sanavit hactenus factas delegationes, et concessit ut Christifideles utriusque sexus qui Scapularia coerulea B. V. Mariae Immaculatae benedicta ab aliis, quam a Sacerdotibus Clericis Regularibus Theatinis vigore praesumptae facultatis Praepositorum Generalium Theatinorum, acceperunt, gaudeant omnibus et singulis Indulgentiis concessis in Brevi Clementis XI incipien. « *Coelestium munerum* » editum die 12 Martii 1710.

Datum Romae die 6 Augusti 1757.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Secret.

CCXXXVIII.

ORDINIS S. BASILII GRAECORUM MELCHITARUM CONGREGATIONIS S. JOANNIS BAPTISTAE IN SOARIO.

Ad humillimas preces P. Nicolai Saigh Abbatis Generalis nec non Abbatum Definitorum, et Monachorum, ac Monialium Ordinis S. Basilii Graecorum Melchitarum Congregationis S. Joannis Baptistae in Soario quorum Regulae et Constitutiones a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV nuper fuerunt approbatae per litteras in forma Brevis sub die 11 Junii 1757. Idem Sanctissimus Dominus Benedictus PP. XIV attento quod praefatus Ordo nullis gaudeat Indulgentiis pro diebus Sancti Fundatoris, Propagatorum, aliorumque Sanctorum prout caeteri Ordines Regulares, Indulgentiam Plenariam, singulis Christifidelibus, confessis, ac S. Communione refectis visitantibus Ecclesias Monasteriorum ejusdem Ordinis Monachorum ubicumque existentium; in Ecclesiis autem Monialium pro ipsis tantum, aliisque in earum Monasteriis degentibus in sequentibus festis anni diebus, videlicet Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi 25 Decembris, Ephiphaniae Domini 6 Januarii, Paschatis Resurrectionis Dominicae, Ascensionis Domini, Dominicae Pentecostes, Assumptionis B. M. V. 15 Augusti, Nativitatis S. Joannis Baptistae 24 Junii, SS. Apostolorum Petri et Pauli die 29 Junii, Protectorum, S. Basilii Magni Fundatoris, S. Januarii, S. Michaelis Archangeli 8 Novembris, SS. Joachim et Annae 9 Septembris, S. Joseph Sponsi B. M. V. 19 Martii, S. Nicolai Episcopi et Confessoris 6 Decembris, S. Macrinae Sororis S. Basilii Magni 19 Julii, nec non Plenariam eisdem Monachis, et Monialibus visitantibus pariter praedictas eorum Ecclesias in sequentibus festis, videlicet, Purificationis B. M. V. 2 Februarii, Annunciationis B. M. V. 25 Martii, Nativitatis B. M. V. 8 Septembris, Conceptionis B. M. V. 8 Decembris, Transfigurationis Domini Nostri Jesu Christi 6 Augusti, S. Antonii Abbatis 17 Januarii, SS. Athanasii et Cyrilli Episcoporum Alexandriae 18 Januarii, S. Gregorii Naziazeni 25 Januarii, S. Ephrem Syri 28 Januarii, S. Leonis Papae 18 Februarii, S. Gregorii Papae 12 Martii, S. Benedicti Abbatis 21 Martii, S. Joannis Climaci 30 Martii, S. Georgii Martyris 23 Aprilis, S. Marci Evangelistae 25 Aprilis, S. Joannis Evangelistae 8 Maii, S. Mariae Magdalenae 22 Julii, S. Laurentii Martyris 10 Augusti, Decollationis S. Joannis Baptistae 29 Augusti, S. Simeonis Stylitae 1 Septembris, Exaltationis S. Crucis 14 Septembris, S. Theclae V. et M. 24 Septembris, S. Lucae Evangelistae 18 Octobris, S. Hilarionis Abbatis 21 Octobris, S. Demetrii Martyris 26 Octobris, S. Matthaei Apostoli et Evangelistae 16 Novembris, S. Joannis Chrysostomi 13 Novembris, S. Catharinae V. et Mart. 25 Novembris, S. Sabae Abbatis 5 Decembris, S. Ignatii Episcopi Antiochiae et Martyris 20 Decembris, S. Stephani Protomartyris 27 Decembris, S. Euthymii Abbatis 20 Januarii, S. Isaiae Prophetae 9 Maii, S. Eliae Prophetae 20 Julii; ac insuper Indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum eisdem Monachis et Monialibus tantum visitantibus pariter praedictas eorum Ecclesias in aliis sequentibus Sanctorum Festis, videlicet : Praesentationis B. M. V. 21 Novembris, S. Silvestri Papae 2 Januarii, S. Agathae 5 Februarii, SS. Quadraginta Martyrum 9 Martii, S. Irenis V. et Mart. 5 Maii, S. Christinae V. et Mart. 24 Julii, S. Theodorae 11 Septembris, S. Euphemiae 16 Septembris, S. Sophiae 17 Septembris, S. Ananiae Discipuli Domini 1 Octobris, S. Euphrosinae 25 Septembris, S. Clementis Papae 24 Novembris, S. Barbarae 4 Decembris, S. Ambrosii Episcopi et Doctoris 7 Decembris, S. Luciae V. et Mart. 13 Decembris, S. Anastasiae 22 Decemb.; die 6 Augusti 1757 in perpetuum benigne concessit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Secret.

Digitized by Google

CCXXXIX.

1m *An Clausula* « Diebus non impeditis, etc. » *quae apponitur in Decretis Officiorum generalium pro Defunctis in posterum sit apponenda?* Et quatenus Affirmative.

2m *An Missae quae dicuntur tempore Officii generalis pro Defunctis exposito Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, vel in Festis Sanctorum Ritus duplicis tunc occurrentibus gaudere debeant privilegio?*

Sac. Congregatio sub die 31 Martii 1759 respondit « Affirmative ad Utrumque ».

CCXL.

1m *An pro Monialibus descriptis in Albo Sodalitiorum subroganda sit Ecclesia suorum Monasteriorum in-locum Ecclesiae a Sodalibus visitandae pro Indulgentiarum consecutione?*

2m *An Confessario pro tempore Monialium concedenda sit facultas impertiendi ipsis Moniliabus Benedictionem Sodalitiorum in quibus Moniales sunt descriptae?*

Sac. Congregatio sub die 31 Martii 1759 respondit « Negative ad Utrumque ».

CCXLI.

Ut Christifideles scire possint quid sibi tenendum foret pro acquirendis Indulgentiis in Sententiarum varietate super intelligentia verborum « *Qui vere poenitentes, Confessi ac S. Communione refecti, Ecclesiam visitaverint* » quae in Indulgentiarum Brevibus inseri solent, in Sac. Congregatione Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita discussis die 31 Martii proximi praeteriti nonnullis dubiis, Eadem Sac. Congregatio fuit in Voto, Confessionem Sacramentalem quando in Brevibus apponitur pro Indulgentiarum consecutione, peragi omnino debere etiam ab iis qui sibi laethalis peccati conscii non sunt; nec non praefatam Confessionem suffragari etiam posse si expleatur in Vigilia Festivitatis. Quod autem ad Ecclesiae visitationem spectat eam impleri posse, sive ante, sive post aliorum piorum operum implementum.

Factaque de iis per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua ejusdem Sac. Congregationis Votum benigne approbavit, illudque publicari mandavit quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum die 19 Maii 1759.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. E. Vicecomes Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCXXIV.)

CCXLII.

URBIS ET ORBIS.

Ut erga Parochiales Ecclesias, quae ob earum, tum dignitatem, tum antiquitatem magno semper in honore habitae sunt, Christifidelium amor magis, magisque augeatur, utque suam erga eas benevolentiam peculiarem demonstraret, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII praevio Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Voto, speciali gratia Altaris privilegiati quotidiani ad septemnium omnes et singulas totius Orbis praefatas Ecclesias benigne decorari voluit, revocatis hujusmodi Privilegiis intuitu Paroeciae sive in perpetuum, sive ad tempus jam concessis; ea tamen adjecta lege ut quilibet Episcopus de hujusmodi gratia supplicet pro sua respectiva Dioecesi, et unum dumtaxat Breve pro omnibus uniuscujusque Dioecesis Parochialibus Ecclesiis suffragetur. Praeterea, ne hujusmodi Privilegio fraudentur aliae Ecclesiae pollentes speciali praerogativa, veluti Collegiatae, et Abbatiales Nullius, et Parochiales a se dependentes, Sanctitas Sua pari benevolentia modo supra indicato hoc idem Privilegium mox enunciatis Ecclesiis communicatum voluit. Expirato vero Septemnio, Sede plena, Eadem Sanctitas Sua mandat, ut ipsimet Episcopi, et Abbates, Sede autem vacante, Vicarii Capitulares, sive in spiritualibus Abbatiarum administratores pro renovatione ejusmodi privilegii supplicent.

Ne autem Parochi expensis graventur, voluit insuper Sanctitas Sua, nihil omnino exigi posse, sub poena nullitatis privilegii, ab officialibus tum Episcoporum, tum Abbatum in certiorandis Parochis, sive in expediendis litteris pro designatione Altaris Privilegiati in unaquaque Parochiali Ecclesia Dioecesis. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum die 19 Maii 1759.

Fr. J. Card. Portocarrero Praef.
A. E. Vicecomes Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCLXVII.)

Digitized by Google

CCXLIII.

San. Me. Sixtus V et Benedictus XIII universis Christifidelibus qui se invicem salutantes dixerint « *Sia lodato Gesù Cristo*, et respondentibus *Amen* » aut *in saecula* sive Italico sive Latino, vel quocumque alio idiomate id expresserint, quoties id egerint Indulgentiam quinquaginta dierum, et illis qui Sanctissimum Nomen Jesu et Mariae devote invocaverint Indulgentiam vigintiquinque dierum concesserunt.

Iis vero, qui praefata agere consueverint, si in Articulo mortis constituti et ore, vel si non potuerint, saltem corde Sanctissimum Nomen Jesu invocaverint, insuper Plenariam Indulgentiam adjecerunt.

Easdem Indulgentias tribuerunt Praedicatoribus, qui inter praedicandum Auditores hortati fuerint, ut modo supra exposito Sanctissimum Nomen Jesu laudantes sese invicem salutent, et eadem Nomina Jesu et Mariae devote invocent, caeterisque omnibus qui hanc salutationi formam usui esse curaverint.

Recitantibus tandem Litanias Beatissimae Virginis Mariae bis centum dies Indulgentiae elargiti sunt.

Cum autem Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XIII humillime supplicatum fuerit, ut omnes, et singulas Indulgentias supramemoratas confirmare dignaretur, Sanctitas Sua praecibus benigne annuens, easdem Indulgentias Apostolica auctoritate confirmavit.

Datum die 5 Septembris 1759.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.

A. E. Vicecomes Sac. Cong. Secret.

CCXLIV.

MONTIS PESSULAN.

Propositis dubiis a Reverendissimo Episcopo Montis Pessulani pro lucrando Jubilaeo ab eodem Sanctissimo initio sui Pontificatus indicto, videlicet :

1m *An in casu, quo quis peractis una hebdomada praescriptis operibus, inabsolutus remittatur ad aliud tempus, teneatur ille iterum, quae peregit tempore Jubilaei opera repetere, dum absolvetur, ad effectum lucrandi Jubilaei Indulgentias?*

2m *An qui disponuntur ad lucrandas Jubilaei Indulgentias, et quandoque ob negotia teneantur exire e loco ubi commorantur, ibique per duos aut tres dies commorari, possint in illo loco peragere quaedam ex praedictis operibus pro Jubilaeo?*

Idem Sanctissimus Dominus Noster ad Primum respondit « Non teneri in casu proposito repetere opera praescripta jam adimpleta ».

Ad Secundum « Posse peragere etiam extra locum Domicilii ».

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 28 Novembris 1759.

A. E. Vicecomes Sac. Cong. Indulg. Secret.

CCXLV.

MONIALIUM IN GENERE.

Quum Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XIII constiterit in Ecclesiis Monialium praeter Indulgentias Ordinis pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus concessas, aliam et alias quandoque moris fuisse concedi infra annum Indulgentiam, et Indulgentias Plenarias ab omnibus pariter Christifidelibus earumdem Ecclesias visitantibus lucrandam, praesenti decreto statuit et mandavit ut in posterum quaecumque alia Indulgentia Plenaria etiam pro unica vice, quae praeter Indulgentias Ordinis in praefatis Monialium Ecclesiis cujuscumque Ordinis et ubicumque existentibus concedenda expostuletur, nonnisi pro Monialibus tantum caeterisque in Monasterio degentibus concedi possit et debeat.

Datum Romae die 12 Martii 1760.

J. De Comitibus Sac. Cong. Indul. Secret.

CCXLVI.

Quum Christianus De-Merle Episcopus Synopensis Suffraganeus Eminentissimi Electoris Moguntini obtinuerit Apostolicum Breve vi cujus in Dioecesi Wormatiensi in omnibus Ecclesiis tam Collegiatis quam Parochialibus designare possit unum Altare privilegiatum pro Defunctis, sequentia dubia obveniant in executione illius Brevis de ipsis quaerit solutionem.

1m *An illud Privilegium ad Septemnium obtineat pro singulis diebus totius anni, quandocumque Sacerdos approbatus in designato Altari Missam applicaverit pro certo Defuncto?*

2m *An Ecclesia in qua designatur Altare, de-*

Digitized by Google

beat esse consecrata, vel saltem Altare lapideum consecratum, cum in hoc Dioecesi, in qua Religio Catholica nondum per saeculum inducta, perpaucae numerantur Ecclesiae, vel etiam Altaria consecrata, sed ut plurimum super Portatilibus Missae celebrentur?

3m *Cum in Brevi Apostolico solam de Parochialibus Ecclesiis mentio fiat, an non etiam istud privilegium ad Filiales Ecclesias extendendum, cum etiam in iis singulis saltem Dominicis et Festis, et quando Sepultura occurrit Divina habeantur, ne Catholici in Filialibus (quae olim omnes fuerunt Matrices, sed per introductum Calvinismum ab Electoribus Palatinis, pastoribus suis distinctae et nunc tandem recuperatae, ita ut in illis simultaneum exercitium Religionis cum Acatholicis habeatur) sint praeter culpam deterioris conditionis, quam in Matricibus, quae per accidens Matrices factae sunt ob commodiorem substentationem Parochi in uno loco quam altero, cui et pos tres, quatuor, et quandoque plures Filiales ad deserviendum assignatae reperiuntur?*

4m *Cum etiam Pagi reperiantur in quibus Pastor Catholicus quidem habitat, sed propria Ecclesia non potitur, ideoque assignatam acceperit domum publicam, in qua divina tractet; an non etiam Altare inibi positum vel alia Sacella domestica publico cultui tamen destinata gaudere possint privilegio Altaris, a Summo Pontifice pro Defunctis privilegiati?*

Relatis per me infrascriptum Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XIII supra expositis dubiis, idem Sanctissimus respondendum esse decrevit.

Ad 1m Affirmative juxta Decretum Sac. Congregationis Rituum approbatum a Ven. Innocentio XI sub datum 4 Maii 1688 Pontificatus sui Anno XII.

Ad 2m In medio Altaris in quo Sacrum peragendum est, debet saltem reponi sacer Lapis consecratus cum capsula Reliquiarum SS. Martyrum.

Ad 3m Poterit extendi privilegium iis dumtaxat Filialibus Ecclesiis, in quibus Parochus functiones vere Parochiales exercet, uti sepelire mortuos, baptizare, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ministrare in Paschate, et similia.

Ad 4m Similiter dicendum, si in ejusmodi Domibus seu Cappellis publico cultui designatis Parochus Catholicus functiones vere Parochiales exercet.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die Audientiae Sanctissimi 30 Januarii 1760.

J. De Comitibus Secret.

CCXLVII.

Beatissimo Padre.

Il Cardinale Patriarca Delfino Arcivescovo di Udine essendo stato aggraziato da Vostra Beatitudine del Breve d'Indulto di poter concedere l'Altare Privilegiato quotidiano ad Septemnium *a tutte le Chiese Parrocchiali e Collegiate di sua Città e Diocesi, ed essendo al medesimo Card. Patriarca occorsi l'infrascritti dubbj nella medesima concessione, supplica la clemenza di V. B. a volersi degnare con il suo altissimo discernimento decidere i medesimi. Che della Grazia, etc.*

1° *Se siano capaci della Grazia dell' Altare Privilegiato tutte quelle Chiese Parrocchiali, o Curate, il di cui Rettore esercita la parrocchialità con indipendenza, e non è tenuto* orare pro Populo; *oppure a quali delle suddette Chiese abbiasi a restringere tale privilegio?*

2° *Se abbiasi a concedere l'Altare Privilegiato a quelle Chiese discoste e situate sopra monti e colli, oppure a quelle in cui si fanno le Officiature Parrocchiali?*

3° *Se nelle Parrocchiali, che hanno due Chiese sorelle si possa concedere ad entrambe la grazia suddetta oppure alternativamente?*

Beatissime Pater.

Cum Cardinalis Patriarcha Delphinus, Archiepiscopus Utinensis ex gratia vestrae Beatitudinis acceperit Breve Indulti, ut valeat concedere altare privilegiatum quotidianum ad septemnium omnibus ecclesiis parochialibus et collegiatis suae civitatis et dioecesis, et idem cardinalis conceperit infrascripta dubia circa eamdem concessionem, supplicatur Beatitudinis vestrae clementiam, ut eadem cum profundissima sua discretione dirimere dignetur.

1° An gratiae altaris privilegiati capaces sint eae ecclesiae parochiales, aut curatae, quarum rector exercet parochialitatem cum independentia, et non tenetur *orare pro populo*; vel ad quas ex supradictis ecclesiis debeat restringi tale privilegium.

2° An concedendum sit altare privilegiatum ecclesiis dissitis et sitis in montibus et collibus, aut iis in quibus fiunt officia parochialia.

3° An in parochialibus quae habent duas ecclesias sorores, possit utrique concedi supradicta gratia an vero alternatim.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII propositis suprascriptis dubiis mentem suam benigne declarando ita respondendum mandavit.

Ad 1m Affirmative.

Ad 2m Privilegium concedendum esse primis enunciatis Ecclesiis, secundis negandum.

Digitized by Google

Ad 2m Ambabus concedendum esse Privilegium, dummodo in ipsis extent Sepulchra, et functiones proprie Parochiales exerceantur.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die audientiae Sanctissimi 26 Martii 1760.

J. De Comitibus Secret.

CCXLVIII.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne concessit ut Confratres et Consorores cujuscumque Confraternitatis, seu Sodalitii, aut Congregationis ubique locorum existentis dummodo sit auctoritate ordinaria erecta, aliqua corporis infirmitate laborantes, vel carceribus detenti eisdem omnibus et singulis Indulgentiis quibus gaudent caeteri confratres et consorores, gaudere possint, et valeant; ita tamen ut omissa visitatione Ecclesiae alia pia opera injuncta, quae pro viribus peragere poterunt fideliter ac devote exequantur. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari in perpetuum, et ad preces cujuscumque, Sodalitii, Confraternitatis, seu Congregationis concedi absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae die Audientiae Sanctissimi 2 Augusti 1760.

N. Card. Antonellus Praef.
J. De Comitibus Secret.

CCXLIX.

CAMERINEN.

1m *An in Ecclesia ubi canonice erecta est Via Crucis, si Stationes et Cruces renoventur, vel mutentur, cessent Indulgentiae; ac proinde opus sit nova erectione seu approbatione?*

2m *An ad tempus ablatis et remotis ab Ecclesia Stationibus, et Crucibus Indulgentiae ab iis acquirantur, qui in dicta Ecclesia tamquam si Stationes et Cruces extarent, exercitium devote peragunt?*

3m *An si dictae Stationes et Cruces remotae ut supra apponantur in parietibus Sacrarii seu Oratorii sub diverso tecto, vel alterius Ecclesiae, lucrentur Indulgentias pium peragentes exercitium ante easdem Stationes in praedictis locis ad tempus repositas?*

4m *An qui exercitium Viae Crucis peragunt et illud ad modicum tempus interrumpunt, puta ad audiendum sacrum, ad sumendam Eucharistiam, ad Confessionem faciendam, etc., Indulgentias lucrentur, si illud prosequantur, vel ad Indulgentiae acquisitionem oporteat in iis casibus illud ab initio reassumere?*

Sac. Congregatio die 16 Decembris 1760 respondit:

Ad 1m Negative juxta modum, et modus est quod si renoventur et mutentur, salva substantia; vel si innovetur substantia Negative, dummodo sint denuo benedictae.

Ad 2m Negative.

Ad 3m Negative quoad diversam Ecclesiam. In reliquis recurrant in casibus particularibus.

Ad 4m Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam. Nempe non teneri ad reassumendum, quia non interest moralis interruptio, neque divergitur ad actus extraneos in quo tantum casu dicitur actio discontinuata.

CCL.

URBIS ET ORBIS.

Cum ex veteri more, et laudabili Ecclesiae instituto die secunda Novembris omnium Defunctorum Memoria recoli, eorumque animae ab universis Christifidelibus orationibus, eleemosynis aliisque piis operibus et Ecclesiae suffragiis, potissimum vero acceptabili Sacrosanctae Missae Sacrificio juvari soleant, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ex paterna sua charitate erga omnes Fideles tam vivos quam defunctos, animabus eorum, qui ex hac mortali vita in gratia et charitate Dei, nondum tamen omnibus mundanis sordibus expiatis, decesserunt, de inexhausto Catholicae Ecclesiae thesauro abundantius suffragari quam maxime cupiens, ut celerius e Purgatorii poenis liberatae ad aeternam gloriam per Dei misericordiam pervenire valeant, de consilio VV. S. R. E. Cardinalium Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositorum, universali hoc Decreto perpetuis futuris temporibus valituro benigne concedit, ut Missa die praedicta Commerationis Defunctorum adeat Privilegio, ac si esset in Altari privilegiato celebrata, decernendo tamen, ut nonnisi consuetam eleemosynam, unusquisque Sacerdos pro dicta Missa licet Privilegiata, accipiat, et in ea tantum quantitate, quae a Synodalibus Con-

Digitized by Google

stitutionibus, seu a Loci consuetudine regulariter praefinita fuerit. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum die 19 Maii 1761.

N. Card. Antonellus Praef.
J. De Comitibus Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCXLIII.)

CCLI.

Relata in Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita habita Feria secunda 8 currentis Februarii causa vertendo inter PP. Reformatos et Recollectos Ordinis S. Francisci et PP. Ord. Minor. Cappuccinorum, riteque examinatis propositis in ea dubiis, videlicet 1° « *An subsistat facultas a P. Delegato Generali Minor. Observ. Antonio De Rubeis concessa PP. Provincialibus Cappuccinorum in Germania sub die* 17 *Februarii* 1756? et quatenus negative » 2° « *An expediat, ne Fideles decipiantur, declarare Stationes Viae Crucis vigore supradictae facultatis erectas a PP. Cappuccinis in Germania non subsistere, consuetisque Indulgentiis minime gaudere?* » 3m « *An facultas eisdem PP. Cappuccinis concessa pro quinque Episcopatibus Archidioecesis Coloniensis, et Episcopatu Constantiensi a sa. me. Benedicto XIV restringenda sit ad solas Ecclesias PP. Cappuccinorum et ad ea dumtaxat loca, ubi non extant Conventus PP. Reformatorum et Recollectorum Ordinis S. Francisci?* » Ad Primum et Secundum Eadem Sac. Congregatio rescribendum esse censuit « Consulendum Sanctissimo pro sanatione, et quatenus opus sit, pro nova concessione. » Ad Tertium « Affirmative quoad primam partem. Negative quoad secundam ». De quibus facta Relatione per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XIII sub eadem die 8 Februarii currentis anni 1762 Eadem Sanctitas Sua benigne annuit pro sanatione Stationum Viae Crucis vigore supradictae facultatis erectarum in Germania a PP. Provincialibus Ordinis Minorum Cappuccinorum et quatenus opus sit pro nova concessione clementer annuit; easque sic erectas consuetis Indulgentiis gaudere declaravit. Ac insuper declaravit, jussitque facultatem eisdem PP. Cappuccinis concessam pro quinque Episcopatibus Archidioecesis Coloniensis, et Episcopatu Costantiensi restringendam esse ad solas Ecclesias PP. Cappuccinorum; non autem ad eas dumtaxat ubi non extant Conventus PP. Reformatorum et Recollectorum Ordinis S. Francisci. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Februarii 1762.

N. Card. Antonellus Praef.
J. De Comitibus Secret.

CCLII.

Quum a commorantibus in Belgio Theologis infrascripta dubia Sac. Congregationi Indulgentiarum proposita fuerint definienda, videlicet 1° « *An cum Dominica Secunda post Epiphaniam Officium Sanctissimi Nominis Jesu, et Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. Virginis Officium Sanctissimi Nominis Mariae est transferendum, Missae Solemni, quae tunc istis diebus cantatur de Dominica, vel de Festo altiori occurrente adnexa sit Indulgentia Plenaria a fel. rec. Innocentio XIII concessa illis qui consistentes intra Status Haereditarios Caroli VI Imperatoris interfuerint*, et quatenus negative » 2° « *An tunc, et eo casu ut Christifideles eam Indulgentiam valeant adipisci cantari debeat Missa votiva Solemnis de Sanctissimo Nomine Jesu vel Mariae respectiva?* » Eadem Sac. Congregatio habita in Palatio Apostolico Qnirinali Feria II. 8 Februarii currentis anni 1762 supradictis dubiis rite examinatis rescribendum esse censuit : ad Primum « Affirmative », ad Secundum « Provisum in primo ». De quibus facta per me infrascriptum relatione Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XIII in Audientia habita sub eadem die 8 Februarii, Sanctitas Sua Decreta Sac. Congregationis benigne approbavit; atque ita perpetuis futuris temporibus Indultum fel. rec. Innocentii XIII intelligendum esse ac in praxi exequendum declaravit atque mandavit.

Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 1 Martii 1762.

N. Card. Antonellus Praef.
J. De Comitibus Secret.

(*Vide etiam* Decreta DXCIII, DCXXVI et DCXXVII.)

CCLIII.

Beatissimo Padre.

È cosi grandi il concorso dei Fedeli nel giorno della Santissima Concezione nella Chiesa de' Minori Conventuali di Presmilia che si rende affatto impossibile l'acquisto dell'Indulgenza Plenaria in detto

Digitized by Google

giorno ivi concessa, e siccome ivi si solennizza detta solennità coll' ottava solenne così il Guardiano e PP. di detta Città supplicano umilmente alla Santità Vostra acciò si degni estendere detta Indulgenza alli sette giorni susseguenti da acquistarsi una sol volta dai Fedeli che concorrono. Che etc.

Beatissime Pater.

Fautus est concursus fidelium in die sanctissimae conceptionis in ecclesia Minorum Conventualium de Presmilia ut fiat omnino impossibilis acquisitio indulgentiae plenariae in illa die ibi concessae, et quia dicta solemnitas ibi celebratur cum octava solemni, hinc Guardianus et Patres dictae civitatis humilliter supplicantur Sanctitatem Vestram, ut dignetur extendere dictam indulgentiam ad septem dies sequentes, ut acquiri valeat una via tantum a concurrentibus fidelibus. Et haec, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Oratorum precibus benigne inclinatus Indulgentiam Plenariam Ecclesiis Min. Conventualium S. Francisci pro festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. in perpetuum concessam extendit ad totam Octavam in Ecclesia Oratorum, semel tantum lucrandam, spatio Octidui ab omnibus utriusque sexus Christi-fidelibus confessis ac S. Communione refectis, praefatam Ecclesiam devote visitantibus. Voluitque Sanctitas Sua ejusmodi gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Novembris 1762.

J. De Comitibus Secret.

CCLIV.

Beatissimo Padre.

Il Generale dei Carmelitani prostrato ai Piedi della Santità Vostra umilmente l'espone come avendo la S. V. medesima con Breve de' 17 Settembre 1759 confermato, e nuovamente concessa l' Indulgenza di 50 giorni a tutti coloro che scambievolmente salutandosi dicono « Sia lodato Gesù Cristo, *» e rispondono «* Amem *» Come chè tanto nella sua Religione Carmelitana, quanto in moltissimi altri luoghi vi è il pio uso di dire in salutandosi «* Sia lodato Gesù e Maria. *» lasciando la parola «* Cristo, *» è insorto perciò il dubbio se con tal divoto saluto guadagnino li suddetti 50 giorni d' Indulgenza.*

Supplica pertanto la S. V. per consolazione e sicurtà dei fedeli volere spiegare la sua mente su di ciò, e nel caso che sia altra la sua intenzione, prega la Sua Clemenza volere benignamente concedere al saluto, « Sia lodato Gesù e Maria *» le medesime Indulgenze che sono a quello «* Sia Lodato Gesù Cristo, *» affinchè non sieno defraudate di un tal tesoro spirituale tante anim fedeli che hanno sì divoto costume. Che della Grazia etc. Quam Deus, etc.*

Beatissime Pater.

Generalis Carmelitanorum ad pedes Sanctatis Vestrae humilliter prostratus exponit quod cum ipsamet Sanctitas Vestra per breve de die 17 septembris 1759 confirmaverit, et de novo concesserit indulgentiam 50 dierum omnibus iis qui se invicem salutando dicunt : « *Laudetur Jesus Christus* » et respondebunt : « *Amen* » nihilominus tam in sua religione Carmelitana quam in plurimis aliis locis habeatur pia consuetudo dicendi salutando se invicem : « *Laudetur Jesus et Maria* » omittendo nomen « Christus ». Eapropter exortum est dubium utrum cum tali pia salutatione acquiratur supradicta indulgentia 50 dierum.

Supplicatur proinde Sanctitatem Vestram ut ad consolationem et securitatem fidelium desuper velit exponere mentem suam, et quatenus alia foret ejus intentio, rogat ejus clementiam, ut benigne velit concedere salutationi « *Laudetur Jesus et Maria* » easdem indulgentias, quae habentur pro illa : « *Laudetur Jesus Christus* » ne tali thesauro spirituali priventur tantae animae fideles quae tam piam consuetudinem habent. Et haec est gratia, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Oratoris precibus benigne inclinatus concessit omnibus Regularibus Ordinis Carmelitarum, ut quotiescumque se invicem salutantes dixerint « *Sia lodato Gesù e Maria* » toties Indulgentiam quinquaginta dierum consequantur. Voluitque Sanctitas Sua, hanc gratiam suffragari in perpetuum absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Novembris 1762.

J. De Comitibus Secret.

CCLV.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ad humillimas preces P. Michaelis Cuyas moderni Abbatis Regii Monasterii B. Mariae Virginis *Populeti* nuncupat. Ordinis Cisterciensis Tarraconen. Dioecesis attentis tum peculiari Religionis observantia, tum etiam divino cultu, quo Monachi in praefato Monasterio degentes laudabiliter in recitandis horis canonicis aliisque sacris functionibus Altissimo famulantur, nec non eximia erga pauperes et egenos liberalitate, aliisque virtutum meritis, quibus multipliciter commendantur, benigne inclinatus Privilegium perpetuum a fel. rec. Benedicto PP. XIV in omnibus Ecclesiis ejusdem Ordinis Cisterciensis circa Missas, quae vel in die obitus Monachorum, ac etiam Monialium sub cura, gubernio, et

Digitized by Google

jurisdictione Monachorum hujusmodi existentium, vel in alio die ad quodcumque Altare Ordinis praedicti pro illorum et illarum anima, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migrasset, celebrarentur, generaliter concessum, pro animabus quorumcumque utriusque sexus Christifidelium in Christi charitate etiam defunctorum ad quodcumque Altare erectum sive erigendum, non solum in Ecclesia supradicti Monasterii, verum etiam in aliis ab eodem Monasterio dependentibus ex speciali gratia, etiam perpetuo extendit, et ampliavit; ita ut omnes et singulae Missae quae a Monachis tam praesentibus, quam pro tempore existentibus supradicti Monasterii pro animabus eorumdem utriusque sexus Christifidelium in Christi charitate ut supra defunctorum, vel in die obitus vel in alio celebrabuntur, perinde suffragentur ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Insuper omnibus et singulis ejusdem Monasterii Monachis tum Sacerdotibus, tum Laicis, nec non caeteris ejusdem Monasterii servitio addictis infirma valetudine laborantibus clementer indulsit ut omnes et singulas Indulgentias visitantibus Ecclesias praefati Ordinis generaliter concessas, aliquas pias preces seu opus pium pro viribus arbitrio prudentis Confessarii peragentibus durante dumtaxat infirmitate consequi valeant, quas consequerentur si ipsorum Ecclesiam personaliter visitarent. Deinde iis omnibus in articulo mortis constitutis, dummodo Sanctissima Jesu et Mariae Nomina sin minus ore potuissent, saltem corde invocantibus Indulgentiam Plenariam benigne concessit. Demum omnibus ejusdem Monasterii Monachis, Sacerdotibus, Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrantibus, Laicis vero aliisque ut supra inservientibus sacramentaliter confessis, ac S. Communione etiam refectis pariter Indulgentiam Plenariam semel quolibet mense lucrandam eo nimirum die, quo praemissa peregerint, quam etiam animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicare valeant, etiam benigne impertitus est. Quas omnes et singulas Extensiones, Ampliationes, Indulta, Concessiones, et Impertiones perpetuis futuris temporibus valituras esse decrevit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 1 Martii 1763.

J. De Comitibus Secret.

CCLVI.

COSTANTIEN.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XII ad preces Eminentissimi et Reverendissimi Episcopi Costantiensis eidem benigne impertitus est facultatem elargiendi Benedictionem nomine Sanctitatis Suae in quacumque Ecclesia suae Dioecesis sibi bene visa, non autem subdelegandi ad eamdem Benedictionem impertiendam Episcopum suum Suffraganeum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 22 Martii 1763.

J. De Comitibus Secret.

CCLVII.

ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII concessit Altare Privilegiatum perpetuum quotidianum quibuscumque Ecclesiis Canonicorum Regularium Ordinis Praemonstratensis etiam sub Ordinarii jurisdictione existentibus semel tantum designandum. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi privilegium et gratiam perpetuis futuris temporibus suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Augusti 1763.

J. De Comitibus Secret.

CCLVIII.

URBIS.

Sanctissimus Dominus Noster concessit Privilegium quotidianum perpetuum omnibus Altaribus Ecclesiae Archiconfraternitatis S. Mariae de Suffragio de Urbe; idemque Privilegium concessit Altari in Oratorio ejusdem Archiconfraternitatis existenti, cum revocatione cujuscumque Brevis jam obtenti.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Augusti 1763.

J. De Comitibus Secret.

CCLIX.

Quum Sac. Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita die 31 mensis Martii anno 1759 fuerit in voto, Confessionem Sacramentalem quando in Brevibus apponitur pro Indulgentiae consecutione, peragi omnino debere etiam ab his, qui sibi lethalis peccati conscii non sunt, nec non praefatam Confessionem suffragari etiam posse, si in Vigilia

Digitized by Google

Festivitatis expleatur, Votumque Sac. Congregationis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne approbaverit, illudque typis publicari sub datum 19 Maii praedicti anni mandaverit; quamplures supplices libelli tum Regularium Communitatum et praesertim Monialium, tum etiam Parochorum, et nonnullorum Episcoporum pro suis Dioecesibus porrecti sunt, quibus maxima exponebatur difficultas, quae interdum, imo persaepe accidit pro Sacramentali Confessione sive in Festo vel ad minus in Vigilia peragenda. Quamobrem ut adeo proficuus Indulgentiarum thesaurus reddatur fidelibus accommode comparandus enixis precibus supplicabant ut opportuno aliquo remedio de Apostolica benignitate providere dignaretur : quibus precibus ad praedictam Sac. Congregationem remissis, propositum in Ea fuit dubium « *An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo super praefati Decreti executione, vel declaratione in casu, etc.?* » et responsum fuit « Consulendum Sanctissimo Domino Nostro ut concedere dignetur Indultum omnibus Christifidelibus, qui frequenti peccatorum confessione animum studentes expiare, semel saltem in hebdomada ad Sacramentum Poenitentiae accedere, nisi legitime impediantur consueverunt, et nullius lethalis culpae a se post praedictam ultimam Confessionem commissae sibi conscii non sunt, ut omnes et quascumque Indulgentias consequi possint, etiam sine actuali Confessione, quae caeteroquin juxta praefati decreti definitionem ad eas lucrandas necessaria esset. Nihil tamen innovando circa Indulgentias Jubilaei, tam ordinarii, quam extraordinarii aliasque ad instar Jubilaei concessas, pro quibus assequendis, sicut et alia opera injuncta, ita et Sacramentalis Confessio tempore in earum concessione praescripto peraguntur ». Et facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium de praemissis omnibus Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua piis bonorum desideriis, ac votis satisfacere, et Indulgentiarum gratias iis potissimum, qui pie sancteque vivendo, donis Divinae Misericordiae digniores efficiuntur, elargiri quam maxime cupiens, benigne annuit, et praefatum Indultum in forma suprascripta expediri, et publicari mandavit; quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 9 Decembris 1763.

N. Card. Antonellus Praef.

J. De Comitibus Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCXLIX.)

CCLX.

ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM S. FRANCISCI.

Sanctissimus Dominus Noster ad enixas preces Fr. Hyacinti Mariae Barberii Procuratoris Generalis Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci concessit in qualibet ejusdem Ordinis Ecclesia ubique locorum erecta et erigenda Indulgentiam Plenariam pro omnibus lucrandam in uno novem dierum praeparationis ad Festum Conceptionis B. M. V. Immaculatae uti antedicti Ordinis Patronae. In aliis vero diebus pro expositione Sanctissimi Sacramenti centum dierum Indulgentiam elargitus est. Voluitque Sanctitas Sua hujusmodi gratiam perpetuis futuris temporibus valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Aprilis 1764.

J. De Comitibus Secret.

CCLXI.

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI.

Sanctissimus ex speciali gratia concessit in perpetuum P. Generali pro tempore Ordinis Eremitarum S. Augustini facultatem erigendi in quacumque Ecclesia sui Ordinis ubicumque locorum existente Confraternitatem sub invocatione B. M. V. Boni Consilii, accedente tamen consensu Ordinarii respective locorum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 7 Augusti 1764.

J. De Comitibus Secret.

CCLXII.

INSTITUTI URSULINARUM.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne annuens ex speciali gratia Monialibus vulgo *Orsoline*, tum Romae tum in Galliis existentibus caeterisque in earum Monasteriis degentibus, vere poenitentibus confessis, ac S. Communione refectis, quae earum respective Ecclesiam in singulis tribus diebus scilicet S. Ignatii, S. Agnetis, et B. Angelae a Brixia earum Fundatrice a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, qua die praefatorum id egerint, Indulgentiam Plenariam concessit; voluitque

Digitized by Google

Sanctitas Sua hujusmodi gratiam futuris temporibus fore valituram, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 18 Septembris 1764.

J. De Comitibus Secret.

CCLXIII.

Beatissimo Padre.

Alfonso di Liguori Vescovo di S. Agata de' Goti e Rettore Maggiore della Congregazione del Santissimo Redentore supplicando espone alla S. V. come con Breve Ponteficio spedito il di 11 Agosto 1757 furono alla suddetta Congregazione concesse tutte le grazie e privilegii de' PP. Dottrinisti et Pii Operarii con i quali communicano ancora i PP. Filippini. Ma perchè si dubita che in questa generale concessione non possa esser compreso l'Altare privilegiato perpetuo quotidiano benignamente accordato alle suddette Congregazioni, supplica perciò la S. V. di voler estendere e communicare alla suddetta Congregazione del Redentore la medesima grazia quando questa non fosse compressa nella suddetta generale concessione. Che ut Deus.

Beatissime Pater.

Alphonsus de Ligorio, episcopus S. Agathae Gothorum et rector major congregationis sanctissimi Redemptoris Sanctitati Vestrae suppliciter exponit per breve pontificium expeditum die 11 Augusti 1757 supradictae congregationi fuisse concessas omnes gratias et privilegia PP. Doctrinariorum, et Piorum operariorum, cum quibus communicant etiam PP. Philippini. Sed quia dubitatur in generali hac concessione non posse comprehendi Altare privilegiatum perpetuum quotidianum benigne concessum supradictis congregationibus, propterea supplicatur Sanctitatem Vestram, ut velit extendere et communicare supradictae congregationi Redemptoris eamdem gratiam, quatenus non fuisset comprehensa in supra dicta generali concessione. Quod ut Deus, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ex speciali gratia Oratoris precibus inclinatus concessit praefatae Congregationi Altare privilegiatum quotidianum in perpetuum; quoad vero recitationem particularium officiorum ad formam Ordinarii PP. Doctrinae Christianae, et PP. Piorum Operariorum instet Orator apud Sac. Rituum Congregationem. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 15 Octobris 1764.

J. De Comitibus Secret.

CCLXIV.

TARVISIN.

Extant in Tarvisina Dioecesi Parochiales Ecclesiae quam plures in quibus canonice sunt erecta fidelium Sodalitia, quae gaudent Indulgentiis, omnibus privilegiis, praerogativis ac specialibus gratiis, quas Summi Pontifices alicui ex approbatis Archiconfraternitatibus olim concesserunt; iis etiam Parochialium Ecclesiarum Rectores, Vicaria quadam a Generalibus Regularis Ordinis Magistris, seu Praepositis, ac Ministris, cui ipsae pertinent Archiconfraternitates, tributa praesunt auctoritate. Quoniam vero Apostolicis Litteris datis anno 1762 tertio Nonas Septembris, et recenti anno proxime praeterito tertio Kalendas Septembris data Constitutione Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII facultates impertiendi Romani Pontificis nomine Apostolicam Benedictionem Regularibus jam concessas Ordinibus praeservavit, Paulus Franciscus Justinianus Tarvisinus Episcopus Sac. Congregationi definiendum proponit: « *Num istiusmodi Parochialium Ecclesiarum Rectores, salvis tamen Apostolicis Mandatis, praesertimque Benedicti XIV Epistola Encyclica die 19 Maii 1748 possint statis anni diebus super populum Apostolicam Benedictionem effundere ea donati facultate, quae a Generalibus Regularium Ordinum Ministris una cum universitate privilegiorum suorum in diplomate erectionis Sodalitii, aut alio quovis modo fuit ipsis communicata?* » Quaeritur igitur « *num maneat facultas nomine Pontificis populum benedicendi Concionatoribus, die postrema Quadragesimae, nec non aliis Sacerdotibus Regularium Ordinum pro spiritualibus Exercitiis, sive Missionibus?* »

Relatis per me infrascriptum Sanctissimo Domino Nostro PP. Clementi XIII supradictis dubiis ab Episcopo Tarvisino propositis, Idem Sanctissimus respondit « Negative ad utrumque ad formam Constitutionis a Sanctitate Sua edita sub datum apud S. Maria anno 1762 tertio Nonas Septembris.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die audientiae Sanctissimi 6 Novembris 1764.

N. ANTONELLUS PRAEF.
S. Borgia Secret.

CCLXV.

INSTITUTI URSULINARUM.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII

Digitized by Google

Indulgentiam Plenariam in perpetuum concessam sub datum 18 Septembris currentis anni in tribus diebus S. Ignatii, S. Agnetis et B. Angelae a Brixia earum Fundatricis pro Monialibus caeterisque in Monasteriis degentibus, tum Romae, tum in Galliis existentibus, ad omnia et singula alia Monasteria, seu Collegia ejusdem Instituti, tum in Italia, quam in Germania, et alibi hactenus erecta, et in posterum erigenda pariter pro Monialibus tantum, aliisque in praedictis Monasteriis seu Collegiis degentibus in perpetuum benigne extendit, dummodo in quolibet ex praefatis tribus vere poenitentes, confessae et S. Communione refectae propriam Ecclesiam devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Novembris 1764.

S. Borgia Secret.

CCLXVI.

CIVITATIS CASTELLAN.

La Confraternita del Rosario della Terra di Vallerano Diocesi di Civita Castellana anticamente eretta e già aggregata all' Archiconfraternita di Roma espone, che fra le altre grazie e indulgenze concesse a tali Confraternite nel Sommario inserto nella Bolla d'Innocenzo XI dei 3 *Luglio* 1679 *confermata anche da Benedetto XIII colla Bolla* Pretiosus 7 *Giugno* 1727 *vi è l' Indulto dell' Altare Privilegiato prima concesso da Gregorio XIII all' Altare esistente nel Convento de Domenicani di Raconisio ristretto ad essi soli, e poi esteso a tutte le Cappelle erette e da erigersi come in detta Bolla d' Innocenzo XI; sicchè tra le Indulgenze communi cosi si legge in detto Sommario al cap.* 12 « Indulgentiae pro Defunctis ». Gregorius XIII in Bulla quae incipit « *Omnium Saluti* » 30 Octobris 1582, concedit Ecclesiae Praedicatorum Loci Raconisii, ubi est Altare Sanctissimi Rosarii, quod non est Altare majus, Indultum Altaris privilegiati quoties ab aliquo dictae Domus Sacerdote dumtaxat, Missa Defunctorum celebrabitur pro animabus cujuscumque Fidelis Defuncti Confratris Sanctissimi Rosarii. « *Crede adunque l' Oratrice, che il suo Altare goda di questo Indulto, perchè lo vede reso comune a tutte le Confraternite in detta Bolla e Sommario, senza alcuna communicazione e però fa ivi dire le Messe. Dubitandosi però stante il drecreto che l' Indulto non sia comunicabile, supplica perchè si dichiari*

1° *Se l' Altare del Rosario in virtù di detto Sommario e Bolla goda l' Indulto di Altare privilegiato per i Confratri defonti?*

2° *Se essendo impedita la celebrazione della Messa di Requie, anche la Messa del Sante corrente goda lo stesso Indulto secondo la dichiarazione della s. m. di Clemente IX,* 23 *Settembre* 1669?

3° *Se abbia luogo in ogni Sacerdote che celebra in detto Altare?*

Confraternitas Rosarii terrae de Vallerano Dioecesis civitatis Castellanae antiquitus erecta et jam aggregata Archiconfraternitati Romanae exponit, inter alias gratias et indulgentias concessas tali confraternitati in summario inserto in bulla Innocentii XI de die 3 Julii 1679, confirmata etiam a Benedicto XIII per bullam *Pretiosus* de die 7 Junii 1724 esse indultum altaris privilegiati, primo concessum a Gregorio XIII pro altari existente in conventu Dominicanorum de Raconisio, restrictum ad ipsos solos, deinde erectum ad omnes capellas erectas et erigendas prout in dicta bulla Innocentii XI; ita ut inter indulgentias communes ita legatur in dicto summario, capite 12 « Indulgentiae pro defunctis... sanctissimi Rosarii. » Credit ergo oratrix suum altare gaudere hoc indulto, quia videt hoc commune factum esse omnibus confraternitatibus in dicta bulla et summario, sine aliqua communicatione, et proinde ibi facit celebrare missas. Quia tamen dubitatur stante decreto quod indultum non sit communicabile, supplicatur ut declaretur :

1° An altare Rosarii virtute dicta summarii et bullae gaudeat indulto altaris privilegiati pro confratribus defunctis;

2° An quando missa de Requiem est impedita, etiam missa de Sancto currente gaudeat eodem indulto juxta declarationem piae memoriae Clementis IX de die 23 Septembris 1669;

3° An locum habeat pro omni sacerdote qui celebrat in dicto altari.

Relatis a me infrascripto supradictis dubiis, Sanctitas Sua respondendum esse censuit :

Ad 1^{m} Negative; etenim in Communicatione Indulgentiarum nusquam communicatur privilegium Altaris, quod non nisi speciali et individua mentione concessum in Brevibus reperitur; tum quia recensitum privilegium Altaris Sanctissimi Rosarii a fel. rec. Gregorio XIII concessum ac deinde a S. M. Benedicto XIII ad quaecumque Altaria Rosarii extensum tantummodo privilegium personale est; nimirum solis dumtaxat Sacerdotibus Regularibus Ordinis Praedicatorum.

Ad 2^{m} Affirmative ex Decretis Sac. Rituum Congregationis atque hujus Sac. Congregationis Indulgentiarum.

Ad 3^{m} Negative eadem ratione, quod privilegium

Digitized by Google

restrictum sit ad solos Sacerdotes Ordinis Praedicatorum.

Cum autem Sanctitas Sua inspexerit Missas ad praefatum Rosarii Altare uti privilegiatum bona fide hactenus celebratas fuisse, benigne annuit pro earum sanatione; ac insuper declaravit supradictum Sanctissimi Rosarii Altare privilegiatum ad Septemnium in una Feria cujuslibet hebdomadae ab Ordinario designanda pro Confratribus et Consororibus.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 27 Novembris 1764.

S. Borgia Secret.

CCLXVII.

WLADISLAVIEN.

Philippus Gotthardus Episcopus Wladislaviensis exponit, se obtinuisse a Sanctitate Vestra Breve Altaris privilegiati quotidiani ad Septemnium pro omnibus et singulis Ecclesiis Parochialibus, nec non Collegiatis et Abbatialibus suae Civitatis et Dioeceseos, revocando intuitu hujusmodi Indulti privilegia omnia Paroeciis sive in perpetuum sive ad tempus concessa; itaque quum Oratori suborta sint tria dubia, scilicet :

1m *An Indulgentiae Altaris privilegiati adnecti possint Altaribus* portatilibus, *quae plurima sunt in ea Dioecesi?*

2m *Quum in ea Dioecesi ob tenuitatem Beneficiorum pleraeque Parochiales unitae sint, an idem privilegium intelligatur concessum omnibus et singulis, sive iis tantum, in quibus aliqua parochialia munia aliquando fiant per annum, licet cum caeteris majoribus sint coactae?*

3m *An Missis de Festo vel de Feria lectis, diebus in quibus Missae Defunctorum prohibentur, applicari possit idem Altaris privilegium ad formam Decretorum a Rituum Congregatione emanatorum de anno* 1667, 1669 *et* 1688?

Supplicat ut dignetur respondere super quolibet distincte et enucleate pro quiete suae conscientiae, et bono ejusdem Dioecesis regimine.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII relatis a me infrascripto supradictis dubiis ab Episcopo Wladislaviensi propositis respondendum esse jussit :

Ad 1m Negative; namque ex ipsis terminis concessionis qua tribuitur Ordinario facultas designandi semel unum tantum Altare, satis innuitur quod dictum Altare debeat esse fixum ac stabile; nec non quum in casu reaptationis Altaris privilegiati soleat peti translatio privilegii ad aliud Altare, conceditur dicta translatio durante tantum tempore Fabricae, ex quo colligitur privilegium in eodem Altari stabile permanere.

Ad 2m Eadem Sanctitas Sua declaravit privilegium Altaris quotidiani ad septemnium illis tantummodo Ecclesiis per extensionem concedendum esse, quae Parochiali unitae, seu ejusdem subsidiariae plerasque parochiales functiones (quae propre parochiales sint) infra annum exercent.

Ad 3m Affirmative ex Decretis tum Sac. Rituum Congregationis, tum hujus Sac. Congregationis Indulgentiarum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 27 Novembris 1764.

S. Borgia Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCXLII.)

CCLXVIII.

ORDINIS FF. EREMITARUM DISCALCEATORUM S. AUGUSTINI.

Ad humillimas preces Fr. Fabii ab Annunciatione B. M. Virginis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne concessit Religiosis praefati Ordinis tam Clericis quam Laicis quibus onus incumbit pro animabus Defunctorum ejusdem Ordinis quasdam S. Communiones peragendi, Indulgentiam Plenariam in iisdem Communionibus, quae per modum suffragii praedictis Defunctis applicari valeat. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Januarii 1765.

N. Card. Antonellus Praef.

S. Borgia Secret.

CCLXIX.

INSTITUTI URSULINARUM.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ex speciali gratia Indulgentiam Plenariam in perpetuum concessam die vigesimaprima Martii (pro

Digitized by Google

festo B. Angelae Merici a Brixia) in Ecclesiis Monasteriorum Monialium Ursulinarum ubicumque locorum existentibus, seu Ecclesiis Collegiorum ejusdem Instituti hactenus erectorum et in posterum erigendorum pro Monialibus tantum, aliisque in praedictis Monasteriis seu Collegiis degentibus benigne extendit ad Puellas, quae ab iisdem Monialibus in scholis intra earum claustra edocentur. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari in perpetuum absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 22 Januarii 1765.

S. Borgia Secret.

CCLXX.

ORDINIS CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI.

Cum alias fel. rec. Benedictus PP. XIV concesserit privilegium quotidianum Altari sub invocatione S. Ubaldi erecto, seu erigendo in omnibus et singulis Ecclesiis Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis Lateranensis, nec non Monialium Ordinis et Congregationis hujusmodi sub gubernio et jurisdictione Canonicorum Regularium praefatorum existentium; quumque modo compertum sit in quibusdam praedictarum Monialium Ecclesiis praefatum S. Ubaldi Altare non existere, seu non in Ara majori Ecclesiae praedicti Sancti Sacram Imaginem collocatam esse, in qua pleraeque Missae celebrantur; idcirco Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ad humillimas preces Caroli Corio moderni Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis benigne inclinatus concessit, ut in praefatis Monialium Ecclesiis, ubi S. Ubaldi Altare adhuc erectum non reperitur, Privilegium quotidianum in Altare Majori Ecclesiae ab Abbate Generali ejusdem Congregationis semel tantum designari possit. In iis vero Monialium Ecclesiis, ubi praefatum S. Ubaldi Altare erectum reperitur, in eo privilegium jam concessum permaneat; nec ad aliud ejusdem Ecclesiae Altare transferri queat. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Martii 1765.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXI.

CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM THEATINORUM.

Ad humillimas preces Procuratoris Generalis Clericorum Regularium Theatinorum, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII omnibus utriusque sexus Christifidelibus, vere poenitentibus, confessis et S. Communione refectis, qui aliquam Ecclesiam praefatae Congregationis die decimatertia Decembris a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam benigne concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Aprilis 1765.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXII.

ORDINIS FF. B. M. VIRGINIS DE MONTE CARMELO.

Ad humillimas preces Fr. Josephi Alberti Ximenez Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis et S. Communione refectis, qui Expositioni Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti de Ordinariorum respective Locorum licentia in qualibet ex Ecclesiis FFr. praedicti Ordinis ubicumque existentibus in novem feriis quartis immediate antecedentibus festum S. Josephi singulis annis faciendae per aliquod temporis spatium devote interfuerint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam in una ex praedictis novem Feriis quartis per unumquemque Christifidelem ad sui libitum eligenda lucrifaciendam benigne concessit; ac insuper omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contriti ut supra interfuerint, et oraverint in reliquis octo Feriis; qua die praefatarum id egerint Indulgentiam centum dierum clementer elargitus est. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris tem-

Digitized by Google

poribus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 21 Maii 1765.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.
S. Borgia Secret.

(*Vide quoique* Decreta DLXXVI, DXCI.)

CCLXXIII.

URBIS.

Sanctissimus ex speciali gratia concessit Privilegium quotidianum perpetuum omnibus Altaribus Ecclesiae Archiconfraternitatis B. Mariae Orationis et Mortis de Urbe. Idemque privilegium concessit Altari in Oratorio, et Altari in Coemeterio ejusdem Archiconfraternitatis existen. cum revocatione cujuscumque Brevis jam obtenti.

Die 21 Maii 1765.

S. Borgia Secret.

CCLXXIV.

ORDINIS FF. B. M. V. DE MONTE CARMELO.

Ad humillimas preces Fr. Josephi Alberti Ximenez Procuratoris Generalis Ordinis FFr. B. M. V. de Monte Carmelo, Sanctissimus D. N. Clemens PP. XIII Indulgentiam Plenariam in perpetuum jam concessam pro omnibus Christifidelibus visitantibus aliquam Ecclesiam praefati Ordinis in festo S. Josephi ad totam Octavam ejusdem festi semel tantum per unumquemque Christifidelem lucrifaciendam benigne extendit pro Ecclesiis solummodo in Provinciis Hispaniarum existentibus nempe utriusque Castellae Cathaloniae, Aragoniae, et Bethicae. Servato in reliquis tenore assertae primae concessionis. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 4 Junii 1765.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.
S. Borgia Secret.

CCLXXV.

CONGREGATIONIS MISSIONIS.

Ad humillimas preces Antonii Jacquier Congregationis Missionis Superioris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit ut tres Missae, quae juxta Constitutiones in obitu alicujus ejusdem Congregationis a quocumque ipsius Congregationis Sacerdote in eadem Domo, ubi e vita defunctus cessit, commorante, in suffragium ejus animae celebrantur privilegio gaudeant ac si in Altari privilegiato celebrarentur; idem privilegium concessit pro una Missa ab aliis praedictae Congregationis Sacerdotibus in quacumque domo degentibus ad eumdem finem celebranda; insuper concessit, ut quilibet sive Clericus, sive Frater Coadjutor in Domo Demortui commorans qui ter ad S. Eucharisticam Mensam in suffragium animae defuncti accesserit; quemadmodum alii Clerici et Fratres Coadjutores in quacumque Congregationis Domo degentes, et semel Communionem pro Defuncti anima applicantes, Plenariam Indulgentiam in ejusdem suffragium consequantur. Voluitque Sanctitas Sua utramque gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 20 Junii 1765.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.
S. Borgia Sac. Congreg. Indulg. Secret.

CCLXXVI.

MECHOACAN. IN INDIIS.

Cum sicut humillime exponebatur in Civitate Vallisoletana Mechoacan. Dioecesis in Indiis quaedam pia Unio Presbyterorum compacta ex Decano et Capitulo Cathedralis Ecclesiae dictae Civitatis nec non Religionis Ordinum Min. Obser. S. Francisci, Augustinianorum Discalceatorum, B. M. Virginis de Mercede, ac de Monte Carmelo quinque Provinciarum dictae Dioecesis reperiatur erecta. Sub hoc statuto quod praedictae Unionis Sacerdotes, sive Saeculares, sive Regulares pro ipsorum quolibet e vita deceden. tres Missas celebrare debeant Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII dummodo de asserto onere coram Ordinario constiterit clementer indulsit, ut praedictae tres Missae, quae pro animabus ipsorum Presbyterorum, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint ad quodlibet Altare cujuscumque Ecclesiae celebrabuntur, animabus hujusmodi pro quibus celebratae fuerint perinde suffragentur ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium

Digitized by Google

facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 16 Julii 1765.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXVII.

URBIS ET ORBIS.

Cum alias San. Me. Benedictus XIV ad frequentes Episcoporum Pontificiae Ditionis quaerelas gravioribus abusibus, qui Bacchanalium tempore irrepserant, opportuno remedio occurrere concupiverint, perspexeritque in aliquibus Ecclesiis salutari consilio institutam esse Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti Expositionem per tres dies sive in Hebdomada Septuagesimae, sive in altera Sexagesimae, aut Quinquagesimae ante diem Cinerum, ad hoc praecipue, ne Fideles tempore tentationis a via Domini recederent, et in praedictis Ecclesiis pie orantes Divina impetrarent auxilia, universis utriusque sexus Christifidelibus confessis, et Sacra Communione refectis, qui easdem Ecclesias, in quibus Venerabilis Expositio sive in uno, sive in singulis praedictis Triduis fieret, devote visitarent, Indulgentiam Plenariam misericorditer concessit et indulsit. Hinc Sanctissimus Dominus Noster Clemens Divina Providentia PP. XIII sedulo recogitans praefatam Augustissimi Sacramenti Expositionem plurimum hisce diebus profuisse, ac deinceps fore profuturam, eamdem Plenariam Indulgentiam ad quascumque Catholici Orbis Ecclesias ubicumque locorum existentes, ubi Venerabilis Expositio sive in Hebdomada Septuagesimae, sive Sexagesimae, aut Quinquagesimae, sive in singulis praedictis Hebdomadis per tres dies, atque etiàm si tantummodo in Feria V infra Hebdomadam Sexagesimae peragatur, ex uberi Pontificiae charitatis fonte benignissime extendit.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulg. die 23 Julii 1765.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Sac. Congr. Indulg. Secret.

CCLXXVIII.

ORDINIS S. BENEDICTI.

Ad humillimas preces moderni Abbatis Praesidis Congregationis Bursfeldensis Ordinis S. Benedicti in Germania existentis in Monasterio Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli de Erfrert Sanctissimus Dominus Noster Clemens XIII Privilegium quotidianum a san. mem. Benedicto XIV Altari sub invocatione S. Benedicti erecto, sive erigendo in omnibus et singulis Ecclesiis Monasteriorum Monachorum praefatae Congregationis Bursfeldensis clementer extendit. Itemque aliud privilegium ab eodem Benedicto elargitum ut omnes et singulae Missae, quae pro Anima cujuscumque Monachi, Presbyteris, Clerici et Laici praefati Ordinis et Congregationis juxta ipsorum Constitutiones in eorum obitu, vel alia die ad quodcumque Altare Ecclesiarum praedictae Congregationis pro illorum anima, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, celebrabuntur, animae hujusmodi pro qua celebratae fuerint perinde suffragentur, ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent; Eadem Sanctitas Sua pariformiter benigne extendit ad quascumque Moniales, caeterasque degentes in Monasteriis praedictae Congregationis Bursfeldensis, ita ut omnes et singulae Missae quae pro anima cujuscumque Monialis aliarumque in earum Monasteriis degentium juxta ipsarum Constitutiones in earum obitu, vel alia die ad quodcumque Altare Ecclesiarum Monialium dictae Congregationis pro illarum anima, quae in Deo charitate conjuncta ab hac luce migraverit celebrabuntur, eidem animae pro qua celebratae fuerint, perinde suffragentur ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Julii 1765.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCXX et CCXXXIV.)

CCLXXIX.

ORDINIS FF. MINORUM OBSERV. S. FRANCISCI.

Ad humillimas preces Fr. Gregorii a Marsilia Commissarii Generalis Curiae Min. Observ. Ordinis S. Francisci, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis et S. Communione refectis qui aliquam Ecclesiam praedicti Ordinis die 27 Novembris, in qua omnium Sanctorum ejusdem Ordinis festum celebretur a primis vesperis, usque

Digitized by Google

ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint Indulgentiam Plenariam benigne concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 3 Septembris 1765.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXX.

ORDINIS FF. MINOR. OBSERV. REFORMATORUM S. FRANCISCI.

Ad humillimas preces Fr. Francisci a Feltrio Vice-Procuratoris Generalis Min. Observ. Reformatorum Ordinis S. Francisci Sanctissimus Dominus Noster Clemens XIII omnibus utriusque sexus Christifidelibus, vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis, qui aliquam Ecclesiam praedicti Ordinis die vigesimaseptima Novembris, in qua omnium Sanctorum ejusdem Ordinis festum celebretur a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint Indulgentiam Plenariam benigne concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 17 Septembris 1765.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXXI.

ORDINIS FF. EREMITARUM S. AUGUSTINI.

Ad humillimas preces Fr. Francisci Vasquez Ordinis Eremitarum S. Augustini Prioris Generalis exposcentis Plenariam Indulgentiam pro Regularibus sui Ordinis die decimaseptima Martii in qua Festum S. Patritii Episcopi Hiberniae Apostoli sub Ritu duplici minori tum in recitatione Officii, quam in Missis ab universo Ordine celebratur, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus Indulgentiam Plenariam tum omnibus ejusdem Ordinis Regularibus, tum universis Christifidelibus vere poenitentibus, confessis, ac S. Communione refectis, qui aliquam Regularium praedicti Ordinis Ecclesiam eodem S. Patritii die festo devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis diei festi hujusmodi clementer concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 19 Novembris 1765.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXXII.

SOCIETATIS JESU.

Ad humillimas preces Laurentii Ricci Societatis Jesu Praepositi Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit tum eidem tum suis pro tempore successoribus facultatem impertiendi per se sive per alios ejusdem Societatis Sacerdotes ab ipso ejusque successoribus sublegandis omnibus dictae Societatis Religiosis in Articulo mortis constitutis, riteque dispositis Benedictionem una cum Indulgentia Plenaria, servata forma in Rituali Romano descripta. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 21 Januarii 1766.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXXIII.

COMACLEN.

Cum sicut humillime exponebatur quae in Civitate Comaclen canonice quaedam Pia Unio Presbyterorum tantum, reperitur erecta, quorum praecipua cura est Presbyteros in extremo agone laborantes pie adjuvare, eorumdemque cadavera ad sepulturam associare, sub hoc inter caetera statuto vel laudabili consuetudine, quod ipsa unio vel singulis illius Confratres, sive pro omnibus ejusdem Confratribus Defunctis, sive pro quolibet Confratre hujusmodi ab hac vita decedente nonnullas Missas respective celebrare vel celebrari facere soleant, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII dummodo de asserto onere seu laudabili consuetudine coram Ordinario constiterint, clementer indulsit ut omnes, et singulae

Digitized by Google

Missae juxta praedictum statutum vel consuetudinem celebrandae, quae pro animabus ipsorum Confratrum, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint ad quodlibet Altare cujuscumque Ecclesiae celebrabuntur, animabus hujusmodi pro quibus celebratae fuerint, perinde suffragentur ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 4 Martii anno 1766.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXXIV.

SOCIETATIS JESU.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Indulgentiam Plenariam, ut asseritur, in perpetuum jam concessam in omnibus Ecclesiis Societatis Jesu lucrandam in festo S. Joannis Nepomuceni die decimasexta mensis Maii, ad diem decimamseptimam ejusdem mensis in omnibus Ecclesiis praefatae Societatis ut in precibus benigne transtulit; servato in reliquis tenore assertae primae concessionis.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 28 Aprilis 1766.

S. Borgia Sac. Cong. Indulg. Secret.

CCLXXXV.

CLERICORUM REGULARIUM BEATORUM MARTYRUM DE POENITENTIA.

Ad humillimas preces moderni Abbatis Generalis Ordinis Canonicorum Beatorum Martyrum de Poenitentia in Polonia et Magno Lituaniae Ducatu existentium, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII volens omnes et singulas Ecclesias tam erectas, quam in posterum erigendas Canonicorum Regularium hujusmodi in quibus aliud Altare vel in perpetuum vel ad tempus nondum elapsum simili Privilegio decoratum forsan reperitur, quod per praesens Auctoritate Apostolica revocavit, et in qualibet ex dictis eorumdem Canonicorum Regularium ab Abbate Generali semel tantum designandum hoc speciali dono illustrare benigne concessit atque indulsit ut Sacrosanctum Missae Sacrificium quod a quocumque Sacerdote Saeculari vel Regulari cujusvis Ordinis, Congregationis et Instituti pro anima cujuscumque Christifidelis quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad praefatum Altare designatum celebrabitur, Privilegio gaudeat. Non obstante in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione; ejusdemque Decreti transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu et sigillo praedicti et pro tempore existentis Abbatis Generalis Ordinis praefati munitis, ipsammet prorsus fidem adhiberi quae adhiberetur si praesens foret exhibitum vel ostensum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 29 Aprilis 1766.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCLXXXVI.

ORDINIS FF. DISCALCEATORUM SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Cum sicut humillime exponebatur a Fr. Michaele a S. Francisco de Paula Procuratore Generali Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniae Fratres ejusdem Ordinis consuevisse elargiri Absolutionem generalem jam approbatam ab Apostolica Sede in septem per annum diebus, nimirum in festo Sanctissimae Trinitatis, in feria quarta Cinerum, in feria quinta in Coena Domini, in festo S. Catharinae V. et M., S. Agnetis Secundo, et in diebus festis S. Joannis de Matha et S. Felicis de Valois etiam extra Ecclesias Ordinis non solum Infirmis et Monialibus, verum etiam Imperatori, Regibus, Principibus et Magnatibus eisque inservientibus adscriptis Confraternitati Sanctissimae Trinitatis; Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII eamdem consuetudinem approbavit et concessit eisdem FFr. facultatem dandi supradictam Absolutionem generalem seu Communicationem Indulgentiarum aliorumque bonorum spiritualium Ordinis praedicti, dummodo tamen quoad Moniales adscriptas illam dent de licentia Ordinariorum. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 6 Maii 1766.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

Digitized by Google

CCLXXXVII.

PRAGEN.

Ad humillimas preces Abbatis Josephi Callisti de Gentilibus auditoris Imperialis et unius ex numero tercentum Confoederatorum S. Joannis Nepomuceni in Stalka Civitatis Pragae specialiter deputati, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus Indulgentiam Plenariam semel in mense et in Articulo Mortis ad septemnium praedictis Confoederatis et Confoederationi aggregatis jam concessas in perpetuum duraturam ampliavit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiae extensionem in perpetuum absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Septembris anno 1766.

S. Borgia Secret.

CCLXXXVIII.

ORDINIS FF. CALCEATORUM SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Cum sicut humillime exponebatur a Fr. Antonio Moreno Morales Vicecuratore Generali Ordinis Calceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Fratres ejusdem Ordinis consuevisse elargiri Absolutionem generalem jam approbatam ab Apostolica Sede in septem per annum diebus, nimirum in festo Sanctissimae Trinitatis, in feria quarta Cinerum, in feria quinta in Coena Domini, in festo S. Catharinae V. et M.; S. Agnetis Secundo et in diebus festis S. Joannis de Matha et S. Felicis de Valois etiam extra Ecclesias Ordinis non solum Infirmis et Monialibus, verum etiam Imperatori, Regibus, Principibus, et Magnatibus, eisque inservientibus adscriptis Confraternitati Sanctissimae Trinitatis; Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII eamdem consuetudidem approbavit et concessit eisdem FFr. facultatem dandi supradictam Absolutionem generalem, seu Communicationem Indulgentiarum aliorumque bonorum spiritualium Ordinis praedicti, dummodo tamen quoad Moniales adscriptas illam dent de licentia Ordinariorum. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Junii 1766.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.

S. Borgia Secret.

CCLXXXIX.

CLODIEN.

In Ecclesia Cathedrali Clodiensi adest Altare Sanctorum Felicis et Fortunati Martyrum Patronorum illius Civitatis privilegiatum per Breve Gregorii XV 13 Januarii 1623 in quo haec habentur « *Omnium saluti, etc.... volentes igitur Ecclesiam Cathedralem Clodien. simili ad praesens privilegio, ut accepimus, minime decoratum, dummodo in ea duodecim ad minus Sacerdotes existant et in ea situm Altare Sanctorum Felicis et Fortunati hoc speciali dono illustrare, auctoritate Nobis a Domino tradita, etc.... ut quandocumque Sacerdos aliquis ejusdem Ecclesiae dumtaxat, Missam Defunctorum in singulis diebus, non tamen impeditis, pro anima cujuscumque Fidelis quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praedictum Altare celebrabit, Anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur.... concedimus et indulgemus, etc.... Praesentibus, etc.... Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die, etc.* »

Et quamvis vigore hujus Brevis privilegium dicti Altaris sit pro solis Missis celebratis *diebus non impeditis*, nihilominus, stante declaratione Innocentii XI 4 Maii 1688 incipien. « *Alias postquam*, etc. » quae extendit talia privilegia etiam ad dies impeditos, festivos ac duplices, etc. Altare praedictorum Sanctorum Martyrum dici potest privilegiatum quotidianum pro omnibus Fidelibus Defunctis, sed pro solis Missis Sacerdotum ejusdem Cathedralis.

Benedictus XIII postea suo Brevi 20 Julii 1724 concessit omnibus Cathedralibus mundi catholici Altare privilegiatum quotidianum perpetuum designandum ab Episcopis pro omnibus Defunctis in cunctis Missis celebrandis a quocumque Sacerdote Saeculari vel Regulari; sed quoniam idem Benedictus declarat esse suam intentionem concedendi suum Privilegium iis Ecclesiis Cathedralibus *in quibus Altare privilegiatum quotidianum perpetuum forsan non reperitur concessum*, ideo oritur dubium an privilegium Benedicti XIII possit competere Ecclesiae Cathedrali Clodien. in qua jam pridem existebat, et existit Altare Sanctorum Felicis ac Fortunati privilegiatum quotidianum perpetuum, sed in Missis Sacerdotum tantum illius Ecclesiae, quando alterum privilegium Benedicti XIII concessum est in Missis cujuslibet Sacerdotis, nullo excepto. Porro cum sit Cathedralis Clodien. non

Digitized by Google

solum Cathedralis sed etiam Parochialis supplicatur pro resolutione, an possit insimul gaudere et frui uti Cathedralis Privilegio Benedicti XIII, et uti Parochialis nota gratia Altaris privilegiati concessi a regnante Summo Pontifice Clemente XIII omnibus Ecclesiis Parochialibus. Itaque Episcopus Clodien. quaerit

1° *An non obstante praeallegato privilegio Gregorii XV Cathedralis Clodien. sit capax alterius enunciati privilegii Benedicti XIII anni* 1724? *et* quatenus sit

2° *An Episcopus possit designare pro Indulto seu Privilegio Benedicti XIII aut Altare Sanctorum Felicis et Fortunati, aut aliud Altare suo arbitrio?*

3° *An Cathedralis Clodien. possit eodem tempore, gaudere et frui uti Cathedralis Altari privilegiato quotidiano perpetuo concesso a Benedicto XIII Cathedralibus anno* 1724, *et uti Parochialis altero Altari privilegiato vigore concessionis Clementis PP. XIII?*

Respondetur ad 1m « Negative. » Etenim privilegium concessum a fel. record. Gregorio XV Altari Sanctorum Felicis et Fortunati concessum fuit Ecclesiae uti Cathedrali, quod clare constat ex illis verbis enunciati Brevis « *Volentes igitur Ecclesiam Cathedralem Clodiensem* ». Accedente deinde declaratione san. mem. Innocentii XI, quod privilegium Altaris quotidiani suffragetur etiam in diebus impeditis, idem Altare Sanctorum Felicis et Fortunati gaudet privilegio in hujusmodi diebus. Vigore postmodum Indulti Benedicti XIII idem Altare Sanctorum Felicis et Fortunati, in quo pro solis dumtaxat duodecim Sacerdotibus ejusdem Cathedralis Ecclesiae privilegium designadum fuerat, gaudet extensione ad quoscumque alios Sacerdotes sive Saeculares et Regulares.

Ad 2m pariter « Negative, cum ex dictis Ecclesia uti Cathedralis gaudeat privilegio quotidiano perpetuo in praefato Altari Sanctorum Felicis et Fortunati ».

Ad 3m « Affirmative » videlicet, quod juxta Decretum Sanctissimi Domini Nostri Clementis PP. XII eadem Ecclesia uti Parochialis possit gaudere privilegio quotidiano ad aliud Altare ab Episcopo semel tantum designandum, non in perpetuum sed ad septemnium, ad formam Decreti.

Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 14 Novembris 1766.

S. Borgia Secret.

CCXC.

Beatissimo Padre.

I Cavalieri Pollastron e Borgia Capitani delle due Navi da guerra della Santità Vostra umilmente espongono, come durante la navigazione rimangono privi si essi come i soldati e gli altri impiegati al servizio delle Navi, delle Indulgenze che potrebbero conseguire nella visita delle Chiese; onde supplicano la Santità Vostra a degnarsi concedere loro qualche Indulgenza sì Plenaria che Parziale, applicabile per modo di suffragio anche ai Defonti in tutto il tempo che le medesime Navi anderanno in corso. Che, etc.

Beatissime Pater.

Equites Pollastron et Borgia capitanei duarum navium bellicarum Sanctitatis Vestrae humilliter exponunt durante navigatione tam se quam milites aliosque navium servitio addictos privatos manere indulgentiis, quas possent consequi in visitatione ecclesiarum; quapropter supplicantur Sanctitatem Vestram, ut dignetur concedere ipsis aliquam indulgentiam tam plenariam quam partialem, applicabilem per modum suffragii etiam defunctis omni tempore quo eaedem naves erunt in cursu. Et haec.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Oratorum precibus benigne annuens tum eisdem tum militibus caeterisque ambarum Navium servitio addictis, qui vere poenitentes et confessi in uno die festo Confessariorum arbitrio eligendo S. Eucharistiae pabulo refecti fuerint, Indulgentiam Plenariam semel lucrandam in unoquoque maritimo cursu concessit. Insuper omnibus iisdem, qui quinque *Pater* et *Ave* in qualibet die corde saltem contriti recitaverint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum clementer impertitus est, quam et Plenariam ut supra animabus Fidelium Defunctorum applicari possint, concessit. Item quotiescumque Litanias B. M. V. devote recitaverint concessit, ut Indulgentiam biscentum dierum a fel. rec. Sixto V ac Benedicto XIII concessam et a Sanctitate Sua confirmatam eisdem animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicare valeant. Voluitque Sanctitas Sua omnes et singulas supradictas gratias et Indulgentias perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione tempore dumtaxat cursus earumdem Navium fore valituras.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 25 Novembris 1766.

S. Borgia Secret.

Digitized by Google

CCXCI.

MONIALIUM CALCEATARUM ORDINIS B. M. V. DE MONTE CARMELO.

Ad humillimas preces Fr. Josephi Alberti Ximenez Procuratoris Generalis FFr. Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Indulgentiam Plenariam concessam sub die 21 Maii 1765 in una ex novem Feriis quartis immediate antecedentibus festum S. Josephi Sponsi B. M. V. cum expositione Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti in qualibet ex Ecclesiis FFr. praedicti Ordinis ubicumque existentibus singulis annis faciendae, per unumquemque utriusque sexus Christifidelem qui praefatae Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti expositioni interfuerit ad sui libitum eligenda lucrifaciendam, et in reliquis supradictis octo Feriis Indulgentiam centum dierum. Ad iteratas ejusdem Procuratoris Generalis preces benigne inclinatus clementer extendit ad omnes et singulas Ecclesias Monialium praedicti Ordinis pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti dictae Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti expositioni pro Plenaria Indulgentia lucranda in una ex eisdem Feriis quartis et centum dierum in octo reliquis Feriis dummodo corde saltem contriti interfuerint, ac per aliquod temporis spatium pie oraverint. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 2 Decembris 1766.

S. Borgia Secret.

CCXCII.

Ad humillimas preces Praesidis et Abbatum Congregationis Sancti Spiritus Ordinis Sancti Benedicti Augustanae Dioecesis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus impertitus est facultatem benedicendi Numismata et Cruces Sanctissimi ejusdem Ordinis Patriarchae Benedicti juxta formulam a s. m. Benedicto PP. XIV cum applicatione Indulgentiarum ex speciali privilegio sub die 23 Decembris 1741 approbatam, ac per Breve diei 12 Martii 1742 confirmatam. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam tum Oratoribus, tum eorum successoribus perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 27 Januarii 1767.

S. Borgia Sac. Cong. Secret.

CCXCIII.

SOCIETATIS JESU.

Ad humillimas preces Laurentii Ricci Praepositi Generalis Societatis Jesu Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Chritifidelibus, qui decem Dominicis diebus continuis ante festum S. Ignatii Loyolae, sive alias per annum vere poenitentes confessi, Sacraque Communione refecti piis meditationibus, aut orationibus, aliisve Christianae pietatis operibus ad ejusdem Sancti honorem, ac Dei gloriam vacando sanctificaverint et aliquam ejusdem Societatis Ecclesiam devote visitaverint, in qualibet ex predictis Dominicis Plenariam peccatorum suorum Indulgentiam concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgent. die 27 Januarii 1767.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.
S. Borgia Secret.

CCXCIV.

MONIALIUM EXCALCEATARUM B. M. V. DE MONTE CARMELO.

Ad humillimas preces Fr. Mariani Ventimilia Generalis et Fr. Josephi Alberti Ximenez Procuratoris Generalis Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Indulgentiam Plenariam concessam sub die 21 Maii 1765 in una ex novem Feriis quartis immediate antecedentibus festum S. Josephi Sponsi B. M. V. cum expositione Sanctissimae Eucharistiae Sacramenti in qualibet ex Ecclesiis FFr. praedicti Ordinis ubicumque existentibus singulis annis facienda, per unumquemque utriusque sexus Christifidelem, qui praefatae Sanctissimi Sacramenti Expositioni interfuerit ad sui libitum eligenda lucrifaciendam, et in reliquis supradictis octo feriis Indulgentiam centum dierum clementer extendit ad omnes et singulas Ecclesias Monialium Excalceatarum praedicti Ordi-

Digitized by Google

nis pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes, confessi et S. Communione refecti dictae Sanctissimae Sacramenti Eucharistiae Expositioni pro Plenaria Indulgentia lucranda in una ex eisdem feriis quartis et centum dierum in octo reliquis feriis dummodo corde saltem contriti interfuerint, ac per aliquod temporis spatium pie oraverint. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Februarii 1767.

S. *Borgia Secret.*

CCXCV.

ORDINIS S. BENEDICTI.

Ad humillimas preces Abbatis et Principis De Disentis in Retia Congregationis Benedictinae Elveticae (*nec non Abbatis Epternaci Praesulis S. R. I.; Abbatis et Principis S. Blasii in Silva Ercinia, Dioecesis Costantiensis, ac Abbatis S. Maximini prope Treverim Praesulis S. R. I.*) Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus impertitus est (*per respectivum Decretum*) facultatem benedicendi Numismata et Cruces Sanctissimi ejusdem Ordinis Patriarchae Benedicti juxta formulam a s. m. Benedicto PP. XIV cum applicatione Indulgentiarum ex speciali privilegio sub die 23 Decembris 1741 approbatam, ac per Breve diei 12 Martii 1742 confirmatam. Eidemque Oratori facultatem pariter concessit ad eumdem effectum substituendi Monachos a se dependentes. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam Oratori, ejusdemque Successoribus perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Martii 1765.

S. Borgia Secret.

CCXCVI.

PRO UNIVERSIS PONTIFICIAE DITIONIS CATHEDRALIBUS ECCLESIIS.

Cum Universalis Ecclesia sed Romana potissimum Patronos habeat apud Deum Beatissimos Apostolorum Principes Petrum et Paulum, quorum orationibus ad obtinenda divina beneficia se adjuvari maxime confidit Ipsorum Solemnitas tertio Kalendas Julii passioni Eorum sacra, quamquam speciali et propria Urbis Romae, ubi illorum glorificatus est exitus, exultatione celebretur, tamen etiam in aliis Ecclesiis praesertim Nostri et hujus Apostolicae Sedis Status propensiori devotione et ampliori cultu peragi summopere decet, itaque Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII haec provido et pio animo Suo reputans, ut Eorumdem memoria ac triumphus ferventius ac religiosius recolatur, universis utriusque sexus Christifidelibus in tota Pontificia Ditione existentibus, qui vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti propriae Dioecesis Ecclesiam Cathedralem die Martyrio Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, consecrata a primis vesperis usque ad occasum solis devote visitaverint, pro S. Matris Ecclesiae exaltatione, Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, et Fidelium conversione pie oraverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et Remissionem perpetuis futuris temporibus misericorditer in Domino concessit, atque indulsit.

Datum Romae die 28 Aprilis 1767.

N. Card. Antonellus Praef.
S. Borgia Secret.

CCXCVII.

SOCIETATIS JESU.

Ad humillimas preces Laurentii Ricci Societatis Jesu Praepositi Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus Indulgentiam Plenariam in perpetuum concessam Clericis Regularibus ejusdem Societatis in Feria sexta post Octavam Sanctissimi Corporis Christi clementer extendit ad universos utriusque sexus Christifideles, qui vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti in praefata Feria sexta aliquam Ecclesiam praedicti Ordinis ubicumque locorum existentem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, vel ante Servatoris Nostri Jesu Imaginem juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Junii 1767.

N. Card. Antonellus Praef,
S. Borgia Secret.

(*Vide* Summarium Indulgentiarum in Appendice N° XXXI.)

Digitized by Google

CCXCVIII.

TUSCULANA.

Cum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Indulgentiam Plenariam perpetuam in Festo Beatorum Principum Apostolorum Petri et Pauli pro Universis Pontificiae Ditionis Cathedralibus Ecclesiis ad Ipsorum memoriam religiosius recolendam concesserit; cumque idem festum in Tusculana Cathedrali Ecclesia Dominica infra Octavam eorumdem Beatissimorum Principum Apostolorum celebretur; hinc Sanctitas Sua ad preces Celsitudinis Regiae Eminentissimae Henrici Benedicti Card. Ducis Eboracensis Episcopi Tusculani eamdem Plenariam Indulgentiam perpetuis futuris temporibus valituram pro dicta Cathedrali Ecclesia Tusculana ad praefatam Dominicam infra Octavam ejusdem festi clementer extendit, atque omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti praefatam propriae Dioecesis Cathedralem Ecclesiam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem Dominicae devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint lucrandam concessit, atque indulsit.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 19 Junii 1767.

S. Borgia Secret.

CCXCIX.

Ad humillimas preces Curtii Boni Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus, universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes confessi et S. Communione refecti aliquam praefatae Congregationis Ecclesiam ubicumque locorum existentem diebus festis Annunciationis et Assumptionis B. M. V. a primis vesperis usque ad occasum solis earumdem festivitatum devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Junii 1767.

S. Borgia Secret.

CCC.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ad preces Abbatissae et Monialium Monasterii S. Marthae Urbis benigne inclinatus, eisdem caeterisque in praefato Monasterio degentibus tantum vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis, ac juxta mentem Sanctitatis Suae pie orantibus in decem Dominicis praecedentibus sive subsequentibus festum S. Ignatii Loyolae Indulgentiam in earum qualibet Plenariam concessit. Item eisdem Monialibus, caeterisque in Monasterio degentibus quae vere poenitentes, confessae ac S. Communione refectae in interiori Monasterii Ecclesia ante Servatoris Nostri Jesu Imaginem pias ad Deum preces effunderint, in ferita sexta post octavam Sanctissimi Corporis Christi Indulgentiam similiter Plenariam concessit; ac insuper eisdem ut supra dispositis, et ante Salvatoris Nostri Jesu Imaginem pie orantibus in prima feria sexta cujuslibet mensis Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum clementer elargitus est. Voluitque Eadem Sanctitas Sua omnes et singulas hujusmodi gratias perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituras.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Junii 1767.

S. Borgia Secret.

CCCI.

BENEVENTANA.

Cum modernus Archiepiscopus Beneventanus Joannes Baptista Colombini Sanctissimo Domino Nostro Clementi XIII humillime exposuerit facultatem Achiepiscopis Beneventanis Pontificalia exercentibus centum dierum Indulgentiam impertiendi, eamdemque etiam elargiendi pro aliis pietatis operibus veteri consuetudine viguisse ac vigere, eamque approbasse Cardinalem Ursinum tunc Archiepiscopum Beneventanum, postmodum fel. rec. Benedictum XIII Pontificem Optimum Maximum; idcirco Idem Sanctissimus praedictam facultatem tum eidem moderno Archiepiscopo, tum ejus perpetuis futuris temporibus in Archiepiscopatu Beneventano successoribus benigne confirmavit, et quatenus opus sit de novo clementer concessit.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Junii 1767.

S. Borgia Secret.

Digitized by Google

CCCII.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini.

In Monasterio NN. erecta reperitur Via Crucis quatuor distinctis locis ejusdem Monasterii : verum in uno ex iis necessitatis tempore aegrotas Moniales collocant ;.... atque Balnei usum experiuntur ; ablata tamen in praedictis circumstantiis Via Crucis ; ibique postea denuo reposita ; quaeritur an Moniales eamdem visitantes in praefato loco fruantur et gaudeant Indulgentiis?

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII commisit Confessario praedicti Monasterii suam onerando conscientiam, ut ex loco ubi Via Crucis in praeteritum aliquo anni tempore ablata fuit, indeque restituta et ad profanos usus cum gravi indecentia eodem loco usae sunt Moniales, ab ipso omnino amoveat, et ibidem nusquam in futurum collocetur; visitet deinde tria alia distincta loca ejusdem Monasterii, in quibus Via Crucis erecta reperitur, an decenter in ipsis servetur, et cum pari devotione pium ejusdem Viae Crucis exercitium in iis exerceatur, ac stricte injungat Monialibus, ne ullo anni tempore eadem loca ad alios usus convertant.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die 4 Augusti 1767.

S. Borgia Secret.

CCCIII.

Ad humillimas preces P. Ministri Generalis et Procuratoris Generalis Ord. Min. Conventualium S. Francisci Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit tum Eisdem, tum Assistentibus, et Definitoribus Generalibus facultatem benedicendi mille Coronas, aut Cruces, aut Sacra Numismata, dummodo non sint ex ferro, stanno, plumbo, aut ex fragili materia facilis consumptionis, eisdemque applicandi Indulgentias expressas in formula Romae edita typis R. C. A. ut ab eorum singulis distribuantur occasione anteactae solemnitatis sex Sanctorum Canonizationis, quos inter S. Joseph a Cupertino ejusdem Ordinis Sacerdos adnumeratur; Provincialibus vero Quingenta, Ex-Provincialibus Tercentum, aliis autem ejusdem Ordinis Religiosis Sacerdotibus Biscentum. Voluitque Eadem Sanctitas Sua praesentis Decreti exemplis etiam impressis, manu et sigillo Procuratoris Generalis praedicti Ordinis munitis ipsammet fidem adhiberi, quae adhiberetur, si praesens foret exhibitum vel ostensum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 4 Augusti 1767.

S. Borgia Secret.

CCCIV.

Ad humillimas preces Fr. Ludovici Perez Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Sanctissimus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti aliquam praedicti Ordinis Ecclesiam ubicumque locorum existentem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxtam mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam die vigesimaoctava mensis Septembris incipiendo a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi clementer concessit. In Ecclesiis vero Monialium praefati Ordinis eamdem Indulgentiam Plenariam praedicta die a Monialibus tantum caeterisque in Monasterio degentibus, ut supra rite dispositis lucrandam concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die 1 Septembris 1767.

S. Borgia Secret.

CCCV.

Beatissimo Padre.

L'Archiconfraternita delle Anime più bisognose del Purgatorio sotto l'invocazione di Gesù e Maria e Giuseppe esistente per ora nel Convento di Gesù e Maria de' PP. Agostiniani Scalzi di Roma suole dell' Elemosina che riceve da' Fideli in occasione delli condannati a morte farne celebrare tante Messe in suffragio delle loro anime. Si supplica umilmente la S. V. a volersi benignamente degnare di concedere the tutte le suddette Messe godano del Privilegio dell' Altare a maggior suffragio delli detti condannati in qualunque Altare o Chiesa, che si celebreranno in perpetuo.

Beatissime Pater.

Archiconfraternitas animarum magis solatio indigentium in purgatorio, sub invocatione Jesu Mariae et Joseph, nunc existens in Conventu Jesu et Mariae Patrum Augus-

Digitized by Google

tiuianorum excalceatorum Romae, solet ex eleemosynis quas recipit occasione condemnatorum ad mortem celebrari facere totidem missas in suffragium animarum eorum. Rogatur humilliter Sanctitas Vestra ut benigne concedere dignetur, ut omnes supradictae missae gaudeant privilegio altaris ad majus solatium dictorum condemnatorum, in quocumque altari aut ecclesia celebrabuntur, in perpetuum.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Archiconfraternitatis Oratricis precibus benigne annuens concessit ut omnes, et singulae Missae quae ex Fidelium eleemosynis pro animabus Reorum, qui ultimo supplicio damnati sunt, juxta ejusdem Archiconfraternitatis consuetudinem celebrantur, in quocumque Altari cujuscumque Ecclesiae celebrentur, eodem privilegio gaudeant, ac si in Altari Privilegiato celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Novembris 1767.

S. Borgia Secret.

CCCVI.

ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM THEATINORUM.

Ad humillimas preces Bartholomaei Carrara Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti, aliquam praefati Ordinis Ecclesiam ubicumque locorum erectam, seu erigendam die festo S. Andreae Avellini Confessoris ejusdem Ordinis a primis vesperis usque ad occasum solis hujusmodi diei festi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congreg. Indulg. die 17 Novembris 1767.

L. Card. Galinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCVII.

CLERICORUM REGULARIUM SCHOLARIUM PIARUM.

Ad humillimas preces Cajetani a S. Agnete Ordinis Clericorum Regularium Scholarum Piarum Procuratoris Generalis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi et S. Communione refecti propriam Cappellam Clericorum Regularium Scholarum Piarum iis in locis in quibus ipsorum publica Ecclesia non existit, seu aliquam Ecclesiam Prochialem in supradictis locis existentem, in quibus festum S. Josephi Calasantii Confessoris, Scholarum Piarum Fundatoris celebrabitur, a primis vesperis usque ad occasum solis diei festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam absque ulla Brevis expeditione in perpetuum concessit. Voluitque Sanctitas Sua praesentis Decreti exemplis etiam impressis manu et sigillo Procuratoris Generalis praedicti Ordinis munitis ipsammet fidem adhiberi, quae adhiberetur si presens foret exhibitum vel ostensum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Januarii 1768.

S. Borgia Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCCXLV.)

CCCVIII.

Beatissimo Padre.

Fausto Antonio Marone delle Scuole Pie Postulatore della Causa di S. Giovanna Francesca Fremiot di Chantal Fondatrice dell' Ordine della Visitazione S. M. Oratore Umilissimo della Santità Vostra dopo il bacio de' Santissimi Piedi le rappresenta, qualmente estratto da terra con le debite facoltà in occasione della di Lei solenne Beatificazione il corpo di S. Giovanna Francesca Fremiot di Chantal fu riposto in una assai decente cassa quanto permisero le circostanze d' allora cioè dell' anno 1752 ed il S. P. Benedetto XIV di san. me. si riservò a dì 10 di Marzo di detto anno oppure a' suoi Successori la facoltà di aprire detta cassa. Essendosi però presentemente preparata una cassa più conveniente di argento per conservare con maggior decenza il suddetto S. Corpo, il detto Fausto Antonio Marone Postulatore a nome della Superiora e Madri del primo Monastero della Visitazione di S. M. supplica la Santità Vostra voler concedere al Vescovo di Ginevra, ossia di Anesi la facoltà di aprire detta cassa e transportare il corpo nella nuova cassa di argento, rimanendo in appresso sempre riservato alla S. Sede la facoltà di aprirla.

Digitized by Google

Beatissime Pater.

Faustus Antonius Marone scholarum piarum, postulator causae S. Joannae Franciscae Fremiot de Chantal fondatricis ordinis Visitationis B. M. V. Orator humillimus Sanctitatis Vestrae post osculum sanctissimorum pedum exponit levatum e terra cum facultatibus debitis occasione solemnis ipsius beatificationis corpus S. Joannae Franciscae Fremiot de Chantal fuisse repositum in arcam omnino decentem quantum circumstantiae tunc temporis, nempe anno 1752 permittebant, et summus Pontifex Benedictus XIV fel. rec. die 10 Martii praedicti anni reservavit sibi aut successoribus suis facultatem aperiendi dictam arcam. Cum autem nunc praeparata sit arca magis conveniens ex argento ad asservandum majori cum decentia praedictum corpus, praedictus Faustus Antonius Marone postulator nomine Superiorissae et matrum primi monasterii Visitationis B. M. V. supplex orat Sanctitatem Vestram ut velit concedere Episcopo Gebennensi vel Anneciensi facultatem aperiendi dictam arcam et transferendi corpus in novam arcam argenteam, manente semper deinceps reservata Sanctae Sedi facultate eamdem aperiendi.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII expetitis precibus benigne annuens facultatem concessit Reverendissimo Episcopo Aniciensi aperiendi capsam in qua S. Corpus S. Franciscae Fremiot de Chantal de anno 1752 secundo reconditum fuit, et illud in aliam argenteam de novo paratam collocandi; cum prohibitione tamen, ab illa non amplius extrahendi nisi prius obtenta facultate a S. Sede Apostolica.

Datum Romae die 12 Januarii 1768.

S. Borgia Secret.

CCCIX.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII universis utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contriti, ante Crucem in Amphitheatro vulgo Colosseo sitam pias quasdam preces juxta mentem Sanctitatis Suae devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum semel in die lucrandam concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congreg. Indulgentiarum die 12 Januarii 1768.

S. Borgia Secret.

CCCX.

Beatissimo Padre.

Li Scolari dell' Università della Sapienza Oratori Umilissimi della S. V. con ogni più umile ossequio l'espongono non poter godere nella futura Quaresima il frutto delle amplissime Indulgenze delle Stazioni a causa di non poter visitare quelle chiese destinate per simili Indulgenze, per non tralasciare il loro obligo della Scuola; al contrario delli Scolari del Collegio Romano che godono le suddette Indulgenze nella loro respettiva Chiesa; che perciò supplicano umilmente la pietà della Santità Vostra volersi degnare chi li Oratori acquistino le dette Indulgenze colla visita della loro respettiva Chiesa della Sapienza. Sperano che le paterne viscere della S. V. li renderà consolati. Che, etc.

Beatissime Pater.

Scholares Universitatis Sapientiae, Oratores humillimi Sanctitatis Vestrae cum omni humillimo obsequio exponunt se non posse gaudere in futura quadragesima fructu amplissimarum Indulgentiarum stationum, quia non possunt visitare ecclesias talibus indulgentiis assignatas ne negligant suam scholae obligationem; contrarie ad scholares collegii Romani qui gaudent supradictis Indulgentiis in sua respectiva ecclesia; et sese propterea supplicari humilliter pietatem Sanctitatis Vestrae, ut dignetur concedere ut oratores lucrentur dictas Indulgentias visitando suam respective ecclesiam Sapientiae sperant fore ut paterna viscera Sanctitatis Vestrae ipsos consolentur. Et haec, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII omnibus tum discipulis, tum praeceptoribus, aliisque ejusdem Universitatis servitio addictis, qui Ecclesiam supradictam diebus Quadragesimae devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quoties id egerint, ut eas omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur si eisdem diebus Ecclesias Almae Urbis pro consequendis Indulgentiis Stationum designatas personaliter et devote visitarent, concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 26 Januarii 1768.

S. Borgia Secret.

CCCXI.

ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM CONGREGATIONIS SOMASCHAE.

Ad humillimas preces Petri Riva Procuratoris Generalis Clericorum Regularium Congregationis

Digitized by Google

Somaschae Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi, ac S. Communione refecti, aliquam praefati Ordinis Ecclesiam ubicumque locorum erectam, seu erigendam die vigesima Julii in qua juxta Decretum S. Romanae Ecclesiae celebratur festum S. Hieronymi Emiliano Confessoris, ejusdemque Ordinis Fundatoris, a primis vesperis usque ad occasum solis hujusmodi diei festi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam clementer concessit. Voluitque Sanctitas Sua hujusmodi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram, et praesentis Decreti exemplis etiam impressis manu, et sigillo Procuratoris Generalis praedicti Ordinis munitis ipsammet fidem adhiberi, quae adhiberetur si praesens foret exhibitum vel ostensum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 26 Aprilis 1768.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXII.

NEAPOLITANA.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII universis utriusque sexus Christifidelibus qui corde saltem contriti ante statuam marmoream S. Januarii Beneventi Episcopi et Martyris, ac totius Regni Neapolitani praecipui Patroni erectam supra Pontem nuncupat. *della Maddalena* (1) prope Neapolim pie oraverint, quoties id egerint Indulgentiam centum dierum benigne concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Maii 1768.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXIII.

CONGREGATIONIS CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI LOCI LUBRANENSIS DIOECESIS WLADISLAVIENSIS.

Ad humillimas preces Canonicorum Regularium S. Augustini Loci Lubranensis Dioecesis Wladislaviensis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit in eorum Ecclesia Privilegiatum quotidianum in perpetuum Altare S. Ubaldi Episcopi Confessoris, et quatenus non adsit proprium Altare S. Ubaldi, in Altari, quod praefato privilegio quotidiano perpetuo decoratur, ejusdem Imago apponatur. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Maii 1768.

A. Card. Corsinius pro Emo Praef.
S. Borgia Secret.

(1) S. Mariae Magdalenae.

CCCXIV.

CONGREGATIONIS CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI LOCI KTODAVIENSIS DIOECESIS GNESNIENSIS.

Ad humillimas preces Canonicorum Regularium S. Augustini Loci Ktodaviensis Dioecesis Gnesniensis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit in eorum Ecclesia Privilegiatum quotidianum in perpetuum Altare S. Ubaldi Episcopi et Confessoris, et quatenus non adsit proprium Altare S. Ubaldi, quod praefato privilegio quotidiano perpetuo decoratur, ejusdem Imago apponatur. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Maii 1768.

A. Card. Corsinius Pro Emo Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXV.

CRACOVIEN.

Ad humillimas preces Incolarum Loci Kelii Dioecesis Cracoviensis in qua S. Joannes Cantius ortum duxit, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti devote visitaverint Ecclesiam seu Oratorium publicum in honorem ejusdem Sancti Joannis Cantii erectum die in qua ejus festum celebratur, et die sui ortus vigesimaquarta Decembris; ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis praedictorum dierum, usque ad occasum solis

Digitized by Google

clementer concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Maii 1768.

A. Card Corsinius pro Emo Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXVI.

MONIALIUM SANCTISSIMI CORDIS JESU MONASTERII DE BECHORCHE.

Ad humillimas preces Abbatissae et Monialium Sanctissimi Cordis Jesu Monasterii de Bechorche in Kesroano Provinciae Montis Libani sub Patriarchatu Antiocheno Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus omnibus Monialibus supradicti Monasterii, quae vere poenitentes, confessae ac S. Communione refectae in qualibet prima feria sexta cujuslibet mensis propriam Ecclesiam devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, vel Servatoris Nostri Jesu Christi Imaginem juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum clementer elargitus est. Eamdem pariter Indulgentiam concessit omnibus Monialibus aliorum Monasteriorum sub eodem titulo Sanctissimi Cordis Jesu in Monte Libano existentium nec non Religiosis aliisque utriusque sexus Christifidelibus quomodocumque inservientibus. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 7 Junii 1768.

A. Card. Corsinius Pro-Praef.
S. Borgia Secret.

(*Vide etiam* Decreta CCCXVII, CCCXVIII.)

CCCXVII.

EARUMDEM MONIALIUM.

Ad humillimas preces Abbatissae et Monialium Sanctissimi Cordis Jesu Monasterii Bechorche in Kasroano Provinciae Montis Libani sub Patriarchatu Antiocheno Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus omnibus Monialibus in praefato Monasterio degentibus, vere poenitentibus, confessis et S. Communione refectis, quae propriam Ecclesiam in quatuor anni diebus ac in una feria sexta Quadragesimae ab Ordinario designandis devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, qua die praefatorum, id egerint, Indulgentiam Plenariam; il reliquis vero Quadragesimae feriis sextis praemissa peragentibus Indulgentiam septem annorum, etc. concessit. Eisdemque Monialibus quae in Cappella seu Altari intra Claustra dicti Monasterii sito per novem continuos dies immediate antecedentes festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi aliqua pietatis opera quotidie exercuerint, Indulgentiam Plenariam, in primo et ultimo praefatorum novem dierum concessit, dummodo vere poenitentes, confessae ad S. Eucharisticam Mensam devote accedant et juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effundant. Insuper concessit Indulgentiam septem annorum, etc. in reliquis septem diebus hujusmodi si eadem devote peregerint. Omnibus pariter Monialibus praedictis, quae vere poenitentes, confessae Sacraque Communione refectae in una die cujuslibet mensis ab Ordinario semel tantum designanda septem Altaria intra claustra dicti Monasterii sita devote visitaverint, ibique ut supra oraverint ut eas omnes et singulas Indulgentias et peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur si septem Altaria Basilicae Vaticanae ad id designata personaliter ac devote visitarent clementer elargitus est. Concessit pariter eisdem, quae ut supra in quatuor anni diebus ab Ordinario designandis devote visitaverint supra dicta Altaria seu Cappellas, eas omnes et singulas Indulgentias quas consequerentur si septem Almae Urbis Ecclesias ad id designatas personaliter ac devote visitarent. Ac demum benigne impertitus est supradictis Monialibus vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis, quae in quatuor anni diebus Scalam intra claustra ejusdem Monasterii sitam et orationi tantum destinatam pie ac devote ascendent, eas omnes et singulas Indulgentias, quas consequerentur si eisdem diebus Scalam Sanctam de Urbe devote ascenderent. Voluitque Eadem Sanctitas Sua omnes supradictas gratias perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituras.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 7 Junii 1768.

A. Card. Corsinius Pro-Praef.
S. Borgia Secret.

(*Vide* Decreta CCCXVI, CCCXVIII.)

Digitized by Google

CCCXVIII.

EARUMDEM MONIALIUM.

Ad humillimas preces Abbatissae et Monialium Sanctissimi Cordis Jesu Monasterii Bechorche in Kesroano Provinciae Montis Libani sub Patriarchatu Antiocheno Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti earumdem Monialium Ecclesiam in feria sexta post Octavam Sanctissimi Corporis Domini devote visitaverint, ibique vel ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, vel ante Servatoris Nostri Domini Jesu Christi Imaginem juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam quae etiam animabus omnium Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicari valeant incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem Feriae sextae benigne concessit. Eamdem pariter Indulgentiam concessit Ecclesiis aliorum Monasteriorum sub eodem titulo Sanctissimi Cordis Jesu in Monte Libano existentium. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 7 Junii 1768.

A. CARD. CORSINIUS PRO-PRAEF.
S. Borgia Secret.

(*Vide* Decreta CCCXVI, CCCXVII.)

CCCXIX.

MONIALIUM URSULINARUM COSTANTIEN.

Ad humillimas preces Superiorissae et Monialium Ursulinarum Lucernae Dioecesis Costantiensis, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII declaravit tum Moniales praedicti Monasterii, tum aliorum Monasteriorum in Germaniae et Galliarum Regionibus existentium, quae non Regulam S. Augustini profitentur, sed peculiares Constitutiones ab ipsarum Fundatrice Anna de Xaintonge praescriptas, gaudere in perpetuum in earum Ecclesiis Plenariam Indulgentiam a Sanctitate Sua concessam Ecclesiis Monialium Ursulinarum sub Regula S. Augustini pro universis utriusque sexus Christifidelibus die 21 Martii ad formam Brevis expediti sub datum 30 Aprilis 1768.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 2 Augusti 1768.

A. CARD. CORSINIUS PRO-PRAEF.
S. Borgia Secret.

CCCXX.

MEXICAN.

Sanctissimus Dominus Noster benigne annuens pro gratia omnibus viris qui moralibus Concionibus ac Sac. Lectionibus in singulis Feriis secundis, quartis et sextis Quadragesimae in Parochiali Sacrario nuncupat. Ecclesiae Cathedralis Civitatis Mexicanae in Indiis peragi consuetis devote interfuerint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum pro qualibet vice clementer elargitus est. Ac insuper concessit Christifidelibus, qui saltem sexies praefatis spiritualibus exercitiis interfuerint, Indulgentiam Plenariam in una Quadragesimae die eorum libito eligenda, in qua vere poenitentes confessi ad S. Eucharisticam Mensam devote accesserint. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Augusti 1768.

A CARD. CORSINIUS PRO-PRAEF.
S. Borgia Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCCXXI.)

CCCXXI.

MEXICAN.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne annuens pro gratia universis utriusque sexus Christifidelibus qui Explanationi Catechismi, seu Doctrinae Christianae tempore Quadragesimali per tres vices a Parochis aut aliis Sacerdotibus Civitatis, et Dioecesis Mexican in Indiis de licentia Ordinarii peragendae devote interfuerint, et in Dominica Passionis vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti, aliquam Ecclesiam praedictae Civitatis vel Dioecesis devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam benigne concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 2 Augusti 1768.

A CARD. CORSINIUS PRO-PRAEF.
S. Borgia Secret.

Digitized by Google

CCCXXII.

ALBIGANEN.

Ad humillimas preces Confratrum Confraternitatis S. Joannis Baptistae Lonni Dioecesis Albiganen. Archiconfraternitati Sanctissimi Nominis Mariae Urbis aggregatae, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus omnibus Confratribus et Consororibus vere poenitentibus confessis, et S. Communione refectis, qui Ecclesiam seu Oratorium publicum dictae Confraternitatis in festo Sanctissimi Nominis Mariae devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam lucrandam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusmodi diei festi, clementer concessit. Iisdem vero Confratribus et Consororibus, qui in diebus praeparationis ante idem festum, Orationi mentali, et spirituali exercitio fieri consuetis, devote vacaverint, Indulgentiam septem annorum, etc., pro qualibet vice benigne impertitus est. Voluitque Sanctitas Sua hujusmodi gratias perpetuis futuris temporibus fore valituras, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Augusti 1768.

A. Card. Corsinius Pro-Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXIII.

ASSISIEN.

Ad humillimas preces FFr. Min. Obser. Ordinis S. Francisci Basilicae S. Mariae Angelorum Assisii, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus, concessit, Privilegiatum quotidianum in perpetuum pro Religiosis tantum dicti Ordinis Altare S. Petri Regalati situm in Choro Nocturno. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 23 Augusti 1768.

A. Card. Corsinius Pro-Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXIV.

FF. ORDINIS SANCTISSIMAE TRINITATIS DISCALCEATORUM.

Ad humillimas preces Fr. Michaelis a S. Francisco de Paula Procuratoris Generalis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus, omnibus tum Regularibus, tum Confratribus ejusdem Ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum, qui saltem corde contriti eamdem Sanctissimam Trinitatem invocabunt sequens Trisagium devote recitantes « *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est terra Gloria Tua, Gloria Patri, Gloria Filio, Gloria Spiritui Sancto* » centum dierum Indulgentiam semel in die lucrandam concessit. In Dominicis vero, in festo Sanctissimae Trinitatis, et per totam ejus Octavam eamdem centum dierum Indulgentiam, ter in die lucrandam concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 13 Septembris 1768.

A. Card. Corsinius Pro-Praef.
S. Borgia Secret.

(*Vide* Decreta CCCXXXIV, CCCXLVI et CCCXLIX.)

CCCXXV.

SCEPUSII IN HUNGARIA.

Ad humillimas preces P. R. Ambrosii Eremitae Camaldulensis Montis Coronae in Eremo Lethrniz in Scepusio in Hungaria actualis Prioris Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus qui corde saltem contriti ante statuam Sanctissimae Trinitatis prae foribus dicti Eremi collocatam ter *Pater et Ave et Gloria Patri* devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum in qualibet Dominica, ac in singulis diebus infra Octavam Festivitatis ejusdem Sanctissimae Trinitatis lucrandam clementer elargitus est, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgen. die 20 Septembris 1768.

A. Card. Corsinius Pro-Praef.
S. Borgia Secret.

Digitized by Google

CCCXXVI.

URBIS.

Ad humillimas preces Incolarum Regionis Burgi Urbis, alias Civitatis Leoninae, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi, et S. Communione refecti Ecclesiam Sanctorum Michaelis et Magni Burgi Dominica immediate sequenti festum S. Leonis PP. IV, Fundatoris ejusdem Civitatis, in qua ipsius festivitas celebrabitur, devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis praedictae Dominicae clementer elargitus est. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 20 Septembris 1768.

A. Card. Corsinius Pro-Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXVII.

ALBANEN.

Ad humillimas preces Reverendissimi Fr. Francisci M. Bergomen. Concionatoris Apostolici Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus concessit Privilegiatum quotidie in perpetuum pro animabus omnium Fidelium Defunctorum Altare Oratorii adnexi Ecclesiae Minorum Cappuccinorum Albani erectum in honorem Sacrorum Stigmatum Beatissimi Patris Francisci. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 20 Septembris 1768.

A. Card. Corsinius Pro-Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXVIII.

TREVIREN.

Ad humillimas preces Josephi Munier moderni Abbatis Monasterii Mediolanensis Ord. Cisterciensis Dioecesis Trevirensis, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus, eidem concessit facultatem erigendi in loco Losheim in propria Rure privatum Sacellum, in quo tam Orator ejusque Successores, quam alii Religiosi praedicti Ordinis, dum ibi commorantur Missam celebrare, et gaudere possint Altare privilegiato, quo gaudent Ecclesiae ejusdem Ordinis, ac insuper omnibus et singulis Indulgentiis, quibus certis statutis diebus gaudent Ecclesiae praedictae. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam in perpetuum fore valituram absque ulla Brevis expeditione non obstantibus, etc.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 16 Novembris 1768.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXIX.

ORDINIS SANCTISSIMAE TRINITATIS DISCALCEATORUM REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Ad humillimas preces Procuratoris Generalis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum Redemptionis Captivorum Sanctissimus Dominus Noster Clemens XIII benigne inclinatus concessit ut in proximo futuro anno et quotiescumque festum S. Joannis de Matha praefati Ordinis Fundatoris transferri contigerit in omnibus ejusdem Ordinis Ecclesiis ubique locorum existentibus universis utriusque sexus Christifidelibus rite dispositis supradicti Ordinis Sacerdotes ea die in qua praedictum festum celebrabitur Absolutionem generalem cum Indulgentiis adnexis impertiri valeant. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 29 Novembris 1768.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXX.

FF. CARMELITARUM DISCALCEATORUM BELDIEZOVIE IN POLONIA.

Ad humillimas preces FFr. Carmelitarum Discalceatorum Beldiezovie in Polonia Sanctissimus Dominus N. Clemens PP. XIII benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus qui genuflexi et corde saltem contriti eorum uno ex duobus, qui nunc in Oratorum Ecclesia munus Poenitentiarii

Digitized by Google

exercent et in posterum in eodem munere successoribus devote se Virgae submiserint, Indulgentiam viginti dierum clementer concessit, quam etiam iidem Poenitentiarii quoties id egerint lucrari valeant. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 13 Decembris 1768.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXXI.

Monialium Ursulinarum.

Ad humillimas preces Monialium Ursulinarum Urbis Sanctissimus Dominus Noster benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes confessi, Sacraque Communione refecti aliquam ex Ecclesiis Monasteriorum seu Collegiorum Monialium Ursulinarum ubicumque locorum existentibus hactenus erectis, et in posterum erigendis devote visitaverint die trigesimaprima Martii, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis praedicti diei benigne concessit; cum revocatione tamen alterius Decreti Indul. obtenti pro die vigesimaprima Martii. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 10 Januarii 1769.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXXII.

FF. Discalceatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum.

Ad humillimas preces Fr. Michaelis a S. Francisco de Paula Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus confirmavit omnes et singulas infrascriptas Indulgentias alias a Summis Pontificibus suis Praedecessoribus Fratribus ejusdem Ordinis concessas, nimirum quoties vere poenitentes et confessi, et S. Communione refecti pro felici statu et pace S. R. E. totius Reipublicae Christianae per spatium unius horae contemplationi vacaverint, et in honorem Sanctissimae Trinitatis Hymnum *Te Deum laudamus* devote recitaverint, vel Coronam B. M. V. dixerint, vel Cilicium portaverint, vel per spatium Psalmi *Miserere mei Deus, etc.*, se flagellis ceciderint, Plenariam omnium peccatorum suorum quatuor tantum vicibus in anno lucrandam; Indulgentiam pariter Plenariam in mortis articulo, si vere poenitentes, et confessi et S. Communione refecti; vel quatenus id facere nequiverint saltem contriti Sanctissimum Jesu Nomen ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint. Insuper eisdem Religiosis qui dictum Ordinem in suo primitivo vigore perseverare curaverint, sanctas Consuetudines, Constitutiones et Regulam diligenter servaverint, seu superiorum mandatis prompte obtemperaverint, aut ter in hebdomada, ut moris est se flagellaverint, vel duabus horis quotidianis Orationi mentali praesentes fuerint, aut jejunaverint, seu Cilicium portaverint, vel Refectorium cum aliqua mortificatione intraverint sive pedes Religiosorum humilliter deosculati fuerint, vel alapem in memoriam Passionis Christi susceperint, seu culpas ordinarias coram aliis Religiosis in Capitulis Culparum dixerint, sive Sacrosancto Missae Sacrificio aut horis canonicis devote interfuerint, seu voluntatem suam abnegaverint, aut aliquem actum humilitatis, Fidei, Spei et Charitatis vel alicujus virtutis fecerint, aut res ad Captivorum Redemptionem pertinentes diligenter tractaverint, toties pro quolibet praefatorum operum exercitio Indulgentiam centum dierum benigne pariter confirmavit. Voluitque Sanctitas Sua has omnes et singulas gratias perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expiditione fore valituras.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Januarii 1769.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXXIII.

FF. Ordinis S. Francisci Cappuccinorum.

Ad humillimas preces Fr. Erhardi Radkerspurgensis Definitoris et Procuratoris Generalis Ord. Min. S. Francisci Cappuccinorum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne inclinatus, universis utriusque sexus Christifidelibus qui aliquam

Digitized by Google

ex Ecclesiis Fratrum ejusdem Ordinis ubicumque existentem die festo Titulari earumdem respective Ecclesiarum a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi vere poenitentes confessi, Sacraque Communione refecti devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam clementer elargitus est. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram. Voluitque etiam praesentis Decreti transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Procuratoris Generalis dicti Ordinis subscriptis, et sigillo ejusdem Ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur praesenti, si originaliter foret exhibitum vel ostensum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Januarii 1769.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXXIV.

URBIS ET ORBIS.

Quum alias fel. rec. Clemens XIII ad humillimas preces Fr. Michaelis a S. Francisco de Paula Procuratoris Generalis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum benigne inclinatus omnibus tum Regularibus, tum Confratribus ejusdem Ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum, qui saltem corde contriti eamdem Sanctissimam Trinitatem invocarent sequens Trisagium devote recitantes « *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est terra Gloria Tua, Gloria Patri, Gloria Filio, Gloria Spiritui Sancto* » centum dierum Indulgentiam semel in die, in Dominicis vero, in festo Sanctissimae Trinitatis et per totam ejus Octavam ter in qualibet praefatorum dierum lucrandam concesserit. Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV ut erga Divinissimum et praecipuum Catholicae Fidei Mysterium nostrae crescat devotionis affectus, praefatam Indulgentiam ad universos Christifideles clementer extendit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 6 Junii 1769.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

(*Vide* Decreta CCCXXIV, CCCXLVI et CCCXLIX.)

CCCXXXV.

MEDIOLANEN.

Ad humillimas preces Sacerdotum Congregationis Oblatorum a S. Carolo Borromaeo institutae Collegii loci *di Rò* Mediolanen. Dioecesis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui seu S. Missionibus, seu Exercitiis Spiritualibus tum in ipsa Dioecesi Mediolanensi, tum in aliis de Ordinariorum consensu per eosdem Sacerdotes peragendis post tres saltem dies praedictarum Missionum, seu Exercitiorum quibus interfuerint, ad S. Eucharisticam Mensam devote accesserint, Indulgentiam Plenariam concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 13 Junii 1769.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXXXVI.

CARTHAGINEN.

Ad humillimas preces Confraternitatis B. M. V. Septem Dolorum erectae in Parochiali Ecclesia Villae de Sax Carthaginensis Dioecesis Sanctissimus Dominus Noster audito voto P. Procuratoris Generalis Ordinis Servorum B. M. V. benigne inclinatus, concessit Seniori Sacerdoti Confratri ejusdem Confraternitatis, facultatem benedicendi parvum Habitum, seu Scapulare B. M. V. Septem Dolorum, ipsumque imponendi omnibus utriusque sexus Christifidelibus, cum omnibus Indulgentiis seu gratiis spiritualibus, quibus Confratres dictae Sodalitatis gaudent et potiuntur; cum potestate, ipso impedito, alium Sacerdotem Confratrem substituendi, dummodo praefata Confraternitas canonice sit erecta, et nemo sit in dicta Villa qui eadem facultate gaudeat. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 27 Junii 1769.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

Digitized by Google

CCCXXXVII.

URBIS.

Ad humillimas preces Abbatissae et Monialium Ordinis Sancti Francisci Monasterii S. Laurentii nuncupat. *in Pana et Perna* de Urbe Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus eisdem caeterisque in Monasterio degentibus, quae vere poenitentes, confessae ac S. Communione refectae Altare Conceptionis B. M. V. Immaculatae intra Chorum existens in festo Sanctissimi Nominis Mariae devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei festi concessit. Insuper iisdem Monialibus, caeterisque in Monasterio degentibus ut supra rite dispositis visitantibus Cappellam B. M. V. de Monte Carmelo intra Claustra Monasterii sitam, pieque juxta mentem Sanctitatis Suae oraverint, in Dominica infra Octavam Commemorationis ejusdem B. M. V. de Monte Carmelo Indulgentiam pariter Plenariam a primis vesperis incipiendam usque ad occasum solis praefatae Dominicae clementer concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 29 Augusti 1769.

S. Borgia Secret.

CCCXXXVIII.

TUSCULAN.

Ad enixas preces Regiae Celsitudinis Eminentissimi Card. Ducis Eboracensis Episcopi Tusculani Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus qui in festo S. Matthaei Apostoli vere poenitentes et confessi in quacumque Ecclesia sive intra sive extra Civitatem Tusculanam sacro Eucharistiae papulo refecti fuerint, ac deinde Ecclesiam Cathedralem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei festi clementer concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 5 Septembris 1769.

S. Borgia Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCCL.)

CCCXXXIX.

ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM MINISTRANTIUM INFIRMIS.

Ad humillimas preces Gabrielis Marin de Moya Generalis, ac Francisci Dominici Canavassi Procuratoris Generalis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus concessit, ut omnes et singulae Missae quae a quocumque Sacerdote dicti Ordinis in vim Statutorum, seu juxta Ordinis Constitutionem pro anima cujuscumque Presbyterorum, Clericorum, et Laicorum ejusdem Ordinis celebrari debent, ad quodcumque Altare Ecclesiarum Ordinis praedicti tam hactenus erectarum, quam in posterum erigendarum celebratae fuerint, eodem privilegio gaudeant ac si in Altare privilegiato celebratae fuissent. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 12 Septembris 1769.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXL.

ROTHOMAGEN.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV omnibus utriusque sexus Christifidelibus Dioecesis Rothomagensis benigne concessit ut omnes et singulas Indulgentias concessas et in posterum concedendas Ecclesiis, seu Cappellis publicis praefatae Dioecesis lucrari valeant semel, vel in die festo, in quo Indulgentia reperitur concessa, vel infra ejus Octavam, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti Ecclesiam in qua adest Indulgentia devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc

Digitized by Google

gratiam in perpetuum absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 29 Septembris 1769.

S. Borgia Secret.

CCCXLI.

ORDINIS MIN. CAPPUCCINORUM.

Ad humillimas preces Fr. Erhardi Radkerspurgensis Procuratoris et Commissarii Generalis Ordinis Minorum Cappuccinorum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes et confessi Sacraque Communione refecti, aliquam praedicti Ordinis Ecclesiam ubicumque Locorum existentem die decimaquarta mensis Januarii cujuslibet anni devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae devote oraverint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei clementer impertitus est. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valitùram, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 7 Novembris 1769.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXLII.

EBORACEN.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV attentis expositis et benigne annuens pro gratia extendit omnes et singulas Indulgentias a Summis Suis Praedecessoribus Ecclesiis, et Cappellis publicis Dioecesis Eboracensis hactenus concessas tum alias in posterum concedendas in quacumque anni die ad totam Octavam ejusdem diei, ita ut omnes utriusque sexus Christifideles vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti Ecclesiam aut Cappellam in qua Indulgentia reperitur concessa devote visitantes ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie orantes, vel in ipso die festo, vel infra Octavam Indulgentiam lucrari possint et valeant. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam quoad extensionem tantum Indulgentiae per totam octavam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgent. die 7 Novembris 1769.

S. Borgia Secret.

CCCXLIII.

JANUEN.

Ad humillimas preces Congregationis Missionis Urbanae Sancti Caroli Civitatis Januen. Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus concessit Reverendissimo Archiepiscopo Januensi ejusdem in posterum perpetuis temporibus Successoribus facultatem impertiendi bis in anno Benedictionem nomine Sanctitatis Suae cum elargitione Plenariae Indulgentiae ab omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus lucrandae, qui Sac. Missionibus bis pariter in anno a praefata Congregatione peragi consuetis, nimirum per sexdecim dies incipien. a festo Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi et a Dominica Septuagesima usque ad diem Cinerum devote interfuerint, et vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint. Voluitque Idem Sanctissimus hac nova facultate moderno Archiepiscopo ejusque Successoribus concessa nullatenus derogari facultati a fel. rec. Clementis XIII singulis Archiepiscopis tributae bis in anno illius nomine solemniter populum benedicendi, ut in Litteris Apostolicis sub datum Romae apud S. Mariam Majorem anno 1672 tertio Nonas Septembris.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 5 Decembris 1769.

S. Borgia Secret.

(*Vide* Decretum CCCXLIV.)

CCCXLIV.

JANUEN.

Ad humillimas prèces Congregationis Missionis Urbanae Sancti Caroli Civitatis Januen. Sanctissimus Dominus Noster benigne inclinatus, concessit Reverendissimo Archiepiscopo Januen. ejusque in posterum perpetuis temporibus Successoribus facultatem impertiendi bis in anno Benedictionem nomine Sanctitatis Suae cum elargitione Plenariae Indulgentiae ab omnibus et singulis utriusque sexus

Digitized by Google

Christifidelibus lucrandae qui Sacris Missionibus bis pariter in anno a praefata Congregatione peragi consuetis, nimirum pro sexdecim dies incipien. a festo Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, et a Dominica Septuagesima usque ad diem Cinerum devote interfuerint, et vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint; in casu vero absentiae ab Urbe Reverendissimi Archiepiscopi, seu ob ejus impedimentum, eidem tribuit facultatem subdelegandi alios sibi bene visos ad praefatam Benedictionem bis in anno tempore Missionum populo impertiendam. Voluitque Sanctitas Sua hac nova facultate moderno Episcopo ejusque Successoribus concessa, nullatenus derogari facultati a fel. rec. Clemente XIII singulis Episcopis tributae bis anno illius nomine solemniter populum benedicendi, ut in Litteris Apostolicis sub datum Romae apud S. Mariam Majorem anno 1762 tertio Nonas Septembris.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Januarii 1770.

S. Borgia Secret.

CCCXLV.

PROVINCIARUM POLONIAE ET LITUANIAE.

Ad humillimas preces Clericorum Regularium Ordinis Scholarum Piarum in Poloniae et Lituaniae Provinciis existentium Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus concessit translationem Indulgentiae Plenariae jam elargitae a san. mem. Clemente XIII sub die prima Decembris anni 1765 universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi Sacraque Communione refecti aliquam ex Ecclesiis eorumdem Clericorum tam erectis, quam in posterum erigendis devote visitaverint in die 27 Augusti pro festo S. Josephi Calasanctii ejusdem Ordinis Fundatoris, ad diem quartam Julii in omnibus Ecclesiis Oratorum, ad quam diem pro Regno Poloniae et Magno Ducato Lituaniae ejusdem Sancti festum translatum est, ex Decreto S. Rituum Congregationis sub die 9 Decembris 1769. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 16 Januarii 1770.

S. Borgia Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCCVII.)

CCCXLVI.

FF. SANCTISSIMAE TRINITATIS DISCALCEATORUM.

Quum alias fel. rec. Clemens XIII ad humillimas preces F. Michaelis a S. Francisco de Paula Procuratoris Generalis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum omnibus tum Regularibus tum Confratribus ejusdem ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum, qui saltem corde contriti eamdem Sanctissimam Trinitatem invocarent, sequens Trisagium devote recitantes « *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est terra Gloria Tua, Gloria Patri, Gloria Filio, Gloria Spiritui Sancto* » centum dierum Indulgentiam, semel in die; in Dominicis vero et in festo Sanctissimae Trinitatis, ac per totam ejus Octavam ter in qualibet praefatarum dierum lucrandam concessit, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV ad iteratas ejusdem Procuratoris Generalis preces benigne inclinatus concessit Indulgentiam Plenariam semel in mense lucrandam ab iisdem Regularibus, et Confratribus qui quotidie per mensem praefatum Trisagium devote recitaverint, die nempe ab unoquoque eligenda in qua vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Januarii 1770.

L. Card. Calinus Praef.

S. Borgia Secret.

(*Vide* Decreta CCCXXIV, CCCXXXIV et CCCXLIX.)

CCCXLVII.

ORDINIS FF. CAPPUCCINORUM S. FRANCISCI.

Ad humillimas preces Fr. Erhardi de Radkerspurg Procuratoris Generalis Ordinis Min. S. Francisci Cappuccinorum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus concessit omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi, et S. Communione refecti aliquam ex Ecclesiis Provinciarum Italiae in quibus per Fratres ejusdem Ordinis Divina Officia seu Ecclesiastica Sacramenta administrantur devote visitaverint, et ibi per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae preces effuderint, ut eas omnes et singulas Indulgentias et peccatorum Remissiones ac

Digitized by Google

poenitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur si aliquam ex propriis Ecclesiis Ordinis Cappuccinorum personaliter ac devote visitaverint. Quibuscumque, etc. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari absque ulla Brevis expeditione, quousque in administratione praefatarum Ecclesiarum Fratres praedicti permanebunt.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 6 Martii 1770.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCXLVIII.

ORDINIS MIN. CONVENTUALIUM S. FRANCISCI PROVINCIAE ARGENTINAE.

Ad humillimas preces Fr. P. Magistri Eugenii Weber Ministri Provincialis Provinciae Argentinae Ord. Min. Conventualium S. Francisci Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti, aliquam Ecclesiam tum Fratrum tum Sororum seu Monialium ejusdem Ordinis Min. Conventual. dictae Provinciae devote visitaverint, die decimaquarta mensis Novembris, ibique per aliquot temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis dictae diei decimaequartae Novembris clementer concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 8 Maii 1770.

S. Borgia Secret.

CCCXLIX.

FRATRUM SANCTISSIMAE TRINITATIS DISCALCEATORUM.

Quum alias fel. rec. Clemens PP. XIII ad humillimas preces Fr. Michaelis a S. Francisco de Paula Procuratoris Generalis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum benigne inclinatus omnibus tum Regularibus tum Confratribus ejusdem Ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceat. qui saltem corde contriti eamdem Sanctissimam Trinitatem invocabunt sequens Trisagium devote recitantes « *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est terra Gloria Tua, Gloria Patri, Gloria Filio, Gloria Spiritui Sancto* » centum dierum Indulgentiam semel in diem lucrandam concessit. In Dominicis vero, in festo Sanctissimae Trinitatis, et per totam ejus Octavam eamdem centum dierum Indulgentiam ter qualibet praefatarum dierum pariter lucrandam concesserit. Cum autem postmodum Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV omnibus tum Regularibus, tum Confratribus ejusdem Ordinis, qui per integrum mensem quotidie praefatum Trisagium devote recitaverint, Indulgentiam Plenariam semel in quolibet mense lucrandam elargitus fuerit; denique iteratis ejusdem Fr. Michaelis a S. Francisco de Paula humillimis precibus benigne annuens praedictam Indulgentiam Plenariam, pariter in quolibet mense lucrandam ad universos utriusque sexus Christifideles, qui dictum Trisagium devote quotidie recitaverint, clementer extendit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam in perpetuum suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 26 Junii 1770.

S. Borgia Secret.

(*Vide* Decreta CCCXXIV, CCCXXXIV et CCCXLVI.)

CCCL.

TUSCULANA.

Quum alias Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV ad enixas preces Regiae Celsitudinis Eminentissimi Card. Ducis Eboracensis Episcopi Tusculani benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui in festo S. Matthaei Apostoli vere poenitentes et confessi in quacumque Ecclesia sive intra sive extra Civitatem Tusculanam S. Eucharistiae pabulo refecti fuerint, ac deinde Ecclesiam Cathedralem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei festi in perpetuum duraturam concesserit; ad novas preces dictae Regiae Celsitudinis Eminentissimi Idem Sanctissimus benigne indulsit, si quoties festum S. Matthaei Apostoli in diem jejunii inciderit, Indulgentia Plenaria ut supra concessa, in Dominicam immediate sequentem praedictum festum transferatur, servato in reliquis quoad omnia tenore praedictae concessionis.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 4 Septembris 1770.

S. Borgia Secret.

Vide etiam Decretum CCCXXXVIII.)

Digitized by Google

CCCLI.

ASSISIEN. ORDINIS MIN. OBSER. PROVINCIAE SERAPHICAE.

Ad humillimas preces Custodis et FFr. Conventus Assisiensis S. Damiani Min. Obser. Provinciae Seraphicae Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes et confessi et S. Communione refecti aliquam Ecclesiam sive Regularium, sive Monialium praedicti Ordinis Provinciae Seraphicae devote visitaverint die septima Februarii, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei, clementer concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 4 Septembris 1770.

L. Card. Calinus Praef.
S. Borgia Secret.

CCCLII.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 2 Julii 1669 declaravit celebrationem Missarum Sanctorum Ritus duplicis revera suffragari pro Missis Privilegiato Altari addictis, quod postea etiam declaratum fuit a S. Rituum Congregatione die 5 Aprilis 1687 nec non confirmatum anno subsequenti A. Ven. Innoc. XI pro Dominicis aliisque diebus privilegiatis in quibus Defunctorum Missae celebrari vetitum sit. Deinde Eadem Sac. Congregatio die 20 Julii 1751 declaravit, quod Missae quae celebrantur tempore Officii Generalis pro Defunctis vel in festis Sanctorum ritus duplicis, vel in Dominicis tunc occurrentibus gaudeant Privilegio « Et non obstante clausula » *quandocumque Sacerdos aliquis Missa Defunctorum die.... celebraverit*, etc., in concessione fortasse apposita, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV ex Aud. diei 7 Martii 1771 declaravit « *Constare de privilegio ad formam resolutionum Sac. Congregationis Indulgentiarum* ».

Datum Romae die et anno ut supra.

Julius Caesar De Somalia Secret.

CCCLIII.

MONIALIUM CAPPUCCINARUM.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIV benigne annuit pro extensione Indulgentiae Plenariae in festo titulari cujuslibet Ecclesiae Monialium Cappuccinarum, ubique locorum existentis, et in die decimaquarta mensis Januarii ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus lucrandae, qui vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti aliquam ex praedictis Ecclesiis devote visitaverint, ibique pro aliquo temporis spatio juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Julii 1771.

J. Caesar De Somalia Sac. Cong. Secret.

CCCLIV.

REATINA.

Sanctissimus Dominus Noster benigne annuens pro gratia universis utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti Ecclesiam Minor. Conventualium S. Francisci Reatinae Civitatis in Triduo postremis Octobris diebus celebrando devote visitaverint ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam semel tantum spatio Tridui lucrandam benigne concessit. Monialibus vero, caeterisque in Monasteriis ejusdem Civitatis degentibus, dummodo vere poenitentes, etc. in praedicto Triduo Ecclesiam proprii Monasterii e cratibus devote visitaverint, Indulgentiam similiter Plenariam semel tantum lucrandam impertitus est.

Datum Romae die 17 Septembris 1771.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLV.

Beatissimo Padre.

Il Provinciale della Provincia del Tirolo dell' Ordine de' Frati Min. Cappuccini supplica umilmente la S. V. a degnarsi concedergli in Perpetuo l' Indulgenze delle Stazioni in tutte le Chiese de' Conventi della loro Provincia, che si trovano descritte nel Messalo Romano.

Digitized by Google

Beatissime Pater.

Provincialis provinciae Tyroli Ordinis Fratrum Minorum Cappuccinorum supplicatur humilliter Sanctitatem Vestram ut dignetur ipsis concedere in perpetuum indulgentias Stationum in omnibus ecclesiis conventuum eorum provinciae, quae descriptae sunt in Missali Romano.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui supradictas praefatae Provinciae Ecclesias, singulis Quadragesimae, aliisque anni diebus in Missali Romano descriptis, devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quoties id egerint, ut eas omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur, si eisdem diebus Ecclesias Almae Urbis pro consequendis Indulgentiis Stationum designatas personaliter et devote visitarent benigne concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam in perpetuum suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 7 Junii anno 1775.

J. Caesar De Somalia Secret.

CCCLVI.

FRATRUM CARMELITARUM EXCALCEATORUM CONGREGATIONIS ITALIAE.

Ad humillimas preces Fr. Elisei a Conceptione Procuratoris Generalis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Italiae Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne inclinatus Indulgentiam Plenariam in perpetuum jam concessam Conventui Mexicano Congregationis Hispaniae a fel. rec. Clemente XII die 3 Decembris 1739 in festo S. Teresiae et tota ejus octava, ac Indulgentiam concessam universae Congregationi Hispaniae in festo et in octava Patrocinii S. Josephi B. M. V. Sponsi a s. m. Benedicto XIV die 27 Februarii 1742, pariterque Indulgentiam Plenariam eidem Congregationi Hispaniae die 8 Augusti 1749 ab eodem Pontifice concessam in festo Transverberationis Cordis S. Teresiae; ac denique Indulgentiam Plenariam in festis SS. Joachim et Annae eidem Congregationi Hispanien. ab ipso Benedicto XIV die 18 Martii 1749 concessam clementer extendit ad omnes et singulas Ecclesias Congregationis Italiae, tum Religiosorum, tum etiam Monialium praefati Ordinis sub eorum tamen cura et gubernio existentium. Quam gratiam voluit ipse Sanctissimus suffragari absoluto hoc anno Jubilaei, servato in reliquis tenore assertarum concessionum, ac perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 9 Augusti 1775.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLVII.

VINDANA IN BRITANNIA MINORI.

Dubium 1m *Qui accepit facultatem benedicendi centum Cruces, seu Numismata cum applicatione Indulgentiae Plenariae in articulo mortis, potestne dummodo praescriptum numerum non excedat ad eumdem effectum benedicere Coronas, parvas Statuas, immo et Crucifixos; etiamsi, ut plerumque accidit, Crux sit efformata ex ligno ebore aliave materia fragili, et ad hanc benedictionem inepta; et tantum effigies Christi sit metallica?*

Dub. 2m *Qui accepit facultatem benedicendi tercentum Coronas precatorias cum applicatione Indulgentiarum Divae Birgittae nuncupatarum accepitne eo ipso facultatem benedicendi totidem Rosaria loco Coronarum? Ratio dubitandi est, Rosaria quindecim constare decadibus, et Coronas quinque tantum, unde tercentum Rosaria nongentis Coronis equivalent.*

Dub. 3m *In facultate benedicendi Cruces seu Numismata cum applicatione Indulgentiae Plenariae in articulo mortis, et si nulla de eo fiat mentio, subauditurne hoc additum cum applicatione omnium Indulgentiarum in elencho recensitarum?*

Dub. 4m *In fine ejusdem elenchi vetat Sanctitas Sua hujusmodi impressionem extra Urbem, haec prohibitio estne mere politica, et ad Ecclesiastici Regni incolas tantum, non ad universos Orbis Fideles directa? Obligatne in conscientia extra fines Romani Imperii?*

Dub. 5m *Benedictio in articulo mortis cum applicatione Indulgentiae Plenariae potestne si sit periculum in mora concedi tum valide, tum licite iis qui etiam culpabiliter non fuerunt ab incepto morbo Sacramentis refecti, vel Poenitentiae, vel Eucharistiae, vel Extremae Unctionis, vel nullo horum, subitoque vergunt ad interitum?*

Dub. 6m *Benedictio supradicta potestne bis aut amplius in eodem morbo qui insperate protrahitur,*

Digitized by Google

impertiri, etiamsi non convaluerit aegrotus? Si possit iterari haec benedictio, quodnam requiritur intervallum inter ejus largitiones?

Dub. 7m *Invocatio saltem mentalis, de qua fit mentio in Brevibus ad Episcopos de hac benedictione missis praescribiturne, quamdiu aegrotus suae mentis est compos, ut conditio sine qua non, ad Indulgentiam vi istius benedictionis lucrandam?*

Dub. 8m *Episcopus ad supradictam benedictionem impertiendam delegatus cum facultate subdelegandi :* primo « *debetne per paucos subdelegare Sacerdotes, ut majus sit benedictionis istius et Indulgentiae huic adnexae desiderium, simul et major utrique concilietur reverentia?* secundo : *potestne omnes suae Dioecesis subdelegare Confessarios, ne etiam una si fieri possit ex suis ovibus tanta privetur gratia?* tertio : *potestne subdelegare omnes directe et speciatim Parochos sive plurimos Sacerdotes in dignitate constitutos, et indirecte et confuse omnes Confessarios hisce verbis* » Dilecto nobis in Christo, etc. te delegamus, eligimus et deputamus, quatenus valeas, etc. insuper quemcumque Confessarium a te ad tui libitum semel vel pluries, et quandocumque opus fuerit, eligendum pariter eligimus et deputamus ad eamdem gratiam conferendam, « *hic subdelegandi modus estne validus?* »

Dub. 9m *Quae in supradictis Brevibus extat clausula* et quoad Moniales illarum Confessarium Ordinarium *Statuitne, tale munus invalide quoad illas exerceri a quolibet Sacerdote (etiam Vicario Generali) deputato ad hanc benedictionem impertiendam, sive omnibus et singulis Fidelibus, in tota Dioecesi sive Monialibus tantum, sive specialiter Moniali hic et nunc aegrotanti, nisi sit illarum Confessarius Ordinarius? Si ita sit, quisnam est ille Confessarius Ordinarius? An qui jurisdictione in illas gaudet ordinaria? An Monasterii de quo agitur Confessarius Ordinarius ? Seu Confessarii Ordinarii, si plures sint? An Monialis Ægrotae Confessarius actualis, sive ejus, qui ante morbum quo laborat, Confessiones acceperit sive non ? Sive sit Monasterii Confessarius Ordinarius, sive non ?*

Sacra Congregatio, audito quoque Sanctissimo Domino Nostro, respondit.

Ad 1m Standum verbis Concessionis.

Ad 2m Rosaria et Coronae promiscue accipienda sunt.

Ad 3m Affirmative.

Ad 4m Relatum et servetur Decretum.

Ad 5m Affirmative ad formam Bullae Benedicti XIV.

Ad 6m Semel in eodem statu Morbi.

Ad 7m Affirmative.

Ad 8m Affirmative ad primam partem ; Negative ad secundam ; Affirmative ad tertiam partem quoad Parochos speciatim Ruri degentes.

Ad 9m Facultas pro Confessario Ordinario tantum.

Ita Sacra Congregatio diei 20 Septembris 1775.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLVIII.

URBIS.

Cum sicut ab Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali Carolo Victorio Amadeo de Lanceis humillime exponebatur, probe portas Ecclesiae sui tituli S. Praxedis de Urbe duo reperiantur lapidea Monumenta, in quibus asseritur, duodecim mille annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam ac tertiae partis peccatorum remissionem lucrandam quotidie, fuisse concessam ; cumque de canonica hujus gratiae concessione nullum authenticum documentum proferri, imo ex reformationibus circa Indulgentiarum concessiones pluries a Summis Pontificibus factis, de illarum valore prudenter dubitari possit ; ex quo praedictus Eminentissimus pro nova Indulgentia Plenaria perpetua supplex orabat. Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI has preces me infrascripto S. Congregationes Indulgentiarum Secretario in Audientia die 23 Septembris anni Jubilaei 1775 referente ad novam gratiam impertiendam benigne inclinatus juxta votum concessit, ut dummodo praefati duo Lapides prius amoveantur, omnes et singuli utriusque sexus Christifideles vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti, qui in quocumque anni die supraenunciatam S. Praxedis Ecclesiam devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam semel in anno ab unoquoque Christifideli lucrandam consequi possint, et valeant. Quam gratiam voluit Eadem Sanctitas Sua absque ulla Brevis expeditione suffragari ac perpetuis futuris temporibus absolute tamen hoc anno Jubilaei fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 14 Novembris 1775.

Julius Caesar De Somalia Secret.

CCCLIX.

BONONIEN.

Ad humillimas preces R. P. Abbatis Domini Caesarei Pozzi Congregationis Olivetanae, in quibus

Digitized by Google

supplex orabat, ut Ecclesia Monasterii ejusdem Congregationis sub titulo S. Michaelis in Bosco extra Civitatem Bononiae sita, Privilegio Altarium, nec non Indulgentia Plenaria perpetua decoraretur, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI hujusmodi preces me infrascripto Sac. Congregationis Indulgentiarum Secretario in Aud. diei 23 Septembris anno Jubilaei 1775 referente, benigne concessit, ut omnes et singuli utriusque sexus Christifideles vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti, qui supradictam praefati Monasterii Ecclesiam in quocumque anni die festo devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias apud Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam pro Vivis ac Defunctis in perpetuum valituram, absoluto tamen praesenti anno Jubilaei, incipiendam lucrari possint et valeant. Insuper Eadem Sanctitas Sua clementer indulsit, ut firmo remanente Privilegio Altaris Pietatis inferioris Ecclesiae ejusdem Monasterii, omnia et singula quinque Altaria Ecclesiae superioris, nempe S. Michaelis, S. Franciscae Romanae, S. Caroli, B. Bernardi Ptolomaei, ac Sanctissimi Crucifixi Privilegio quotidiano perpetuo gaudeant pro Missis quae iisdem Altaribus a quocumque Sacerdote sive Saeculari sive Regulari pro animabus Fidelium Defunctorum celebrabuntur, ita ut animae Fidelium, pro quibus Missae fuerint celebratae de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequantur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione; non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque, facta etiam facultate Typis R. C. A. imprimi posse.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 17 Novembris 1775.

L. Card. Calinus Praef.
J. C. De Somalia Secret.

CCCLX.

ORDINIS S. BENEDICTI.

Ad humillimas et enixas preces Sebastiani a Domina Nostra *de Pilar* nuncupat. Monachi Ordinis S. Benedicti Congregationis Nigrorum Monasterii S. Martini de Tibasse in Lusitania Dioecesis Bracharen Poenitentiarii munere functi in Basilica S. Pauli extra muros hujus Almae Urbis, qui supplex petebat ut non modo ipsi sed et Abbati nunc existenti aliisque in futurum extituris, nec non caeteris Monachis ejusdem Monasterii facultas tribueretur benedicendi Numismata et Cruces S. Benedicti nuncupatas, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI eidem Sebastiano, nec non Abbati nunc existenti, aliisque in futurum extituris, caeterisque Monachis Sacerdotibus ipsimet Abbati pro tempore existenti perpetuo subjectis, Numismata, seu Medallias, vel Cruces, aut Cruculas, etc. (ut in Decreto sub numero CCXXVI).

Datum Romae die 20 Januarii 1776.

L. Card. Calinus Praef.
J. C. De Somalia Secret.

CCCLXI.

PASSAVIEN.

Ad humillimas preces Consilii Ecclesiastici Passavien Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne annuens pro gratia omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui Cappellam publicam sub Titulo Sanctissimi Redemptoris Nostri Jesu Christi in Cruce morientis, in novo Infirmorum Nosocomio ejusdem Civitatis ac Dioecesis Passavien sitam, die festo Principaliori in praefata Cappella de licentia Ordinarii celebrando, ac semel tantum ab Eodem designando devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis praefati diei festi, benigne impertitus est. Omnibus vero Infirmis, Inservientibus, ac Benefactoribus ejusdem Nosocomii, ut supra dispositis visitantibus eamdem Cappellam et orantibus die festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis B. M. V., Annunciationis, Assumptionis, et in una ex feriis sextis Quadragesimae ab Ordinario semel tantum designanda, Indulgentiam Plenariam; ac septem annorum totidemque quadragenarum diebus festis Circumcisionis Domini Nostri Jesu Christi, Epiphaniae, Ascensionis, Sanctissimi Corporis Christi, Conceptionis, Visitationis, Purificationis, Praesentationis ejusdem B. M. V., S. Josephi ejus Sponsi, Nativitatis S. Joannis Baptistae, Omnium Sanctorum, et in qualibet Dominica Adventus, et in quacumque alia feria sexta Quadragesimae, incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis praefatorum dierum clementer etiam elargitus est. Ac insuper eisdem Infirmis, Inservientibus ac Benefactoribus praedicti Nosocomii corde saltem contrito ac devote visitantibus eamdem Cappellam in quacumque anni die

Digitized by Google

Indulgentiam bis centum dierum semel tantum in quolibet die lucrandam benigne pariter concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 28 Februarii 1776.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXII.

PASSAVIEN.

Sanctissimus, etc., concessit in eadem Cappella publica Altare privilegiatum quotidianum perpetuum pro Missis, quae a quocumque Sacerdote Saeculari, sive Regulari in suffragium Infirmorum, Inservientium ac Benefactorum ejusdem Nosocomii ex hac vita decedentium in eodem celebrabuntur.

Die 28 Febr. 1776.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXIII.

MONIALIUM URSULINARUM URBIS.

Quum R. Mater Maria Aloysia a S. Josepho in praesens Assistens Monasterii Ursulinarum Urbis humillime exposuerit ejus Institutum S. Sedis Apostolicae beneficentia infrascriptas Indulgentias, ac Spiritualia privilegia identidem obtinuisse; videlicet :

I° Indulgentia Plenaria in diebus festis S. Ursulae, S. Augustini, ac S. Josephi B. M. V. Sponsi; nec non septem annorum totidemque quadragenarum in novem diebus apparationis ante festum ejusdem S. Josephi, semel in die lucranda pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis, ac S. Communione refectis, qui devote in Ecclesiis ejusdem Instituti oraverint juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium.

II° Indulgentia pariter Plenaria in septem principalibus B. M. V. festivitatibus, videlicet in ejus Conceptione, Nativitate, Praesentatione, Annunciatione, Visitatione, Purificatione, et Assumptione pro Monialibus et in earum Monasteriis vel Collegiis degentibus ut supra dispositis et orantibus.

III° Eamdem Plen. Indulg. semel in anno, quando nempe per octo continuos dies eadem Moniales, ac degentes, dispositae ut supra de licentia Ordinarii peregerint Exercitia Spiritualia spatio dictorum dierum semel lucrandam.

IV° Similem Indulgen. Plen. in die qua quinquagesimum Religionis annum quaelibet ex Monialibus ut supra disposita compleverit.

V° Omnes et singulas Indulgentias semel in mense lucrandas, quas Moniales et degentes, etc., consequerentur visitando personaliter septem Altaria in earum Ecclesiis seu intra claustra existentia et ab Ordinario semel tantum designanda.

VI° Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum cum unaquaeque ex praedictis sive Monialibus sive digentibus, etc., per dimidium horae ante Sanctissimum Eucharistiae publicae Venerationi in earum Ecclesiis de licentia Ordinarii expositum pias ad Deum preces effuderint.

VII° Indulgentia bis centum dierum ab iisdem toties lucrandam quoties in proprio Claustro, sive in Cappellis privatis Litanias B. M. V. corde saltem contrito recitaverint.

VIII° Altare Privilegiatum quotidianum pro omnibus Christifidelibus ab Ordinario semel tantum designandum.

Quumque hujusmodi gratiae non pro omnibus ejusdem Instituti Monasterii generaliter concessae; ac nonnullae in perpetuum, aliae ad septemnium valiturae reperiantur, ex quo supplex petebat supraenunciata Oratrix ut concessiones praedictae pro universis sui Instituti Monasteriis perpetuis futuris temporibus possent suffragari.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne annuens pro gratia clementer concessit, ut omnes et singulae suprarelatae Indulgentiae ac Privilegia pro universo Ursulinarum Instituto, ac pro singulis Monasteriis, seu Collegiis tam Claustralibus, quam congregatis ubique terrarum existentibus hactenus erectis et in posterum erigendis tenore quo superius inscriptae reperiuntur, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque, absque ulla Brevis expeditione sint in perpetuum valiturae.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Martii 1776.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXIV.

Beatissimo Padre.

D. Cesare Scarselli Abbate ex Generale della Congregazione de' Monaci di Monte Oliveto rap-

Digitized by Google

presenta come nel tempo del suo Vicariata Generale e Generalato avendo ridotto elegantemente la Grotta ove abitava il B. Bernardo Tolomei Fondatore della medesima Congregazione ad uso di Cappella, ottenne dalla s. m. di Clemente XIII Indulgenza di cento giorni ogni volta che si visitasse la Cappella della S. Grotta, e l'Indulgenza Plenaria una volta l'anno ad elezione di ciascuno, e ciò con Breve per anni dieci. Supplica ora la S. V. per la perpetuità delle suddette Indulgenze e per l'estenzione della Plenaria due volte al mese ad elezione di ognuno coll'Altare Privilegiato perpetuo tanto più che la S. Cappella è lontana dal Monastero in clausura circa 200 *passi, etc.*

Beatissime Pater.

Domnus Caesar Scarselli, Abbas exgeneralis congregationis Monachorum Montis Oliveti exponit tempore sui vicariatus generalis et generalatus se specum in qua habitavit B. Bernardus Ptolomaeus, fundator ejusdem congregationis, eleganter reduxisse ad usum sacelli, atque obtinuisse a fel. rec. Clemente XIII indulgentiam centum dierum pro singula vice qua visitatur sacellum sacrae specus, et indulgentiam plenariam semel in anno ad cujusque electionem, et hoc per breve ad decem annos. Supplicatur nunc Sanctitatem Vestram pro perpetuitate supradictarum indulgentiarum et pro extensione plenariae ad duas vices in mense ad cujusque electionem cum altari privilegiato perpetuo, eo magis quia sacrum sacellum a monasterii clausura longe distat ad 200 circiter passus, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI Oratoris precibus benigne annuens in perpetuum confirmavit ut petebatur omnes et singulas Indulgentias a sa. me. Clemente XIII concessas, quamvis Breve Apostolicum jam antea expirasset. Insuper firma remanente Indulgentia Plenaria perpetua semel in mense lucranda, quam Eadem Sanctitas Sua in Aud. diei 23 Martii hujus anni omnibus utriusque sexus Christifidelibus rite dispositis, ac supraenunciatam S. Specus Cappellam visitantibus et orantibus clementer concessit; eisdem omnibus et singulis Fidelibus qui in solemnitatibus Nativitatis et Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis Resurrectionis et Pentecostes, ac in festo Omnium Sanctorum nec non in diebus Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis et Assumptionis Deiparae Virginis eamdem S. Specus Cappellam vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias apud Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam singulis praefatis diebus lucrandam ac perpetuis futuris temporibus valituram clementer concessit. Tandem Ipse Sanctissimus saepedictam S. Specus Cappellam privilegio quotidiano perpetuo decoravit, pro Missis quae a quocumque Sacerdote Regulari Congregationis Oratricis pro animabus Christifidelium in Purgatorio detentis in eadem Cappella celebrabantur. Voluitque Eadem Sanctitas Sua has gratias non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 20 Aprilis 1776.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXV.

Cum in quibusdam Ecclesiis Cathedralibus quae simul etiam sunt Parochiales exortum fuerit dubium. « *An eaedem Ecclesiae gaudeant duplici Altari Privilegiato, uno a fel. rec. Benedicto PP. XIII concesso omnibus Cathedralibus, altero a sa. me. Clemente PP. XIII qui concessit facultatem de septemnio in septemnium renovandam omnibus Episcopis concedendi Altare Privilegiatum Ecclesiis Parochialibus suarum Dioecesium?* Supplicatur humillime EE. VV. ut dignetur pro spirituali regimine earumdem Ecclesiarum praesens dubium resolvere. Et facta per me infrascriptum Sac. Congregationis Indulgentiarum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione in Audientia diei 18 Septembris 1776 Eadem Sanctitas Sua declaravit Cathedrales Ecclesias, quamvis sint etiam Parochiales, uno tantum gaudere Altari privilegiato, sed illo in perpetuum concesso a Benedicto XIII omnibus Cathedralibus, vel illo a Clemente XIII omnibus Parochialibus impertito, salvis tamen peculiaribus circumstantiis.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 18 Septembris 1776.

J. C. De Somalia S. C. I. Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCCLXXIX.)

CCCLXVI.

NULLIUS DIOECESIS PROVINCIAE STRIGONIEN.

Ad humillimas et enixas preces Domini Danielis Samagi Archi-Abbatis Monasterii S. Martini in Sacro Monte Pannoniae nuncupat. Nullius Dioecesis Provinciae Strigoniensis Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne inclinatus eidem Danieli ejusque successoribus, ac omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus caeterisque Monachis Sacerdotibus ipsimet, et pro tempore existenti Archi-Abbati sub-

Digitized by Google

jectis, Numismata, seu Medallias, vel Cruces, aut Cruculas, etc. (ut in Drecreto sub numero CCXXVI).

Datum Romae die 18 Decembris 1776.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXVII.

ORDINIS SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Ad humillimas preces Fr. Emmanuelis Rovira Procuratoris Generalis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne et ex speciali gratia indulsit, ut omnes et singulae Missae quae a quocumque praedicti Ordinis Sacerdote pro anima Confratris Religiosi, quando viam universae carnis ingressus fuerit, in quolibet Altari cujuscumque Ecclesiae celebrabuntur eodem privilegio gaudeant, eidemque Defuncto perinde suffragentur, ac si ad Altare Privilegiatum celebratae fuissent. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam pro universo Ordine perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 22 Januarii 1777.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXVIII.

URBIS.

Beatissimo Padre.

Il Superiore de' Padri di S. Girolamo della Carità di Roma espone come essendo privilegiato in perpetuo l'Altare che esiste nella Cappella superiore della loro pia Casa, quale fu abitazione per 33 *anni del glorioso loro Fondatore S. Filippo Neri, qual privilegio si estende soltanto ai Religiosi esistenti in detta pia Casa, e desiderando il supplicante che in si santo luogo vengano maggiormente suffragate le Anime del Purgatorio, supplica la S. V. a volersi benignamente degnare di ampliare il sopradetto privilegio a tutti quei Sacerdoti che per propria devozione celebreranno al suddetto Altare.*

Beatissime Pater.

Superior Patrum S. Hieronymi de Caritate Romae exponit in perpetuum privilegiatum esse altare quod existit in sacello superiori piae domus eorum, quod per 33 annos inhabitavit gloriosus eorum fundator S. Philippus Nerius, quod privilegium extenditur tantum ad Religiosos existentes in dicta pia domo; desiderans autem orator ut in tam sancto loco magis succurratur animabus Purgatorii, supplicatur Sanctitatem Vestram, ut dignetur benigne extendere supradictum privilegium ad omnes illos sacerdotes qui ex propria devotione celebrabunt in supradicto altari.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI supradictum privilegium praefato Altari concessum benigne extendit. Valiturum pro omnibus et singulis Missis, quae a quocumque Sacerdote sive Saeculari sive Regulari in eodem Altari celebrabuntur. Quam gratiam voluit perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die 1 Martii 1777.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXIX.

ORDINIS S. BIRGITTAE.

Ad humillimas preces Fr. Matthaei Ludrvig Procuratoris Generalis Ordinis S. Birgittae Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis ac S. Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis etiam Monialium quorumcumque Conventuum dicti Ordinis tam hactenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus diebus quibus commemoratio obitus S. Birgittae praedicti Ordinis Fundatricis, ac S. Catharinae ejus Filiae celebrari contingat, a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces fuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam ac remissionem misericorditer in Domino concessit. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 15 Martii 1777.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXX.

Quamvis Sac. Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita cui demandata est cura circa rectam et prudentem Indulgentiarum administrationem, usque ab anno 1676 interrogata quae essent

Digitized by Google

Indulgentiae Stationum, plenariaene, an partiales, dierum vel annorum decreverit, Indulgentias Stationales simpliciter enunciandas esse, non addendo plenariae illae sint an partiales; attamen cum eidem Sac. Congregationi postmodum innotuerit, nonnullos etiam Ecclesiasticos viros, atque Ecclesiarum Rectores allato Decreto minime acquiescentes, diversimode interpretatos fuisse Indulgentias Stationales, quarum Elenchi typis editi mire inter se discrepantes in vulgus prodierunt; cumque inde relatum fuerit, plurima originem duxisse inter fideles dissidia, abusus et scandala, hinc ut ista penitus amoveantur, utque Christifideles scire possint, quid sibi Indulgentiarum in hujusmodi Stationibus obeundis concessum sit; Sacra Eadem Congregatio habita in Palatio Quirinali die 7 Julii 1777 re, praevio diligenti ac maturo examine, discussa fuit in voto-Consulendum Sanctissimo, praevia revocatione aliarum Indulgentiarum, pro concessione Indulgentiae Plenariae in aliquibus festis solemnibus; Partiales vero in reliquis, ad normam earum, quae conceduntur in Cappellis Pontificiis, videlicet :

In Quadragesima

In Feria IV Cinerum, et Dominica IV Indulgent. quindecim annorum totidemque quadragenarum.

Dominica Palmarum vigintiquinque annorum totidemque quadragenarum.

Feria V in Coena Domini, Plenaria.

Feria VI in Parasceve et Sabbato Sancto triginta annorum totidemque quadragenarum.

In reliquis tam Dominicis, quam Feriis decem annorum totidemque quadragenarum.

In Paschate Resurrectionis D. N. J. C.

In Dominica Indulgentia Plenaria.

In duobus aliis festis diebus immediate sequentibus et per totam octavam usque ad Dominicam in Albis inclusive quotidie triginta annorum totidemque quadragenarum.

Die Ascensionis

Indulgentia Plenaria.

In Pentecoste

In Sabbato ante Dominicam decem annorum totidemque quadragenarum.

In Dominica et aliis infra octavam diebus usque ad Sabbatum inclusive quotidie Indulgentia triginta annorum totidemque quadragenarum.

In Dominicis Adventus

In Dominica I, II et IV Indulgentia decem annorum totidemque quadragenarum.

In Dominica III quindecim annorum totidemque quadragenarum.

In Nativitate D. N. J. C.

In Vigilia, Nocte, ac Missa Aurorae Indulgentia quindecim annorum totidemque quadragenarum.

In die Indulgentia Plenaria.

In subsequentibus tribus diebus festis, et in Circumsione ac Epiphania Domini, nec non in Dominicis Septuagesimae, Sexagesimae, et Quinquagesimae Indulgentia triginta annorum totidemque quadragenarum.

In tribus feriis Quatuor Temporum, decem annorum totidemque quadragenarum.

In festo S. Marci Evang. ac tribus feriis Rogationum Indulgentia triginta annorum totidemque quadragenarum.

Factaque de his omnibus per me infrascriptum ejusdem Sacrae Congregationis Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro in Audientia diei 9 Julii 1777 Sanctitas Sua Ipsius Sacrae Congregationis Votum benigne approbavit, illudque cum novo Indulgentiarum Stationalium praeinserto Elencho publicari mandavit, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 9 Julii 1777.

L. Card. Calinus Praef.
J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXI.

Quum Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae nonnulli porrecti fuerint supplices libelli, in quibus continebantur preces ab aliquibus piis et religiosis viris exaratae vel in memoriam Passionis Christi Domini, vel in honorem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti, vel ad implorandam B. V. Mariae et Sanctorum opem atque intercessionem, pro quibus precibus specialis aliqua dierum vel annorum Indulgentia postulabatur; eadem Sac. Congregatio habita in Palatio Quirinali die

Digitized by Google

7 Julii 1777, ut iisdem instantiis aliisque similibus in posterum faciendis consuleret, decrevit « *Preces in publico recitandae, pro quibus petitur Indulgentia exhibeantur prius Sac. Congregationi Rituum, quibus, si ita Ei visum fuerit, probatis, tunc ab hac Sac. Congregatione examinentur utrum expediat iisdem applicare aliquas Indulgentias* ». De quibus facta relatione Sanctissimo Domino in Audientia habita per me infrascriptum Secretarium die 9 ejusdem mensis et anni, Sanctitas Sua Votum Sacrae Congregationis approbando confirmavit, illudque publicari mandavit, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex eadem Sac. Congregationis Indulgentiarum Secretaria die 9 Julii 1777.

L. Card. Calinus Praef.
J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXII.

ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM MINORUM.

Quum, sicut a Reverendissimo P. Raphaele Benenati Generali Ord. Clericorum Regularium Minorum humillime exponebatur in Ecclesiis sui Ordinis Sacrum et pium Exercitium cum Venerabilis Eucharistiae Sacramenti expositione singulis Feriis secundis totius anni in honorem S. Michaelis Archangeli ejusdem Ordinis Patroni peragi soleat, vel praeviis facultatibus obtentis sit peragendum, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis, ac S. Communione refectis, qui in aliqua ex Ecclesiis hujusmodi ubique locorum existentibus, ac in posterum extituris praefato pio Exercitio devote interfuerint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, a Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam in una ex enunciatis feriis cujuslibet mensis uniuscujusque arbitrio eligenda, ac septem annorum, totidemque quadragenarum in singulis reliquis ejusdem feriis lucrandam concessit. Insuper ad ejusdem Oratoris preces benigne inclinatus, universis pariter Christifidelibus, in qualibet ex supradictis Ecclesiis Sacro Novendiali Praeparationis ad festum Dedicationis praefati S. Archangeli corde saltem contrito ac devote interessentibus, et easdem Ecclesias in diebus pariter Dedicationis, nec non Apparitionis ejusdem Sancti ut supra dispositis visitantibus et orantibus, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis utriusque festivitatis; ac biscentum dierum semel in qualibet die supraenunciati S. Novendialis clementer est impertitus. Voluitque Sanctitas Sua has gratias in perpetuum absque ulla Brevis expeditione fore valituras.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Maii 1778.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXIII.

MONIALIUM URSULINARUM.

Ad humillimas preces R. Matris Aloysiae a S. Josepho Assistentis Monasterii Ursulinarum Urbis, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne inclinatus Indulgentiam Plenariam a s. m. Clemente XIII concessam in omnibus Ecclesiis Monasteriorum seu Collegiorum Monialium Ursulinarum ubicumque locorum existentibus erectis, et in posterum erigendis pro die trigesimaprima mensis Maii, ut ex Decreto S. Congregationis Indulgentiarum die 10 mensis Januarii anno 1769 benigne transtulit ad alium anni diem a Rubricis generalibus non impeditam, quatenus in aliquibus Dioecesibus praefata dies trigesimaprima Maii impedita fuerit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione, et servato quoad reliqua omnia tenore primae concessionis fore valituram.

Datum Romae ex eadem Sac. Congregationis Indulgent. Secretaria die 20 Junii 1778.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXIV.

SEBENICEN.

Cum Antonius Makale Insulae Auri vulgo *de Zlarin* Dioecesis Sebenicen. in Dalmatia humillime exposuerit, quam plurimos utriusque sexus Christifideles ad Parochialem Ecclesiam Sanctae Mariae de Zlarin nuncupat. in Insula ac Dioecesi pradicta existente causa venerandi Sacram B. M. V. de Rosario Imaginem in Altare ejusdem Parochialis Ecclesiae sitam, et ipsius Oratoris, ejusque familiae sumptibus decenter ornatam magna cum devotione confluere; ibique ut cultus B. M. V. magis magisque augeatur, eleemosynas ut in enunciato Altare Missae celebrentur, frequenter relinquere : Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI attentis expositis et ejusdem Antonii Makale precibus benigne annuens clementer concessit praefatum Altare privilegiatum quotidianum; ita ut omnes et singulae Missae, quae a quo-

Digitized by Google

cumque Sacerdote Saeculari vel Regulari pro animabus fidelium in Purgatorio detentis, in eodem Altare singulis anni diebus celebrabuntur, animae hujusmodi pro quibus celebratae fuerint, de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Plenariam Indulgentiam consequantur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 21 Augusti 1779.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXV.

Beatissimo Padre.

Raffaele Maria Benenati de' Chierici Regolari Minori Preposito Generale bramando che nel suo Ordine non s' intiepidisse, ma vieppiù maggiormente si promovesse il distintivo suo pio esercizio della orazione che in giro alternativamente si pratica avanti il Santissimo Sacramento da' suoi Religiosi, supplica la Santità Vostra a degnarsi concedere d'Indulgenza Plenaria ad ogni Religioso che con le necessarie disposizioni e rigore di Regola si eserciterà in tal osservanza. Che della grazia, etc.

Beatissime Pater.

Raphaël Maria Benenati clericorum regularium minorum praepositus generalis, desiderans ut in suo ordine non tepescat sed semper magis magisque promoveatur distinctivum ejus pium exercitium orationis, quae alternatim per vices ab ejus religiosis practicatur ante sanctissimum Sacramentum, supplicatur Sanctitatem Vestram, ut dignetur concedere Indulgentiam plenariam cuicumque religioso, qui cum necessariis dispositionibus et rigore Regulae se exercebit in illa observantia. Et haec est gratia.

Sanctissimus benigne annuens pro gratia omnibus, et singulis supradictis Religiosis, qui in respectivis Ecclesiis Ordinis ubicumque locorum existentibus pium praefatum exercitium juxta eorum Constitutiones devote peregerint, Indulgentiam Plenariam semel in mense lucrandam die uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint et juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, clementer impertitus est. In aliis vero anni diebus corde saltem contrito eisdem praemissa peragentibus Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum benigne elargitus est. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam in perpetuum suffragari.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 22 Augusti 1779.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXVI.

Beatissime Pater.

Fr. Erhardus a Radkerspurgo Minister Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum ad Pedes S. V. humiliter provolutus exponit, qualiter ipse a multis sui Ordinis Religiosis, continuo et instantissime rogetur pro concedenda licentia visitandi Loca Sancta Romae, Laureti, Montis-Varalli, Assisii, et Alverniae, ita ut denegata licentia, ad evitandum Fratrum evagationem, aut ob alia justa motiva, Ipsi novas faciunt instantias, interponendo etiam recommendationes, et Superiorem saepius in angustias reducendo. Idcirco Orator similia inconvenientia, quantum fieri potest impediri desiderans quadam cum recompensatione qua, et ex una parte lucrarentur thesaurum Indulgentiarum Sacrarum, Visitationi memoratorum Sanctuariorum annexarum, et ne ex altera parte a propriis removeant Conventibus. Supplicat humiliter Summam S. V. Clementiam quatenus omnes utriusque sexus Religiosi suae obedientiae subjecti, lucrari possent praefatas Indulgentias mediante quadam devota peregrinatione per sua respectiva claustra, et successiva propriarum Ecclesiarum visitatione, videlicet:

Pro septem Ecclesiis Urbis, eundo per Claustrum septem vicibus, et visitando in fine Sanctissimum Sacramentum.

Pro Sanctuario Laureti eundo ter per Claustrum, et semel visitando Altare aut Imaginem Beatissimae Virginis.

Pro Sanctuario Montis Varalli eundo pariter ter per Claustrum, et visitando Altare, aut Imaginem Crucifixi.

Et demum pro Sanctuario Assisii et Alverniae, eundo similiter ter per Claustrum et visitando Altare, aut Imaginem S. P. Francisci, orando semper in praedictis circuitibus aut peregrinationibus et respective Sacris Visitationibus pro exaltatione S. Matris Ecclesiae, extirpatione Haeresum, conservatione Summi Pontificis, et pro Christianorum Principum Pace et Concordia. Quod Deus.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI attentis expositis, praefati P. Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum precibus annuendo, omnibus et singulis Religiosis Viris, atque Monialibus dicti Ordinis eidem Ministro Generali subjectis unumquodque ex antenunciatis piis exercitiis devote peragentibus, semel in anno eo respe-

Digitized by Google

ctive die, quo praemissa Sacramentali Confessione, sumptaque SS. Eucharistia, et pias ad Deum preces, uti in supplici libello enuntiatur, fundendo, hujusmodi peregerint, Plenariam omnium peccatorum Indulgentiam in forma Ecclesiae consueta, benigne concessit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Septembris 1779.

J. Caesar De Somalia S. C. I. Secret.

CCCLXXVII.

CONGREGATIONIS MONACHORUM CAMALDULENSIUM.

Ad humillimas preces D. Petri Urseoli a Ponte Abbatis Procuratoris Generalis Monachorum Camaldulensium Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI clementer indulsit, ut omnes et singulae Missae, quae juxta Constitutiones vel laudabilem consuetudinem ejusdem Ordinis, sive cujusque hujusmodi Monasterii etiam Monialium ipsius Ordinis Camaldulensium tam erectis, quam erigendis, pro Summis Pontificibus, Cardinalibus, Protectoribus, Episcopis, seu Ordinariis, ipsisque Monachis, et Monialibus, horumque tantum Genitoribus tam defunctis, quam caeteris hujusmodi in posterum ab hac vita decessuris, qui Deo in charitate conjuncti ab hac luce migraverint, celebrari debent vel solent, ad quodcumque Altare Ecclesiae tam Monachorum, quam Monialium praedictae Congregationis celebrabuntur, animae ejusmodi pro qua celebratae fuerint perinde suffragentur, ac si ad Altare Privilegiatum celebratae fuissent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione suffragari.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 19 Februarii 1780.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXVIII.

Suspensae fuerunt a sa. me. Benedicto XIV Reliquiae munitae sigillo, et subscriptae manu Praesulum Lasso de la Vega, Matranga, Molino, Urselli, et Praesulis Gritti, et si deinde cum Praesul Gritti constare fecisset de earum identitate, publicari idem posse permissum fuit.

Non habentur authenticae Reliquiae quarum subscriptio non manu, sed, vulgo *colla Stampiglia*, peracta est, eis tantummodo exceptis tali subscriptione firmatis a Praesule Merani Episcopo Porfiriensi Sacri Palatii Apostolici Sacrista ob suam subscribendi impotentiam.

Neque admittantur, neque uti authenticae agnoscantur Reliquiae Episcoporum in Partibus non Cardinalium quarum subscriptio est sub datum extra Portam Flaminiam, nisi ad hunc effectum specialiter a Sanctissimo fuerint deputati.

Pariter excluduntur ab Authenticis Reliquiae subscriptis a Vicariis Generalibus.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI confirmavit Regulam de qua supra, etc., de rejiciendis authenticis Reliquiarum subscriptis a solis Vicariis generalibus, etc., et quatenus opus esset de novo mandavit.

Datum Romae die Audientiae Sanctissimi 23 Septembris 1780.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXIX.

URBIS ET ORBIS.

1m *An Ecclesiae Cathedrales, quae simul sunt Parochiales e Pontificiis decretis, jus habeant ad duplex Altare Privilegiatum? et quatenus Negative.*

2m *An consulendum Sanctissimo pro hujusmodi concessione?*

Sac. Congregatio diei 10 Septembris 1781 respondit « Ad utrumque Negative ».

(*Vide etiam* Decretum CCCLXV.)

CCCLXXX.

Beatissimo Padre.

L'Abbate Giulio Cesare Cordara di Conio di Calamandrava umilmente rappresenta che per maggiormente eccitare la devozione verso il Principe degli Apostoli nell' animo degli Alessandrini suoi concittadini ha composta l'annessa traduzione in Italiano del nuovo Responsorio publicato per ordine della S. V. siccome l' Oratore è Governatore di una Confraternita a cui è ascritta quasi tutta la nobiltà di Alessandria, procurerà che per la festa della Cattedra Romana vada in Processione a fare la visita della Cattedrale che è dedicata a S. Pietro, sperando che tutte le altre Confraternite, che sono molte, imitino quest'esempio. Quindi avendo risoluto di stampare la sua traduzione a lato dell' Originale latino da cantarsi in quel giorno in Proces-

Digitized by Google

sione, implora dalla Santità Vostra la grazia che le stesse Indulgenze concesse a quelli che reciteranno il Responsorio latino, possano lucrarsi anche da chiunque lo reciterà in italiano.

Abbas Julius Caesar Cordara de Conio de Calamandrava humiliter exponit sese ad magis excitandam devotionem versus Apostolorum principem in animo Alexandrinorum suorum concivium composuisse annexam translationem in linguam Italicam novi Responsorii publicati de mandato Suae Sanctitatis. Cum orator sit Gubernator alicujus confraternitatis, cui adscripta est fere tota nobilitas Alexandriae, curabit ut in festo cathedrae Romanae processionaliter se conferat ad visitandam ecclesiam cathedralem, quae D. Petro dicata est, sperans fore ut aliae confraternitates, quae sunt numero plures, imitentur hoc exemplum. Proinde cum statuerit typis edere suam versionem simul cum originali latino, implorat a Sanctitate Vestra gratiam, ut eaedem indulgentiae concessae iis qui recitabunt Responsorium latinum, possint acquiri etiam per quemcumque qui illud recitabit in lingua Italica.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne annuens pro gratia, omnibus utriusque sexus Christifidelibus supradictae Civitatis Alexandriae devote recitantibus Responsorium in honorem S. Petri Apostolorum Principis italico idiomate exaratum hic authentice adnexum, easdem Indulgentias a Sanctitate Sua pro eodem Responsorio latino idiomate concessas clementer impertitus est, servato quoad reliqua tenore primae concessionis.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 19 Januarii 1782.

J. C. De Somalia Secret.

RESPONSORIO.

Al primo degli Apostolici
Rivolgi i prieghi tuoi
Gran protettor se vuoi
Se vuoi gran difensor.
O Pietro a Cui del Cielo
Le chiavi ha Iddio commesse
Deh' schiudi a noi l' ingresso
Del regno del Signor.

Come il tuo fallo atroce
Già tu piangesti tanto
I nostri noi col pianto
Fà che laviamo ancor.
O Pietro, etc.

Se fur per man d'un Angelo
Le tue catene sciolte
Le nostre pur sian tolte
A Noi per tuo favor.
O Pietro, etc.

O della Chiesa immobile
Colonna e salda pietra
A noi costanza impetra
Contro il protervo error.
O Pietro, etc.

Roma proteggi, in lei
Parla il tuo Sangue ancora
Te pur chiunque onora
Sia per Te salvo ognor.
O Pietro, etc.

Il gregge tuo difendi
La peste ne allontana
E la discordia insana
Ed ogni altro malor.
O Pietro, etc.

Distruggi l' arti e l' ire
Dell' Infernal tiranno
Talchè recarci danno
Non possa il suo furor.
O Pietro, etc.

Fà che nell' ultim' ore
Invano egli ci assaglia
E in quella gran battaglia
Non resti vincitor.
O Pietro, etc.
Gloria Patri et Filio, etc.
O Pietro, etc.
Antiphona, etc.
Oremus, etc.

RESPONSORIUM.

Si vis patronum quaerere,
Si vis potentem vindicem,
Quid jam moraris? Invoca
Apostolorum Principem.
O Sancte coeli Claviger
Tu nos precando subleva :
Tu redde nobis pervia
Aulae supernae limina.
Ut ipse multis poenitens
Culpam rigasti lacrymis
Sic nostra tolli poscimus
Fletu perenni crimina
O Sancte coeli, etc.
Sicut fuisti ab angelo
Tuis solutus vinculis,
Tu nos iniquis exue
Tot implicatos nexibus
O Sancte, etc.
O firma petra ecclesiae
Columna flecti nescia
Da robur et constantiam
Error fidem ne subruat
O Sancte, etc.

Digitized by Google

Romam tuo qui sanguine
Olim sacrasti, protege;
In teque confidentibus
Praesta salutem gentibus
O Sancte, etc.

Tu rem tuere publicam,
Qui te colunt, fidelium;
Ne laesa sit contagiis
Ne scissa sit discordiis
O Sancte, etc.

Quos hostis antiquus dolos
Instruxit in nos, destrue;
Truces et iras comprime,
Ne clade nostra saeviat.
O Sancte, etc.

Contra furentis impetus
In morte vires suffice
Ut et supremo vincere
Possimus in certamine.
O Sancte, etc.
Gloria Patri, etc.
O Sancte, etc.

CCCLXXXI.

Beatissimo Padre.

I Devoti di S. Pietro Apostolo espongono umilmente, essersi degnata la S. V. concedere l' Indulgenza quotidiana di giorni cento a tutti quelli che reciteranno l'annesso Responsorio latino « Si vis Patronum quaerere » *e a quelli di Alessandria recitandolo anche in volgare* « Al primo degli Apostoli » *colla Indulgenza Plenaria nelle feste di S. Pietro in Vincoli, e Cattedra Romana visitando confessati e communicati oltre la recita di detto Responsorio qualche Chiesa o Altare di detto Santo. Perchè la gente non intelligente la lingua latina possa anche profittare di questo spirituale tesoro supplicano dell' ampliazione di detta Indulgenza a tutti quelli che reciteranno detto Responsorio o nell'una o nell'altra lingua, come anche le stesse Indulgenze a quelli che reciteranno ogni giorno l'orazione volgare* « Glorioso S. Pietro » *visitando la Chiesa o Cappella dedicata a detto Santo nelle suddette feste.*

Beatissime Pater.

Devoti erga S. Petrum Apostolum humiliter exponunt Sanctitatem Vestram dignatam fuisse concedere Indulgentiam quotidianam centum dierum omnibus iis qui recitabunt annexum Responsorium latinum « *Si vis patronum quaerere.* » Et etiam Alexandrinis qui illud recitabunt lingua vernacula « *Al primo degli Apostoli* » cum indulgentia plenaria in festis S. Petri ad Vincula, et Cathedrae Romanae, modo confessi et Sacra Communione refecti ultra recitationem dicti responsorii visitaverint aliquam Ecclesiam aut altare ejusdem Sancti. Ut ii qui ignorant linguam latinam possint etiam hujus spiritualis thesauri participes fieri, supplicantur pro extensione praedictae Indulgentiae ad omnes eos qui recitabunt praefatum responsarium in una aut altera lingua; et petunt etiam easdem indulgentias pro omnibus iis qui recitabunt quotidie orationem vernaculam « *O glorioso S. Pietro* » visitando ecclesiam aut capellam dicatam eidem Sancto in praefatis festis.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI petitam ampliationem Indulgentiae benigne concessit pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui antedictum Responsorium latino vel italico idiomate exaratum devote recitaverint, servato in reliquis tenore primae assertae concessionis.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 22 Junii 1782.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXXII.

Beatissimo Padre.

I Padri della Congregazione della Passione di N. S. Gesù Cristo supplicano di concedere ai respettivi Superiori loro la facoltà di erigere nelle Cappelle interiori delle loro case Religiose le Stazioni della S. Via Crucis, onde possano godersi in perpetuo le Indulgenze annesse a detta pia devozione non solo dai Religiosi, ma anche da tutti quelli che si ritirano nelle case della Congregazione per fare gli Esercizi. Supplicano inoltre che V. S. si degni accordare che le Monache Passioniste a somiglianza delle Monache di altri Instituti Regolari siano partecipi di quelle stesse grazie che godono i Religiosi.

Beatissime Pater.

Patres congregationis passionis Domini nostri Jesu Christi supplicantur ut concedatur respectivis superioribus eorum facultas erigendi in capellis interioribus domorum ipsorum stationes S. Viae Crucis, ut in perpetuum lucrifieri possint indulgentiae annexae isti piae devotioni, non solum a Religiosis, sed etiam ab omnibus iis qui se conferent ad domus congregationis ad facienda exercitia. Supplicantur insuper Sanctitatem Vestram ut dignetur concedere ut moniales passionistae ad instar monialium aliorum institutorum Regularium participes fiant earumdem gratiarum quibus gaudent Religiosi.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI humillimis Oratorum precibus benigne annuens facultatem concessit Superioribus Domorum Congregationis pro tempore existentibus erigendi Stationes Viae Crucis in interioribus dictarum Domorum Sacellis.

Digitized by Google

Omnes vero Indulgentias huic S. Operi adjunctas consequi poterunt, tum Religiosi Oratores, quovis tempore, tum Fideles caeteri tempore Exercitiorum Spiritualium, quae in praedictis domibus peraguntur. Insuper Eadem Sanctitas Sua clementer indulsit ut Moniales ejusdem Congregationis omnibus et singulis Indulgentiis quibus gaudet Congregatio Virorum, frui possint et valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 17 Maii 1783.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXXIII.

PLACENTINA.

Cum ad Sac. Congregationem Indulgentiarum delata fuerit controversia inter R. D. Josephum Sormani Praepositum Ecclesiae Parochialis S. Prothasii Civit. Placentinae et RR. PP. Ord. Reformatorum S. Francisci Ven. Conventus nuncupat. *De Campanea* dictae Civitatis, quoad validitatem Indulgentiarum S. Viae Crucis in praefata Parochiali Ecclesia erectae, et hinc propositum Dubium « *An Constet de validitate ejusdem erectionis in casu, etc.* » Eadem Sac. Congregatio particulariter habita die 12 mensis Julii 1783 re mature perpensa ac libratis, quae afferebantur hinc inde rationibus, fuit in voto « Affirmative et consulendum Sanctissimo, vel quatenus opus sit, dignetur impertiri sanationem. » De quibus facta relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VI in Audientia habita die 19 supradicti mensis et anni, Eadem Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne confirmavit, et praefatam Sanationem quatenus opus sit, clementer est impertita.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 19 Julii 1783.

J. C. De Somalia Secret.

CCCLXXXIV.

UNIONE DI TRE PERSONE PIE IN ONORE DELLA SANTISSIMA TRINITA'.

Tre persone unite nel Signore con legami di vicendevole carità s' impegnano spontaneamente, ma senza obbligo veruno di coscienza, a praticare un esercizio di Religione, il quale consiste nell' adorare le tre Divine Persone tre volte il giorno, cioè la mattina, dopo il mezzo giorno, e la sera, recitando ogni volta sette Gloria Patri, etc. *e un* Ave Maria *per adorare anche l'Incarnazione del Verbo, e in onore della Santissima Sua Vergine Madre. Queste preci si potranno porgere o insieme, o separatamente ad arbitrio e secondo l'opportunità.*

Perchè poi la pia unione si perpetui, è necessario che le tre persone associate del fine sopradetto si conoscano vicendevolmente a segno d'essere informate, quand'una di esse venga a mancare, onde le due che restano colla surrogazione di qualche altro cognito ad entrambi risarciscano la perdita fatta. E così regolandosi di mano in mano questa pia Società potrà sussistere finchè durerà il mondo. Così sia.

Questo divotissimo esercizio incominciato in Francia col l' approvazione, e sotto gli auspicj della chiara memoria di Monsignor di Beaumont Arcivescovo di Parigi, dedotto poi a notizia di Sua Santità è stato da Essa benignamente approvato, ed arricchito di Sante Indulgenze con suo Decreto del seguente tenore :

UNIO TRIUM PERSONARUM PIARUM IN HONOREM SANCTISSIMAE TRINITATIS.

Tres personae in Domino conjunctae vinculis mutuae caritatis sponte onus sibi imponunt, sed absque ulla obligatione in conscientia, practicandi exercitium Religiosum, quod consistit in adoratione trium divinarum personarum tribus vicibus in die, id est mane, post meridiem, et vespere, recitando singula vice septem *Gloria Patri* et unum *Ave Maria* ad adorandam etiam incarnationem Verbi, et in honorem sanctissimae Virginis, ejusdem Matris. Hae preces fundi poterunt aut simul aut separatim pro arbitrio et opportunitate.

Ut autem perpetua sit pia unio oportet ut tres personae ad supradictum finem associatae se invicem cognoscant, ut sciant si unam earum deficere contingat, sicque duae superstites subrogando aliam utrique notam jacturae factae suppleant. Et sic rem de manu ad manum ordinando pia haec associatio poterit subsistere, donec subsistat mundus. Ita sit.

Devotissimum hoc exercitium inchoatum in Gallia cum approbatione et sub auspiciis clarissimae memoriae Illustrissimi Domini de Beaumont Archiepiscopi Parisiensis, quod deinde pervenit ad notitiam Suae Sanctitatis, ab eadem benigne approbatum indulgentiisque ditatum fuit per decretum tenoris sequentis :

URBIS ET ORBIS.

Ut erga Sacrosanctam Individuam Trinitatem, et erga Incarnationem Domini Nostri Jesu Christi, praecipua Catholicae fidei Mysteria, itidemque erga Deiparam Virginem in fidelium animis altius defigatur, et adolescat in dies pia devotionis affectio, laudentque Dominum omnes gentes et omnes populi; Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI enixis nonnullorum

Digitized by Google

precibus libentissime annuens omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui ducti spiritu veritatis et charitatis ultro in Sanctam Societatem convenientes terni ad honorem Sanctissimae Trinitatis, et ad quamdam hujus Mysterii significationem, tribus distinctis diei horis, nempe antemeridianis, pomeridianis, et vespertinis, sive conjunctum, sive seorsum singuli septies *Gloria Patri, etc.* et semel *Angelicam Salutationem* corde saltem contriti ac devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum qualibet die, septem vero annorum, totidemque quadragenarum diebus Dominicis benigne concessit. Praeterea iis omnibus, qui piam susceperint consuetudinem hujusmodi preces fundendi quotidie, Indulgentiam Plenariam bis in mense acquirendam, duabus videlicet cujuslibet mensis diebus Dominicis ad arbitrium eligendis, in quibus vere poenitentes confessi, ac Sacra Communione refecti juxta mentem Sanctitatis Suae oraverint per aliquod temporis spatium, amantissime impertitus est. Quod si trium Sodalium quavis de causa quispiam defecerit, qui supererunt, ternarius perpetuo ut constet numerus, alium deinceps in ejus locum sufficere curabunt. Itaque fideles omnes Sanctitas Sua vehementer in Domino hortatur, ut e Sancto hoc atque adeo salutari pietatis in Deum exercitio tantam percipere utilitatem non praetermittant. Quicumque enim id assidue fideliterque praestiterint, sperandum sane iisdem est fore ut praesertim Deiparae Virginis patrocinio ea divinae gratiae consequantur auxilia, quorum ope ad coelestium amorem conversi, et Christianam in terris vitam constanter agant, et euntes de virtute in virtutem gaudiis tandem perfruantur aeternis. Voluit demum Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuam fore, sine ulla Brevis expeditione, et non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 15 Maii 1784.

V. Card. Borromaeus Pro-Praef.
Julius Maria De Somalia Sac. Cong. Indulg. Secret.

CCCLXXXV.

URBIS.

Ad humillimas preces Archiconfraternitatis sub titulo Sanctissimae Trinitatis Peregrinorum ad Convalescentium nuncupat. Urbis Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne inclinatus, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis ac S. Communione refectis, qui Ecclesiam pariter sub titulo Sanctissimae Trinitatis, nec non publicum ejusdem Archiconfraternitatis Oratorium in feriis sextis Quadragesimae devote visitaverint, et juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, Indulgentiam Plenariam fidelibus etiam defunctis applicabilem in qualibet feria sexta Quadragesimae lucrandam benigne concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam in perpetuum absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Decembris 1784.

Th. De Marco Secret.

CCCLXXXVI.

URBIS.

Ad humillimas preces Archiconfraternitatis sub titulo Sanctissimae Trinitatis Peregrinorum et Convalescentium Urbis, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne inclinatus, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis ac S. Communione refectis, qui Ecclesiam Archiconfraternitatis supradictae in solemnitate Sanctissimae Trinitatis, et quinque B. M. V. festis diebus, videlicet Nativitatis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis ac Assumptionis devote visitaverint, et juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, Indulgentiam Plenariam fidelibus etiam defunctis applicabilem incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi cum extensione praefatae Indulgentiae ad singulas respectivas octavas festivitatum earumdem, semel tamen lucrandae infra quamlibet praedictam octavam benigne concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam in perpetuum suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Decembris 1784.

Th. De Marco Secret.

(*Vide* Summarium Indulg. in Appendice, n° XLIV.)

CCCLXXXVII.

ORDINIS B. M. V. DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI ad hu-

Digitized by Google

millimas preces R. P. Petri a Spiritu Sancto Postulatoris Causae B. Mariae Annae a Jesu nomine totius Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis, ac S. Communione refectis, qui die decimaseptima Aprilis cujuslibet anni aliquam publicam Ecclesiam ejusdem Ordinis ubique locorum degentem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei clementer concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Novembris 1785.

Th. De Marco Secret.

CCCLXXXVIII.

ORDINIS B. M. V. DE MERCEDE REDEMPIONIS CAPTIVORUM.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI humillimis precibus R. P. Petri a Spiritu Sancto Postulatoris Causae B. Mariae Annae a Jesu nomine totius Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum benigne annuens, facultatem eidem Ordini jam concessam impertiendi Absolutionem generalem in diebus ejusdem B. M. V. de Mercede, S. Antonii Abbatis, S. Petri Nolasci, feria quarta Cinerum, feria quinta Majoris Hebdomadae, S. Laurentii Mart. et S. Catharinae Virg. juxta formam a sa. me. Clemente X praescriptam, benigne extendit pro die decimaseptima mensis Aprilis cujuslibet anni, et perpetuis futuris temporibus, servata eadem forma valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 4 Februarii 1786.

Th. De Marco Secret.

(*Vide* Summarium Indulg. in Appendice N° XLVIII.)

CCCLXXXIX.

URBIS ET ORBIS.

Ut Beatae Virginis Deiparae et Omnium Sanctorum cultus in dies augeatur et adversantes saeculi conatus conterantur Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI enixis piorum Virorum precibus annuens, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui vero Religionis spiritu ducti corde saltem contrito mane recitabunt Antiph. *Salve Regina*, vespere *Sub tuum praesidium*, cum versiculo *Dignare me, etc.* et versiculo altero *Benedictus Deus in Sanctis suis* Indulgentiam centum dierum qualibet die; septem annorum, totidemque quadragenarum diebus Dominicis concessit. Praeterea iis omnibus qui hujusmodi preces quotidie fuderint, Indulgentiam Plenariam bis in mense acquirendam duabus videlicet cujusvis mensis diebus Dominicis pro arbitrio eligendis, in quibus vere poenitentes, confessi et S. Communione refecti juxta Sanctitatis Suae mentem per aliquod temporis spatium oraverint, benigne impertitus est. Eamdemque Indulgentiam Plenariam cum iisdem conditionibus amantissime concessit in omnibus et singulis B. M. V. festivitatibus nec non in festo Omnium Sanctorum de quorum honore praecipue agitur. Denique singulis fidelibus, qui aut Sacramentaliter confessi et S. Communione refecti, aut saltem corde vere sint contriti Plenariam Indulgentiam in articulo mortis elargitus est.

Curabunt igitur fideles omnes, qui hoc singulari beneficio gaudere voluerint, praemissa diligenter explere, quo facilius ex hac mortali vita ad aeternam Patriam in Societatem B. Virginis et Sanctorum omnium recipi mereantur. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuam fore sine ulla Brevis expeditione, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 5 Aprilis 1786.

V. CARD. BORROMAEUS PRO-PRAEF.

Th. De Marco Secret.

CCCXC.

Beatissimo Padre.

I Devoti del S. Angelo Custode prostrati al Trono della Santità Vostra premesso il bacio del S. Piede, supplicano la Santità Vostra a compiacere i loro vivi desiderii, con aggiungere alla Grazia accordata da Vostra Santità di cento giorni a chi recita l'Angele Dei, *per i fini stabiliti dalla Santità Vostra, con suo Breve, con accordare l' Indulgenza Plenaria in articulo mortis, a chi in vita abbia frequentato la recita dell' Antifona suddetta.*

Beatissime Pater.

Devoti erga sanctum Angelum Custodem coram throno

Digitized by Google

Sanctitatis Vestrae, praevio sacri pedis osculo, supplicantur Sanctitatem Vestram ut dignetur condescendere vividis eorum desideriis, addendo gratiae concessae a Sanctitate Vestra centum dierum pro recitatione orationculae « *Angele Dei* » ad fines a Vestra Sanctitate per breve determinatos, concessionem Indulgentiae plenariae in articulo mortis pro iis qui in vita habuerint consuetudinem recitandi praedictam Antiphonam.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui frequenter ac devote vita eorum durante praefatam Antiphonam *Angele Dei, etc.* recitaverint, Indulgentiam Plenariam in mortis articulo lucrandam dummodo rite dispositi fuerint, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Junii 1796.

J. B. Bussi Secret.

CCCXCI.

ORDINIS SANCTISSIMI SALVATORIS.

Ad humillimas preces R. P. Procuratoris Generalis Ordinis S. Birgittae nuncupat. Sanctissimus Dominus Noster benigne inclinatus omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis, qui Ecclesias publicas tam Patrum, quam Monialium supradicti Ordinis die in qua festum Commemorationis Sanctorum Ordinis ejusdem pro varietate Dioecesum celebrandum devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei festi, fidelibus defunctis quoque applicabilem benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 29 Novembris 1797.

J. B. Bussi Secret.

CCCXCII.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII omnibus utriusque sexus Christifidelibus cuilibet Sodalitati sub Titulo B. M. V. Septem Dolorum canonice tum erectae adscriptis, seu in posterum adscribendis, quae infrascriptas preces authentice recensitas corde saltem contrito devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum in quolibet die semel lucrandam, fidelibus defunctis quoque applicabilem benigne concessit. Insuper eisdem Christifidelibus easdem preces frequenter infra annum recitantibus ac vere poenitentibus confessis ac S. Communione refectis qui aliquam publicam Ecclesiam in festo B. M. V. Septem Dolorum devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam pariter ut supra fidelibus defunctis applicabilem incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis praedicti festi clementer impertitus est. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 28 Februarii 1801.

Petrus Maccarani Secret.

SETTE SALMI

IN MEMORIA DEI SETTE DOLORI DI MARIA SEMPRE VERGINE.

Sancta Maria succurre miseris juva pusillanimes refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen quicumque celebrant tuam Sanctam commemorationem.

Pater, Ave, et Credo, etc.

Antiph. *Voce mea ad Dominum clamavi et exaudivit me.*

Psal. 3. *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, etc.*

Gloria Patri, etc.

Antiph. *Miserere mei et exaudi orationem meam.*

Psal. 4. *Cum invocarem exaudivit me Deus justitiae meae, etc.*

Gloria Patri, etc.

Antiph. *Exaudi Dominevocem deprecationis meae, dum ora ad te.*

Psal. 27. *Ad te Domine clamabo; Deus meus ne sileas a me, etc.*

Gloria Patri, etc.

Antiph. *Inclina aurem tuam ad me accelera ut eruas me.*

Psalm. 30. *In te Domine speravi non confundar in aeternum, etc.*

Gloria Patri, etc.

Antiph. *Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam.*

Psalm. 60. *Exaudi Deus deprecationem meam intende orationi meae, etc.*

Gloria Patri, etc.

Digitized by Google

Antiph. *Ego vero egenus et pauper sum, Deus adjuva me.*

Psal. 69. *Deus in adjutorium meum intende, etc.*

Gloria Patri, etc.

Antiph. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas.*

Psalm. 19. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis, etc.*

Gloria Patri, etc.

℣. *Eripe me de inimicis meis Deus meus.*

℟. *Et ab insurgentibus in me libera me.*

℣. *Deus in adjutorium meum intende.*

℟. *Domine ad adjuvandum me festina.*

℣. *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.*

℟. *Miserere nobis.*

℣. *Exurge Christe adjuva nos.*

℟. *Et libera nos propter nomen tuum.*

℣. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit coelum et terram.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus moestorum consolatio, laborantium fortitudo; perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium, ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse.

Quaesumus omnipotens Deus vota humillium respice, atque ad defensionem nostram dexteram tuae majestatis extende.

Pateant aures misericordiae tuae Domine precibus supplicantium, et ut petentibus desiderata concedas, fac eos quae tibi sunt placita postulare.

Praetende Domine famulis et famulabus tuis dexteram coelestis auxilii, ut te toto corde perquirant, et quae digne postulant consequi mereantur.

Deus refugium nostrum et virtus adesto piis Ecclesiae tuae precibus auctor ipse pietatis et praesta, ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur.

Exaudi Domine preces nostras, ut redemptionis nostrae sacrosancta commercia et vitae nobis conferant praesentis auxilium et gaudia sempiterna concilient.

Concede nos famulos tuos quaesumus Domine Deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa B. Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia et aeterna perfrui laetitia. Per Christum, etc.

℟. *Amen.*

HYMNUS.

Sancta Mater istud agas
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide
Tui Nati vulnerati
Tam dignati pro me pati
Poenas mecum divide
Fac me tecum pie flere
Crucifixo condolere
Donec ego vixero
Juxta Crucem tecum stare
Et me tibi sociare
In planctu desidero.

℣. *Ora pro nobis Virgo dolorosissima*

℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS.

Deus in cujus Passione secundum Simeonis prophetiam dulcissimam animam gloriosae Virginis et Matris Mariae doloris gladius pertransivit; concede propitius, ut qui Transfixionem Ejus et passionem venerando recolimus, gloriosis meritis, et precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter astantium intercedentibus passionis tuae effectum felicem consequamur. Qui vivis et regnas, etc. Amen.

Si dica tre volte

℣. *Virgo Dolorosissima*

℟. *Ora pro nobis.*

℣. *Nos cum prole pia*

℟. *Benedicat Virgo Maria.*

CCCXCIII.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII humillimis precibus a quamplurimis Orbis Catholici Episcopis Sibi porrectis benigne annuens, et ad augendam erga S. Aloysium Gonzagam Juventutis specialiter Patronum devotionem, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote Orationem hic adnexam, ac insimul Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam recitaverint, Indulgentiam centum dierum semel ab unoquoque singulis diebus lucrandam, fidelibus defunctis quoque applicabilem benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione

Digitized by Google

non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgen. die 6 Martii 1802.

Petrus Maccarani Secret.

ORAZIONE.

O Luigi Santo di angelici costumi adorno, io indegnissimo vostro divoto raccomando a voi singolarmente la castità dell' anima e del corpo mio; vi prego per l'angelica vostra purità a raccomandarmi all'Agnello Immacolata Cristo Gesù, ed alla Sua Santissima Madre Vergine de' Vergini, e custodirmi da ogni grave peccato, non permettete che io m' imbratti di macchia alcuna d' impurità; ma quando mi vedrete nella tentazione o pericolo di peccare, allontanate dal cuor mio i pensieri e gli affetti tutti immondi, risvegliando in me la memoria dell' eternità e di Gesù Crocifisso; imprimetemi altamente nel cuore un sentimento di timor santo di Dio, e riscaldandomi d'amor divino con imitara Voi in terra meriti di godere con voi Iddio nel Cielo. Amen.

Pater et Ave, etc.

ORATIO.

O Sancte Aloysi, angelicis moribus ornate, ego indignissimus tuus cliens, singulariter commendo tibi castitatem animae et corporis mei. Oro te per angelicam tuam puritatem ut commendes me Agno immaculato Christo Jesu, et sanctissimae ejus Matri Virgini virginum, et ut custodias me ab omni gravi peccato: ne permittas ut ulla impuritatis macula umquam me coinquinem; sed quando videbis me in tentatione aut peccandi periculo longe repelle a corde meo omnes cogitationes et affectus immundos, excitando in me memoriam aeternitatis et Jesu crucifixi. Profunde imprime cordi meo affectus sancti timoris et fervidi amoris Dei, ut imitando te in terra, merear tecum Deo gaudere in coelo. Amen.

CCCXCIV.

Beatissimo Padre.

Varii Vescovi e Sacerdoti Oratori Umilissimi riverentemente implorano che la S. V. si degni concedere le seguenti Indulgenze per le recita delle Orazioni e Laudi annesse. Primo l'Indulgenza di 60 giorni da guadagnarsi una volta per giorno da chiunque la reciterà divotamente. Secondo l' Indulgenza Plenaria per coloro, i quali nel corso di un anno non interrottamente avranno recitato le suddette orazioni e Laudi, e questa nelle tre sole feste della Natività, Assunzione, e Cuore Santissimo di Maria, purchè oltre alle solite condizioni visitino una qualunque Chiesa dedicata sotto la invocazione della B. V. M. pregando l' Altissimo secondo le intenzioni di V. Santità. Terzo finalmente per tutti quelli che quotidianamente avranno nel corso intiero della loro vita praticato questo esercizio l' Indulgenza Plenaria in punto di morto; e che tutte queste Indulgenze siano applicabili alle anime del Purgatorio. Che della Grazia, etc.

Beatissime Pater.

Plures Episcopi et Sacerdotes, oratores humillimi reverenter postulant ut Sanctitas Vestra dignetur concedere indulgentias sequentes pro recitatione orationis et Laudum annexarum. Primo indulgentiam 60 dierum lucrandam semel in die cuicumque qui illam devote recitaverit. Secundo indulgentiam plenariam iis qui per decursum unius anni absque interruptione recitaverint supradictas orationes et laudes, eamque in solis tribus festis Nativitatis, Assumptionis, et sanctissimi Cordis B. M. V. dummodo ultra solitas conditiones visitent unam quamcumque ecclesiam dedicatam sub invocatione B. M. V. orando Altissimum juxta intentionem Vestrae Sanctitatis. Tertio tandem omnibus iis qui quotidie per integrum cursum vitae suae practicaverint hoc exercitium Indulgentiam plenariam in articulo mortis. Et ut omnes hae Indulgentiae sint applicabiles animabus purgatorii. Et haec est gratia, etc.

ORAZIONE AL SANTISSIMO CUORE DI MARIA.

O Cuore di Maria Madre di Dio e Madre nostra, cuore amabilissimo oggetto delle compiacenze dell' adorabile Trinità a degno di tutta la venerazione, e tenerezza degli Angeli e degli uomini; Cuore il più consimile a quello di Gesù, di cui siete la più perfetta imagine. Cuore pieno di bontà e tanto compassionevole verso le nostre miserie; degnatevi di sciogliere il ghiaccio de' nostri cuori. Fate che sieno interamente rivolti a quello del Divin Salvatore. Infondete in essi l'amore delle vostre virtù. Infiammateli di quel baato fuoco di cui continuo avampaste. Racchiudete in voi la S. Chiesa; custoditela. Siate sempre il suo dolce asilo e la sua torre inespugnabile contro ogni incursione de' suoi nemici. Siate la nostra via per andare a Gesù, e il canale per cui riceviamo tutte le grazie necessarie per salvarci. Siate il nostro soccorso nei bisogni, il nostro sollievo nelle afflizioni, il nostro conforto nelle tentazioni, il nostro rifugio nelle persecuzioni, il nostro ajuto in tutti i pericoli, ma specialmente negli ultimi combattimenti della nostra vita, in tempo di

Digitized by Google

morte, quando tutto l' Inferno si scatenerà contro di noi per rapire le nostre anime, in quel formidabile momento, in quel punto terribile da cui dipende la nostra eternità. Ah si allora o Vergine piissima fateci sentire la dolcezza del Vostro cuore Materno e la forza del vostro potere presso a quello di Gesù, con aprirci nel fonte istesso della misericordia un sincero rifugio, onde possiamo giungere a benedirlo con Voi in Paradiso per tutti i secoli de' secoli. Cosi sia.

LODE AL CUORE DI GESU' E DI MARIA.

Conosciuto, lodato, benedetto, amato, servito, glorificato, sempre, e da per tutto sia il Divinissimo Cuore di Gesù e l' illibatissimo Cuore di Maria. Cosi sia.

ORATIO AD SANCTISSIMUM COR MARIAE.

O cor Mariae, Matris Dei, et Matris nostrae; cor amabilissimum in quo sibi complacuit adoranda Trinitas; cor dignum omni veneratione et tenerrimo amore angelorum et hominum; cor supra omne aliud simile cordi Jesu, cujus es perfectissima imago; cor plenum bonitate et tantopere compatiens nostris miseriis, dignare resolvere glaciem cordium nostrorum : fac ut sint prorsus conversa ad cor Divini Salvatoris. Infunde ipsis amorem tuarum virtutum : inflamma ipsa sacro illo igne quo continuo arsisti. Conclude intra te sanctam ecclesiam; custodi illam. Sis semper dulce ejus azylum, ejusque turris inexpugnabilis contra omnes hostium incursus. Sis nobis via qua tendamus ad Jesum, et canalis, quo recipiamus omnes gratias nobis ad salutem necessarias. Sis nobis in necessitatibus auxilium, in afflictionibus solatium, in tentationibus propugnaculum, in persecutionibus refugium, in omni periculo adjutorium, sed specialiter in ultimo vitae nostrae certamine, in hora mortis, quando infernus totus insurget contra nos ad rapiendas animas nostras; in tremendo hoc momento, a quo dependet aeterna nostra salus. Tunc, ah tunc, Virgo piissima fac nos sentire teneritudinem materni tui cordis, et magnitudinem potentiae tuae in cor Jesu, aperiendo nobis in ipso misericordiae fonte tutum refugium, ut possimus pervenire ad illum tecum in paradiso laudandum per omnia saecula saeculorum. Amen.

LAUS CORDI JESU ET MARIAE.

Cognitum, laudatum, benedictum, amatum, obsequio honoratum et glorificatum semper et ubique sit divinissimum cor Jesu et purissimum cor Mariae. Amen.

Ex audientia Sanctissimi die 18 Augusti 1807 Sanctissimus D. N. benigne annuit juxta petita in perpetuum.

Petrus Maccarani Secret.

CCCXCV.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ad augendam Christifidelium pietatem et devotionem in recolenda sacrosancta illa trium horarum memoria, quibus Salvator mundi Dominus Noster Jesus Christus pro omnibus nobis pependit in Cruce juxta methodum religiose, ac maximo animarum fructu jam introductam et in pluribus Ecclesiis frequentatam in ipsa Feria VI Majoris Hebdomadae : benigne ampliavit, et indulsit, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus in forma Ecclesiae consueta, et ab Apostolica Sede praescripta. Qui singulis annis in ipso Feriae VI Majoris Hebdomadae die per tres continuas diei ejusdem horas se recollegerint, et animo revolvere, ac corde perpendere pro uniuscujusque modulo studuerint, quae tunc pro nobis passus est in Cruce quaeque Sanctissima verba protulit moriens Redemptor mundi : vel privatim vel conjunctim sub proprio Parocho, vel alterius Sacerdotis, aut Ministri directione, aut probati, et devoti alicujus libelli hoc argumentum tractantis subsidio, et Psalmorum, Hymnorum aliarumque vocalium precum supplemento, in Ecclesiis, et Oratoriis Ruralibus et Locorum, vel etiam Civitatum, ubi non celebretur eo tempore pium idem exercitium, vel ob concursum populi, vel loci angustiam aditus ibidem alicui forte non pateat; ne propter haec quisquam fidelium volens et cupiens, tanto Religionis nostrae bono fraudetur, idem Sanctissimus Pater Pius PP. VII indulget, et largitur, ut de spirituali Ecclesiae thesauso Plenariam omnium peccatorum Indulgentiam piissimo huic exercitio publice et solemniter celebrato ab Apostolica S. Sede jam ab anno 1789 concessam et fidelibus etiam defunctis applicabilem, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint in Feria V in Coena Domini vel infra hebdomadam Paschalem, et per aliquod temporis spatium pie oraverint juxta mentem Sanctitatis Suae, eodem modo quisque lucrari possit et valeat ac si solemnioribus iisdem functionibus ubi frequentantur praesens esset.

Mandat insuper, et elargitur idem Sanctissimus Pater, ut in singulis anni sextis Feriis, quisque fidelium qui ejusdem Divini Agonis digne memor, atque devotus per aliquod temporis spatium eodem modo quo supra dictum est pie oraverit; singulis vicibus Indulgentiam biscentum dierum pariter lucrari possit et valeat addendo etiam, quod pro omnibus et

Digitized by Google

singulis anni mensibus, omnes qui continuis praecedentibus Feriis sextis meditaverint et oraverint, in Feria ultima cujuslibet mensis Sexta, pium idem trium horarum exercitium privatim pariter vel conjunctim sancte ac pie renovaverint; eadem in forma similiter Ecclesiae consueta, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint, et ut supra oraverint, Plenariam Indulgentiam, quae pro solemni Feria VI Majoris Hebdomadae concessa est, eodem modo semel in mense consequatur. Praesentibus proprio Sanctitatis Suae Motu et ad plurium Sanctissimi Agonis devotorum preces concessis, et elargitis, absque ulla Brevis expeditione in perpetuum valituris.

Datum Romae die 14 Februarii ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. anno Domini 1815.

J. D. Card. Caracciolo Praef.
Petrus Maccarani Secret.

CCCXCVI.

URBIS ET ORBIS.

Ut flagella Iracundiae Omnipotentis Dei, quae pro peccatis nostris patimur, et iram indignationis suae quam nos meremur averteret, qui hisce potissimum temporibus repentino apoplexiae morbo, sic disponente Deo, corripimur, Davidis sequentes vestigia, qui juxta sermonem Gad quem praeceperat ei Dominus, et ascendit et aedificavit Altare Domino, et obtulit Holocausta et Pacifica et propitiatus est Dominus Terrae, et cohibita est plaga ab Israel; hinc est quod Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII desiderans Domino populum reddere acceptabilem, et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum, et quasi quibusdam allecturus muneribus, Indulgentiis videlicet, et remissionibus invitans, ut exinde reddantur Divinae Gratiae aptiores; omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote infrascriptas preces recitaverint, quoties id egerint, Indulgentiam centum dierum benigne concessit. Iis vero utriusque sexus Christifidelibus quotidie per annum supraenunciatas preces ut supra recitantibus Indulgentiam Plenariam fidelibus quoque defunctis applicabilem, tam in diebus festivitatibus Sanctissimae Crucis, quam in feria quinta et sexta Majoris hebdomadae lucrandam, dummodo vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint, et aliquam publicam Ecclesiam visitaverint ubi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservatur, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint clementer impertitus est. Voluitque Sanctitas Sua perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituras.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Martii 1816.

J. Ph. Card. Scotti Pro-Praef.
Petrus Maccarani Secret.

ORATIONES ET ANTIPHONAE

AD PETENDAM A REPENTINA MORTE LIBERATIONEM ACCOMODATAE, JUSSU S. M. CLEMENTIS XI COLLECTAE A B. JOSEPHO MARIA CARDINALI THOMASI.

Exaudi nos Deus salutaris noster, et ne dies nostros ante finiri jubeas, quam peccata dimittas, et quia in Inferno superflua poenitentia est, et nullum spatium corrigendi; hinc te supplices rogamus, et petimus, ut ubi das spatium supplicandi, jubeas et peccata dimitti. Per Christum Dominum Nostrum.

Averte Domine, quaesumus a fidelibus tuis cunctos miseratus errores, et saevientium morborum repentinam depelle perniciem, ut quos merito flagellas devios, foveas tua miseratione correctos. Per Dominum, etc.

Antiphona.

Anima mea cessa jam peccare; cogita de subitanea transpositione ad aeterna tormenta. Ibi enim non suscipitur poenitentia, nec lucrifaciunt lacrymae. Dum tempus adest convertere, clama dicens, Deus meus miserere mei.

Antiphona.

Media vita in morte sumus, quem quaerimus adjutorem, nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris irasceris? Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte misericors, Salvator amarae morti ne tradas nos.

℣. *Ne subito praeoccupati die mortis, quaeramus spatium poenitentiae, et invenire non possimus.*

℟. *Attende Domine et miserere quia paccavimus tibi.*

OREMUS.

Populum tuum, quaesumus Omnipotens Deus ab ira tua ad te confugientem paterna recipe pietate, ut qui tuae majestatis flagella in repentina morte

Digitized by Google

formidant de tua mereantur venia gratulari. Per Christum Dominum Nostrum.

Ecclesiae tuae, quaesumus Omnipotens Deus placatus intende conventui, et misericordia tua nos potius quam ira praeveniat; quia si iniquitates nostras observare volueris, nulla poterit creatura subsistere; sed admirabili pietate, qua nos fecisti, ignosce peccantibus, ut opera manuum tuarum repentina morte non facias interire. Per Christum Dominum Nostrum.

Exaudi Domine preces nostras et ne velis cum servis tuis adire judicium : quia sicut in nobis nulla justitia reperitur, de qua praesumere valeamus : ita te fontem pietatis agnoscimus : a quo, et a peccatis nostris ablui, et a necessitatibus ac repentina morte liberari confidimus. Per Christum Dominum Nostrum.

Deus sub cujus oculis omne cor trepidat, et omnes conscentiae pavescunt : misericordiam tuam effunde supplicibus, ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non judicium tuum in repentina morte nostra sed Indulgentiam tuam sentiamus. Per Christum Dominum Nostrum.

Alle suddette orazioni raccolte dal Beato Cardinal Tommasi si aggiunge la seguente.

O misericordiosissimo Signore Gesù, per la vostra Agonia e sudore di Sangue per la morte vestra liberatemi, vi supplico dalla morte subitanea ed improvvisa.

O benignissimo Signore Gesù per l' acerbissima e ignominiosissima Flagellazione e Coronazione vostra, per la vostra Croce e Passione amarissima, e per la vostra Bontà umilmente vi prego, che non permettiate, che io improvvisamente muoja, senza i Santissimi Sagramenti passi da questa vita.

O mio amatissimo Gesù Signor mio per tutti i travagli, e dolori vostri per il vostro preziosissimo Sangue, e per le Sagrosante vostre Piaghe, per quelle vostre ultime parole dette in Croce « Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me » *e per le altre* « Padre nelle tue mani raccomando lo spirito mio » *ardentissimamente vi prego di liberarmi da morte repentina. Le vostre mani, o mio Redentore, mi hanno fatto e formato tutto intieramente. Deh non permettete, che io sia colto improvisamente dalla morte. Datemi vi supplico spazio di penitenza, concedetemi un transito felice, ed in grazia vostra, affinchè io vi ami con tutto il cuore, vi lodi, e benedica in eterno. Amen.*

Si reciteranno cinque Pater *ed* Ave *in memoria della passione del Nostro Divin Redentore e tre* Ave Maria *alla Vergine Santissima Addolorata.*

Supradictis orationibus a B. card. Tommasi collectis additur sequens.

O misericordissime Domine Jesu per tuam agoniam et sudorem sanguinis, per mortem tuam libera me, quaeso a subitanea et improvisa morte.

O benignissime Domine Jesu per acerbissimam et ignominiosissimam flagellationem et coronationem tuam, per crucem et amarissimam passionem tuam et per bonitatem tuam, rogo te, ne permittas ut improvise moriar, aut absque Sanctissimis Sacramentis migrem ex hac vita.

O amantissime mi Jesu, Domine mi, per omnes labores et dolores tuos, per pretiosissimum sanguinem tuum, per Sacrosancta tua vulnera, per ista tua ultima verba in cruce prolata « Deus Deus meus ut quid dereliquisti me » et per alia : « Pater in manus tuas commendo spiritum meum » maximo cum fervore te rogo ut liberes me a repentina morte. Manus tuae, mi Redemptor, fecerunt me et plasmaverunt me totum in circuitu, ne permittas ut improvisa mors rapiat me. Da mihi, quaeso, tempus poenitendi, concede mihi felicem vitae exitum in gratia tua, ut toto corde amem, laudem et benedicam te in aeternum. Amen.

Addantur quinque *Pater* et *Ave* in memoriam passionis divini nostri Redemptoris, et tria *Ave* in honorem B. M. V. dolore confixae.

(Sequitur versio Italica.)

Esauditeci o Dio Salvatore Nostro e non comandate che finiscano i giorni nostri avanti che ci cancelliate i peccati e perchè nell'Inferno è opera gittata la penitenza e non v'è spazio di correzione, quindi supplichevoli vi preghiamo e domandiamo che ove ci date tempo di supplicarvi, comandiate che i peccati altresì ci sieno rimessi. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

Togliete o Signore, vi preghiamo, misericordioso dai fedeli vostri tutti gli errori, e de'morbi che incrudeliscono allontanate la improvvisa disavventura, acciocchè quelli che meritamente flagellate con loro ignominia prosperiate corretti con la vostra misericordia. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

Antifona.

Anima mia cessa ormai di peccare, pensa al subitaneo passaggio agli eterni tormenti : imperocchè ivi non si accetta penitenza, nè giovano le lagrime. Mentre vi è tempo convertiti, grida dicendo : Dio mio abbiate misericordia di me.

Antifona.

Nel mezzo della vita siamo alla morte : da chi abbiamo a cercare ajuto, se non da Voi o Signore, che per le nostre colpe sdegnato siete? Santo Dio,

Digitized by Google

Santo forte, Santo misericordioso Salvatore, ad una morte amara non ci abbandonate.

℣. *Perchè subito preoccupati dal di della morte non cerchiamo spazio di penitenza e non possiamo ritrovarlo.*

℟. *Attendete o Signore, e usateci misericordia perchè abbiamo peccato contro di Voi.*

ORAZIONE.

Il popolo vostro dall' ira vostra a Voi ricorrente, vi preghiamo o Dio onnipotente ad accogliere con paterna pietà, acciocchè coloro i quali nella morte improvisa temono i flagelli della vostra Maestà meritino rallegrarsi del vostro perdono. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

All' Adunanza della vostra Chiesa, di grazia Onnipotente Dio, placato volgetevi, e la misericordia vostra ci prevenga piuttosto che l' ira; perchè se vorrete riguardare le nostre iniquità, nessuna creatura potrà sussistere; ma coll' ammirabile pietà con cui ci avete creati perdonate a noi peccatori; acciocchè l'opere delle vostre mani con improvisa morte non facciate perire. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

Esaudite o Signore le nostre preghiere e non vogliate coi vostri servi formare giudizio, perchè siccome in noi non si trova giustizia alcuna di cui possiamo presumere, così neppure conosciamo altra fonte di pietà da cui confidiamo di essere lavati dai nostri peccati e liberati dalla necessità e dalla morte repentina. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

Oh Dio sotto i cui occhi trema ogni cuore e tutte paventano le coscienze; la vostra misericordia diffondete sopra di noi supplichevoli, acciocchè noi, che diffidiamo delle qualità dei nostri meriti, non il vostro giudizio nella morte improvisa ma proviamo il perdono. Per Gesù Cristo Signor Nostro.

CCCXCVII.

Beatissimo Padre.

Desideroso Fr. Stanislao di S. Francesco di Paolo Carmelitano Scalzo che si propaghi la divozione al Mistero della Santissima Trinità siccome anche a tutto il Paradiso, in poche ristrette preghiere; prostrato ai Vostri Santissimi Piedi vi supplica a volervi degnare dell' applicazione di alcune Indulgenze a chiunque reciti le due sequenti antifone, solite recitarsi nell' Officio Divino. Che della grazia.

Beatissime Pater.

Fr. Stanislaus a S. Francisco de Paula Carmelita discalceatus desiderans ut propagetur devotio erga mysterium Sanctissimae Trinitatis et erga totum Paradisum in paucis brevibus orationibus, ad pedes vestros sanctissimos prostratus supplicatur ut dignemini concedere aliquas indulgentias omnibus recitantibus duas sequentes antiphonas in officio divino recitari solitas. Et haec, etc.

Antifona alla Santissima Trinità.

Te Deum Patrem Ingenitum, Te Filium Unigenitum, Te Spiritum Sanctum Paraclitum: Sanctam et Individuam Trinitatem toto corde et ore confitemur, laudamus atque benedicimus, Tibi Gloria in saecula.

℣. *Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.*

℟. *Laudemus et superexaltemus eum in saecula.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in Confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare Unitatem: quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum, etc.

Antifona a tutto il Paradiso.

Angeli, Archangeli, Throni et Dominationes, Principatus et Potestates, Virtutes Coelorum, Cherubim atque Seraphim, Patriarchae et Prophetae, Sancti Legis Doctores, Apostoli, omnes Christi Martyres, Sancti Confessores, Virgines Domini, Anachoritae, Sanctique omnes intercedite pro nobis.

℣. *Omnes Sancti et Sanctae Dei.*

℟. *Intercedite pro nobis.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnium Sanctorum merita nobis prodesse voluisti, quaesumus, ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII piis precibus dilecti Filii Fr. Stanislai a S. Francisco de Paulo Ordinis Carmelitarum Excalceatorum benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui corde saltem contrito antedictas preces, ad gloriam Sanctissimae Trinitatis, et honorem Sanctorum omnium exaratas, quotidie, ac devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum in singulis Dominicis cujuslibet mensis lucrandam benigne

Digitized by Google

concessit. Voluitque autem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram; et (quoniam jam satis super hoc provisum) ne transeat in exemplum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Julii 1816.

Laurentius Mattei Secret.

(*Vide etiam* Decretum CDXLVII.)

CCCXCVIII.

Cum Sac. Congregationi Indulgentiis et Sacris Reliquiis praepositae nonnulli porrecti fuerint supplices libelli in quibus continebantur preces ab aliquibus piis et Religiosis viris exaratae, vel in memoriam Passionis Christi Domini vel Sanctorum, etc. aut in suffragium defunctorum fidelium, etc. pro quibus precibus specialis aliqua dierum, annorum, et etiam Plenaria Indulgentia postulabatur; hinc facto verbo cum Sanctissimo per me infrascriptum Secretarium, ut iisdem instantiis, aliisque similibus in posterum consuleret Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ex Audientia diei 9 Julii 1816 inhaerendo ad decretum sa. me. Pii PP. VI Praedecessoris Sui sub die 7 Julii 1777, et quoniam de his jam satis satisque provisum, illud approbando confirmavit, et publicari mandavit ut in posterum nullae admittantur instantiae, nec concedantur Indulgentiae supplicibus libellis, novas preces continentibus, novasque Indulgentias postulantibus. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Julii 1816.

Laurentius Mattei Secret.

CCCXCIX.

Ut nos in tantis periculis constituti majoribus, spiritualibusque ne destituamur auxiliis, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII de aeterna Christifidelium felicitate procuranda quam maxime sollicitus, et ut erga S. Michaelem Archangelum Coelestis Militiae Principem devotio augeatur, sitque nobis tutamen, atque praesidium; hinc est, quod piorum Virorum et potissimum Confratrum Ven. Archiconfraternitatis S. Mariae Orationis de Urbe, qui praelaudatum S. Archangelum suum in specialem Protectorem venerantur, enixis precibus benigne annuens, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito, ac devote Hymnum, Responsorium, et Antiphonam, ut infra, recitaverint, Indulgentiam biscentum dierum qualibet die benigne concessit. Iis vero, qui per integrum mensem hujusmodi preces quotidie fuderint, Indulgentiam Plenariam semel in quolibet mense die videlicet uniuscujusque arbitrio eligendo, in qua vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint clementer impertitus est. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 6 Maii 1817.

Angelus Costaguti Secret.

HYMNUS.

Te splendor et virtus Patris
Te vita Jesu Cordium
Ab ore qui pendent tuo
Laudamus inter Angelos.
Tibi mille densa millium
Ducum corona militat :
Sed explicat victor Crucem
Michael Salutis Signifer.
Draconis hic dirum caput
In ima pellit tartara
Ducemque cum rebellibus
Coelesti ab Arce fulminat.
Contra ducem superbiae
Sequamur hunc nos Principem
Ut detur ex Agni Throno
Nobis corona gloriae.
Patri simulque Filio
Tibique Sancte Spiritus
Sicut fuit sit jugiter
Saeculum per omne gloria. Amen.

Antiphona.

Princeps gloriosissime, Michael Archangele esto memor nostri, hic et ubique semper deprecare pro nobis Filium Dei. Alleluja, Alleluja.

℣. *In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.*

℟. *Adorabo ad Templum Sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.*

OREMUS.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas; concede propitius, ut a quibus tibi ministrantibus in Coelo semper assistitur,

Digitized by Google

ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum, etc.

CD.

URBIS.

Inter obsequia, quae Sacrosanctis Religionis nostrae divinis Mysteriis Christifideles deferre consueverunt, illud potissimum Deo pergratum, et iisdem utile accidit, ut Passionis Salvatoris Nostri Jesu Christi Mysteria recolentes, et abstrahantur a noxiis, et ad salutaria dirigantur. Qua de re Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ad augendam fidelium devotionem, fovendamque et excitandam memoriam erga Monumenta Passionis Christi, et maxime praeclarum illud Schalae Sanctae, in qua Redemptor Dominus per singulos illius gradus non semel tantum ascendit, et Sanguine Suo pretioso consecravit; volensque ut dignis frequentetur honoribus, et simul fideles ad illud confluentes beneficia majora pertrahant, nec non ad defunctorum fidelium levamen, et solatium redundet; reserandos propterea Sibi esse thesauros Ecclesiae censuit, ac supplicantibus Capituli et Canonicorum Patriarchali Lateranensis Basilicae super hoc porrectis, atque inhaerendo concessionibus fel. rec. Leonis PP. IV et Paschalis PP. II Praedecessorum suorum, qui singulis utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito orantibus, vel meditantibus Passionem D. N. Jesu Christi, et praelaudatam Schalam Sanctam flexis genibus ascendentibus Indulgentiam novem annorum pro qualibet gradu concessere. Easdem Indulgentias Idem Sanctissimus non modo perpetuis futuris temporibus, et absque ulla Brevis expeditione valituras confirmavit, sed quatenus opus sit de novo impertitus est; et ut animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ex hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possint in Domino pariter concessit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Septembris 1817.

J. Ph. Card. Scotti Pro-Praef.
Angelus Costaguti Secret.

CDI.

URBIS ET ORBIS.

Pia Summorum Pontificum cura omnium saluti prospiciens de thesauris Ecclesiae Indulgentias nedum viventibus fidelibus, sed per earum applicationem etiam in Domino defunctis ad relaxationem poenae singulis temporibus elargiri consuevit; eo fortasse pietatis obtentu, ut exutae corporibus animae, quae remissionem sibi emereri non valeant, militantis Ecclesiae collatis suffragiis consequerentur. Volens igitur Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ex Pastorali Officio et Charitate animarum saluti paterne consulere, omnes fideles ad B. Mariae Virginis devotionem invitat, ut ipsa Dei Mater Ejus intercessione validissima, tam fideles in hac vita degentes a malis imminentibus liberare, quàm illos ex isto corporis ergastulo solutos a Purgatorii poenis eripere dignaretur. Nonnullorum piorum Virorum supplicationibus inclinatus, Indulgentiam biscentum dierum a fel. rec. Sixto V et Benedicto XIII omnibus utriusque sexus Christifidelibus, quoties Litanias B. M. Virginis corde saltem contrito ac devote recitaverint, concessam, non modo confirmavit, verum etiam ad tercentum dies pro qualibet vice extendit : Insuper eisdem Christifidelibus, Litanias praefatas quotidie recitantibus, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint et juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam in quinque ejusdem B. M. V. festivitatibus de praecepto in Kalendario Romano descriptis lucrandam, dummodo aliquam publicam Ecclesiam devote visitaverint clementer est alargitus, easdem Indulgentias tam Plenariam, quam Partialem, animabus fidelium defunctorum, ut ad aeternam salutem, per Dei Misericordiam, et Ejusdem B. M. V. merita perduci valeant, applicare etiam posse, et perpetuis futuris temporibus valituras, absque ulla Brevis expeditione peramanter concessit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Septembris 1817.

G. Card. Ab Auria.
Angelus Costaguti Secret.

CDII.

Beatissimo Padre.

I divoti del Sacro Cuore di Gesù il dì 15 *Marzo* 1809 *ottennero dalla S. V. ad septennium per una volta l' anno l' Indulgenza di* 300 *giorni per ogni dì della Novena e Plenaria in un giorno della medesima e fra l' ottava a chiunque de' fedeli che confessato e communicato avesse fatto in onore del Santissimo Cuore di Gesù la tanto lodata Novena del P. Borgo*

Digitized by Google

per uso delle persone Religiose e Secolari. È già da un anno terminato il settennio senza che sieno state confermate l' Indulgenze suddette con discapito de' fedeli vivi e defonti. Inoltre non essendo stato ben inteso il sopradescritto Rescritto si è annunciato al publico con varie ristampe che l' Indulgenza era in perpetuo e che si poteva lucrare due volte l' anno, cioè nella Novena precedente la festa del S. Cuore, un' altra volta fra l' anno ad arbitrio. A riparo per tanto di tali difetti è umilmente pregata la S. V. dai Divoti del S. Cuore di Gesù a degnarsi benignamente accordare in perpetuo la sudd. Indulgenza Plenaria e Parziale tanto nella Novena precedente la festa del Sacratissimo Cuore di Gesù, quanto in altra che se ne faccia fra l' anno.

Beatissime Pater.

Devoti erga sanctissimum Cor Jesu die 15 Martii 1809 obtinuerunt a S. V. ad septemnium semel in anno indulgentiam 300 dierum pro singula die Novenae, et plenariam una die ejusdem et infra octavam cuicumque fidelium qui confessus et sacra Communione refectus fecerit in honorem sanctissimi Cordis Jesu tantopere laudatam Novenam P. Borgo ad usum personarum Religiosarum et saecularium. Jam ab anno finitum est septemnium absque eo quod confirmatae fuerint Indulgentiae supradictae cum damno fidelium vivorum et defunctorum. Insuper cum non bene intellectum fucrit supradictum rescriptum, variis iteratis editionibus publico annuntiatum fuit Indulgentiam esse perpetuam, et acquiri posse bis in anno, id est infra Novenam quae praecedit festum sanctissimi Cordis, et alia vice infra annum ad arbitrium. Ut medeatur talibus defectibus humiliter rogatur Sanctitas Vestru a devotis erga sanctissimum Cor Jesu ut digueur benigne concedere in perpetuum supradictam indulgentiam plenariam et partialem tam in Novena praecedente festum sanctissimi Cordis Jesu, quam in altera quae peragitur de eodem infra annum.

Sanctissimus D. N. Pius PP. VII supraenunciatas Indulgentias tam in Novendiali festum Sanctissimi Cordis Jesu praecedenti, quam in alio infra annum uniuscujusque arbitrio peragendo perpetuis futuris temporibus valituras pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus benigne confirmavit et quatenus opus sit, de novo concessit absque ulla Brevis expeditione, cum facultate etiam supradictas Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi, servato in reliquis tenore primae concessionis.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 13 Januarii 1818.

J. Phil. Card. Scotti.
Angelus Costaguti Secret.

(*Vide etiam* Decretum DXIII.)

CDIII.

ANCONITANA.

Cum ad Sac. Indulgentiarum Congregationem delatum fuerit quaesitum « *An Ecclesia olim FFr. Minorum gaudeat Indulgentiis Ordini praefato concessis, cum idem Ordo non amplius extiterit* » Et hinc proposita dubia : 1° « *Utrum Ecclesia Ord. Min. nunc devoluta Ordinario propter circumstantias, in qua Sacra faciunt Sacerdotes Saeculares, fruatur iisdem Indulgentiis, ut primum, praecipue illa de Portiuncula?* » 2° « *Utrum Ecclesia Ord. Minor. utique vendita, sed Sacerdoti Ord. Min. sine habitu Religionis tradita, gaudeat pariter Indulgentiis supradictis?* » 3° « *Utrum Ecclesia Ord. Min. pariter vendita, ab acquirente curatur, ut Sacra in ipsa aliquando fiant a Presbytero Saeculari, quaeritur an supradictis fruantur Indulgentiis?* » Eadem Sac. Congregatio particulariter habita die 15 mensis Januarii anni 1818, auditis Consultorum votis, re mature perpensa fuit in voto « Negative ad Primum, quoad Indulgentias concessas generaliter vel specialiter omnibus Christifidelibus visitantibus Ecclesias Ord. Min. et ideo etiam quoad illam de Portiuncula; et similiter « Negative, quoad Secundum et Tertium ». De quibus facto verbo cum Sanctissimo in Audientia habita die 10 Februarii 1818 Eadem Sanctitas Sua votum Sacrae Congregationis benigne confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 10 Februarii 1818.

J. Ph. Card. Scotti.
Angelus Costaguti Secret.

CDIV.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces Sacerdotis Fr. Joannis Adalberti Ridrzuchi Congregationis Sanctissimi Redemptoris in Helvetia Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII benigne inclinatus, ipsiusque zelum maxime commendans, qui ad profectum animarum fidelium et ad Omnipotentis Dei misericordiam implorandam, nec non Beatissimae Virginis Mariae Patrocinium obtinendum, aliquas Indulgentias pro recitatione infrascriptarum precum a Christifidelibus lucrifaciendas postulaverit; universis utriusque sexus Christifidelibus, qui preces videlicet « Oratio ad Deum Patrem » *O Pater*, et inde Ja-

Digitized by Google

culatoriam ad B. M. V. *O Beatissima* (ut infra) corde saltem contrito ac devote recitaverint, Indulgentias quadraginta dierum, semel in die ab unoquoque lucrandam benigne concessit. Iis vero Christifidelibus, qui quotidie per mensem supraenunciatas preces recitaverint, Indulgentiam Plenariam die uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint, et aliquam publicam Ecclesiam visitaverint, ibique par aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint clementer etiam impertitus est. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 21 Aprilis 1818.

Angelus Costaguti Secret.

ORATIO AD DEUM PATREM.

O Pater misericordiarum, fons omnis boni! Te supplex exoro per Sacratissimum, Tuique amantissimum Cor Jesu dilectissimi Filii tui Domini et Redemptoris Nostri, in quo tibi semper bene complaces, dignare concedere mihi N. N. gratiam vivae Fidei, firmae Spei, et ardoris Charitatis erga Te et proximum meum; insuper gratiam vere dolendi de omnibus peccatis meis una cum firmissimo proposito Te in posterum numquam offendi: ut secundum Divinum Beneplacitum tuum semper vivere, voluntatem tuam Sanctissimam corde magno, et animo volenti in omnibus adimplere, et in amore tuo usque in finem vitae meae perseverare valeam. Amen.

JACULATORIA AD B. VIRGINEM MARIAM.

O Beatissima Virgo Maria Mater Domini, et Redemptoris mei! Te ergo quaeso, te precor, fac per misericordiam tuam ut in omnibus periculis et necessitatibus animae meae ad te confugiam, te orem, te invocem in auxilium mihi.

CDV.

URBIS ET ORBIS.

Quum Superior et Sacerdotes Ven. Piae Unionis S. Gallae de Urbe enixe deprecarentur, aliquas impertiri Indulgentias a Christifidelibus infrascriptam Jaculatoriam recitantibus, videlicet « *Fiat, laudetur, atque in aeternum superexaltetur justissima, altissima, et amabilissima voluntas Dei in omnibus* » vel italico idiomate « *Sia fatta, lodata, ed in eterno esaltata la giustissima, altissima ed amabilissima volontà di Dio in tutte le cose* » Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII quam Deo gratum, quamque fidelibus utile hoc pium exercitium agnoscens, Oratorum precibus benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui praelaudatam Jaculatoriam corde saltem contrito ac devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum semel in die ab unoquoque acquirendam benigne concessit. Iis vero, qui quotidie pium hoc peregerint exercitium, Indulgentiam Plenariam semel in anno, die videlicet uniuscujusque arbitrio eligenda, in qua vere poenitentes confessi, Sacraque Communione refecti fuerint et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, est elargitus, ac iis qui saepe in vita dictam sacram recitationem absolverint, Indulgentiam Plenariam in mortis articulo lucrandam, dummodo rite dispositi fuerint et mortem de manu Dei aequo animo exceperint, clementer est impertitus. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione, etiam cum facultate praememoratas Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 19 Maii 1818.

Angelus Costaguti Secret.

CDVI.

Ad humillimas preces Nobilis Foeminae Catharinae Soymonoff Gagarin, Civitatis *Pietroburgo* nuncupat. Imaginem Sanctissimi Cordis Jesu de suo Patronatu in publica aliqua Ecclesia fidelium venerationi, ac cultui exponere volentis, proindeque nonnullas a Christifidelibus de thesauro Ecclesiae Indulgentias eamdem Imaginem visitantibus lucrifaciendas obtinere cupientis, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII Oratricis precibus benigne inclinatus omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui praelaudatam S. Iconem decenter collocandam in una publica Ecclesia, ab Ordinario loci, vel Vicario Apostolico pro unica tantum vice designanda devote visitaverint, et Symbolum Apostolorum, videlicet, *Credo* cum versiculo « *Dolce Cuor del mio Gesù, fa ch' io t' ami sempre più* » et unum *Pater et Ave*, corde saltem contrito ac devote recitaverint, Indulgentiam tercentum dierum in qualibet die ab unoquoque acquirendam, benigne concessit. Iis vero Christifidelibus, qui quotidie per

Digitized by Google

mensem praefatas preces effuderint, Indulgentiam Plenariam in festo Sanctissimi Cordis Jesu incipien. a primis vesperis usque ad occasum solis dicti diei, dummodo vere poenitentes, confessi ac Sacra Communione refecti fuerint, et praefatam Ecclesiam visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, clementer etiam impertitus est. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione fore valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 19 Maii 1818.

Angelus Costaguti Secret.

CDVII.

Cum ad Sac. Congregationem Indulgentiarum delatum fuerit quaesitum « *An Religiosus, vel Monialis gratiis spiritualibus, Indulgentiis videlicet, quae a Summis Pontificibus olim familiae concessae reperiuntur, jus suum amittant?* » Eadem Sac. Congregatio particulariter habita, auditis Consultorum votis, et re mature perpensa respondit « Non amittere ». De quo facto verbo cum Sanctissimo per me infrascriptum Secretarium, Eadem Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne confirmavit in Audientia diei 16 Junii 1818.

Datum Romae ex eadem Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 17 Junii 1818.

Angelus Costaguti Secret.

CDVIII.

URBIS ET ORBIS.

Inter tot et tanta quae Omnipotens et Misericors Deus humano generi contulit beneficia, majus et excelsius est salutiferum et mirabile Eucharistiae Sacramentum a Christo Domino institutum, ut arctius Charitatis Suae immensitas fidelium cordibus infigeretur, convenit praeterea, ait S. Thomas, fidelium devotioni solemniter hujus Sacramenti Institutionem recolere, ut ineffabilem modum Divinae Praesentiae in invisibili Sacramento veneremur, utque Dei Potentia laudetur, quae tot mirabilia in eodem Sacramento operatur, nec non et de tam salubri ac suavi beneficio debitae Deo Gratiarum actiones exsolvantur. Hinc est quod Summi Pontifices fideles ipsos ad hoc obsequium praestandum spiritualibus Gratiis et Indulgentiis saepe pluribus modis excitaverint. Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII exoptans pariter ut a fidelibus tantum hoc Sacramentum saepe debitis veneretur honoribus, et memoria hujus Institutionis jugiter recolatur; nonnullorum piorum Ecclesiasticorum Virorum precibus benigne annuens non solum confirmavit eo modo, et forma Partialem et Plenariam Indulgentiam a fel. rec. Pio VI concessas rite dispositis Christifidelibus recitantibus Eucharisticum Encomium « *Sia lodato e ringraziato ogni momento il Santissimo e divinissimo Sagramento* », vel quatenus opus sit de novo in perpetuum concessit; verum etiam Indulgentiam centum dierum pro universis Christifidelibus, quum tempore expositionis Sac. Eucharistiae Sacramenti in Oratione Quadraginta horarum, vel alia de causa peragendae signum campanae per singulas horas atque tempore benedictionis cum Sanctissimo Sacramento in quacumque Ecclesia dari solitum audiverint, et supramemoratum Eucharisticum Encomium corde contrito ac devote recitaverint, benigne pro unaquaque vice lucrandam extendit. Voluitque Sanctitas Sua Indulgentiam hanc animabus fidelium defunctorum per modum suffragii posse applicari, et perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Junii 1818.

Angelus Costaguti Secret.

(*Vide etiam* Decretum CDXVIII.)

CDIX.

URBIS ET ORBIS.

Ex debito Pastoralis Officii ex alto commissi libenter intendentes Romani Pontifices ad Ea per quae erga Augustissimum Sacramentum Eucharistiae Divinus cultus fideliumque devotio ubique suscipiat incrementum fideles ipsos ad aliqua pia opera in obsequium et venerationem hujus Sacramenti exercenda spiritualibus donis invitando, nonnullas Indulgentias saepe saepius concessere atque ampliaverunt. Ita Urbanus IV per suam Bullam incipientem « *Transiturus* » qua festivitatem Corporis Domini instituit, Martinus V, Eugenius IV, Paulus V, Innocentius XI et XII, Benedictus XIV et Pius VI. Ut autem memoria hujus Sacramenti institutionis pro tantis beneficiis humano Generi a Christo Domino collatis jugiter recolatur, et ut a Christifidelibus Redemptori Nostro pro tantis donis debitae

Digitized by Google

gratiarum actiones exsolvere numquam cessetur, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII praeter Indulgentias, sub die 30 Junii 1818 pro Eucharistico Encomio « *Sia lodato e ringraziato ogni momento il Santissimo e Divinissimo Sagramento*, (1) » concessas, nonnullorum Episcoporum ac Ven. Collegii Parochorum Urbis enixis precibus benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito, ac devote Hymnum *Pange lingua* cum suo versiculo et oratione recitaverint, Indulgentiam tercentum dierum; qui vero *Tantum Ergo* solummodo cum suo versiculo pariter et oratione protulerint Indulgentiam centum dierum semel in qualibet die ab unoquoque lucrandam benigne concessit. Iis vero Christifidelibus, qui frequenter vel saltem decies per mensem unum vel alterum pium exercitium peregerint, Indulgentiam Plenariam semel in anno, die unicujuscumque arbitrio eligenda, et in festo Corporis Christi vel in ejus Octava semel tamen spatio praefatorum dierum lucrandam, nec non in Feria V in Coena Domini, dummodo vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint, et aliquam publicam Ecclesiam visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, peramanter elargitus est. Voluitque Sanctitas Sua has Indulgentias tam Plenarias, quam Partiales etiam in suffragium fidelium defunctorum applicabiles, et perpetuis futuris temporibus fore valituras absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Augusti 1818.

Pro R. P. D. Angelo Costaguti Secret.
Petrus Can. Torraca Substitutus.

(1) Sint laudes et gratiae omni momento Sanctissimo ac Divinissimo Sacramento.

CDX.

La Santità di Nostro Signore Pio Papa VII nell' Udienza del di primo Settembre 1818 si è degnata di concedere in perpetuo, che tutte le Indulgenze e remissioni dei peccati, già concedute da' Sommi Pontefici suoi Predecessori a tutti i fedeli Cristiani dell'uno e dell'altro sesso che veramente pentiti, confessati e communicati, pregando secondo l'intenzione del Sommo Pontefice visiteranno le sette Chiese di Roma, cioè *di S. Pietro in Vaticano, di S. Paolo, di S. Sebastiano fuori delle mura, di S. Giovanni in Laterano, di S. Croce in Gerusalemme, di S. Lorenzo fuori delle mura, e di S. Maria Maggiore*, come altresì tutte le Indulgenze parimenti dà suoi Predecessori concedute ai fedeli medesimi i quali come sopra visiteranno i sette altari Privilegiati in S. Pietro in Vaticano, o in qualunque delle sopradette Chiese esistenti, possino anche applicarsi per modo di suffragio alle sante anime del Purgatorio.

Dato in Roma dalla Segretaria della Sacra Congregazione delle Indulgenze. Questo dì 4 Settembre 1818.

I. F. Card. Scotti Pro Pref.
Per Monsig. D. Angelo Costaguti Segret.
Pietro Can. Torraca Sostituto.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa VII in audientia primi Septembris 1818 dignatus est concedere in perpetuum, ut omnes indulgentiae et remissiones peccatorum jam concessae a summis Pontificibus suis praedecessoribus omnibus fidelibus Christianis utriusque sexus qui vere contriti, confessi et sacra Communione refecti, orando juxta intentionem summi Pontificis visitaverint septem ecclesias Urbis Romae, id est, S. Petri in Vaticano, S. Pauli, S. Sebastiani extra muros, S. Joannis in Laterano, S. Crucis in Jerusalem, S. Laurentii extra muros, et S. Mariae Majoris, sicut etiam omnes indulgentiae pariter a suis praedecessoribus concessae iisdem fidelibus qui ut supra visitaverint septem altaria privilegiata S. Petri in Vaticano, aut in quacumque ex supradictis ecclesiis existentia, etiam possint applicari per modum suffragii animabus in purgatorio.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum, hac die 4 Septembris 1818.

CDXI.

Proposito dubio « *Utrum Indulgentiae Viae Crucis adnexae uti caeterae possint noctu obtineri, opera injuncta adimplendo?* » Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita, auditis Consultorum votis respondit « Affirmative » sub die 1 Martii 1819.

Angelus Costaguti Secret.

CDXII.

NOVARIEN.

Quum sicut Episcopus Novarien Servorum Mariae Ordinem in sua Dioecesi minime existere, nec ullam sub hoc titulo Confraternitatem hac de causa erigi posse exposuerit, proindeque ad majorem Dei cultum et B. M. devotionem augendam facultatem postulaverit erigendi Confraternitates seu Uniones sub titulo B. M. V. Septem Dolorum, ac iisdem communicandi Indulgentias praefato Ordini concessas, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII

Digitized by Google

Oratoris precibus benigne inclinatus Eidem facultatem impertitus est erigendi in propria Dioecesi supraenunciatas pias Uniones seu Confraternitates, eisdemque sic erectis omnes et singulas Indulgentias praelaudato Ordini concessas, et in Summario typis recenter edito, et a Sac. Congregatione Indulgentiarum die 12 Augusti 1818 approbato recensitas, facultatem pariter communicandi peramanter concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam donec praedictus Ordo in enunciata Dioecesi restituatur fore tantum valituram, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 16 Martii 1819.

Angelus Costaguti Secret.

CDXIII.

FAVENTIN.

Quum Congregatio quaedam Tertiariorum S. Francisci in Ecclesia S. Antonii Patavini Civitatis et Dioecesis Faventin. canonice reperiatur erecta, sub cura et directione Min. Reformat. et inde PP. Min. Conventual.; ac iterum tandem Min. Observant. qui aliquibus de causis Sacra in dicta Ecclesia non amplius facientes, minime vero regimen et auctoritatem amittentes saeculares Sacerdotes in administratione Ecclesiae in spiritualibus substituerunt.

Non obstante autem regimine, auctoritate et directione Fratrum Min. Observ. hujus praefatae Congregationis Tertiariorum dubitatum tamen fuit, Indulgentias non modo pro Tertiariis, verum etiam pro omnibus Christifidelibus in Ecclesia extitisse, praesertim vero dubium invaluit circa Indulgentiam Portiunculae nuncupat.

Hinc proposito huic Sac. Congregationi Indulgentiarum triplici dubio, videlicet:

1° *An apponere ad Januam Ecclesiae tabellam annunciantem Indulgentias in festis Ordinis, ut fideles omnes et Tertiarii eas consequi possint, amplius liceat?*

2° *An Ecclesiae praefatae S. Antonii, Kalendario Sancti Francisci, ac Missali Seraphico uti permissum sit?*

3° *An fideles, etiam non Tertiarii praelaudatam Ecclesiam visitando die 2 Augusti Indulgentia Portiunculae appellat. frui possint et valeant?*

Eadem Sac. Congregatio Indulgentiarum, auditis Consultorum votis ac re mature perpensa ad tria supraenunciata dubia respondendum censuit.

Et quoad Primum « Non licere apponere ad januam Templi S. Antonii Faventiae Tabellam describentem Indulgentias in festis Ord. Minor. Sancti Francisci ».

Ad Secundum « Affirmative pro Tertiariis dumtaxat, Negative vero pro iis qui Tertio Ordini non sunt adscripti ».

Ad Tertium « Affirmative pro Tertiariis, Negative quoad omnes fideles ».

Factaque de his omnibus per me infrascriptum ejusdem Sacrae Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro in Audientia diei 24 Maii 1819 relatione, Sanctitas Sua ipsius Sacrae Congregationis votum benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum.

B. Card. Naro Praef.
Angelus Costaguti Secret.

CDXIV.

LAURETAN.

Proposito dubio huic Sac. Congregationi Indulgentiarum et Sac. Reliquiarum « *An Sacellum Hospitii, sive Conventus Min. Observant. sub titulo S. Benigni Episcopi et Confessoris in Civitate Lauretana existentis Indulgentia Portiunculae nuncupat. die videlicet secunda Augusti recurrente, aeque gaudeant, ac si foret Ecclesia ejusdem Ordinis, exclusive tamen quoad mulieres ob rationem Clausurae?* » Eadem Sacra Congregatio auditis Consultorum votis, ac re maturo examine perpensa respondit « Negative, et consulendum Sanctissimo pro gratia extensionis Indulti exclusive quoad mulieres ». Hinc facta relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VII per me infrascriptum Secretarium in Audientia habita sub die 15 Junii 1819, Eadem Sanctitas Sua resolutionem Sac. Congregationis adprobavit, et Indulgentiae Pontiunculae Indultum, in die nempe secunda Augusti ab omnibus Christifidelibus, exceptis tamen mulieribus, in praefato Sacello lucrandae, servatis servandis, et perpetuis futuris temporibus valiturum benigne extendit, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum.

J. Ph. Card. Scotti,
Angelus Costaguti Secret.

Digitized by Google

CDXV.

TOLETAN.

Ad humillimas preces Rectoris Ecclesiae Pontificii et Regalis Hospitalis Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in Civitate Matriti in Hispania, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII benigne inclinatus omnes et singulas Indulgentias in infrascripto Summario recensitas, et jam a Praedecessoribus suis praelaudatae Ecclesiae, ut asseritur, concessas clementer confirmavit, et quatenus opus sit de novo et perpetuis futuris temporibus valituris impertitus est, absque ulla Brevis expeditione.

INDULGENTIAE PLENARIAE

Concessae omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis supra enunciatam Ecclesiam devote visitantibus, ac juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie orantibus in sequentibus diebus videlicet :

Januarius.

In festo Circumcisionis D. N. J. C. - In Epiphania Domini.

Februarius.

In festo Purificationis B. M V. - In festo S. Mathiae Apostoli.

Martius.

In festo Annuntiationis B. M. V.

Maius.

In festo SS. Philippi et Jacobi Apostol.

Junius.

In festo S. Barnabae Apostoli. - In festo SS. Apostol. Petri et Pauli.

Julius.

In festo Visitationis B. M. V. - In festo S. Jacobi Apostoli.

Augustus.

In festo Dedicationis S. Mariae ad Nives. - In festo Assumptionis B. M. V. - In festo S. Bartholomaei Apostoli.

September.

In festo Nativitatis B. M. V. - In festo Sanctissimi Nominis B. M. V. - In festo S. Januarii. - In festo S. Matthaei Apostoli.

October.

In festo SS. Simonis et Judae Apostol.

November.

In festo Omnium Sanctorum. - In Commemoratione Fidelium Defunctorum. - In festo Patrocinii B. M. Virg., dummodo etiam Missae Solemni interfuerint. - In festo Praesentationis B. M. V. - In festo Desponsationis B. M. V. - In festo S. Andreae Apostoli.

December.

In festo Conceptionis B. M. V. - In festo Expectationis Partus B. M. V. - In festo S. Thomae Apostoli. - In festo Nativitatis D. N. J. C. - In festo S. Joannis Apostoli.

In festis mobilibus scilicet :

In Dominicis Adventus - Septuagesimae et Quadragesimae. - In Feria V in Coena Domini. - In festo Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, et Dominica Pentecostes. - In Dominica Sanctissimae Trinitatis. - In festo Corporis Domini.

In qualibet die visitantibus septem Altaria in praelaudata Ecclesia existentia, easdem Indulgentias consequi poterunt, ac si visitarent septem Altaria Basilicae Vaticanae Urbis.

Ac tandem Altare Sanctissimi D. N. J. C. in dicta Ecclesia situm est privilegiatum quotidianum in perpetuum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 1 Julii 1819.

B. CARD. NARO PRAEF.
Angelus Costaguti Secret.

CDXVI.

CONFRATERNITATIS CINCTURATORUM.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ad humillimas preces Procuratoris Generalis Ordinis S. Augustini benigne annuens clementer indulsit, ut Confratres et Consorores Confraternitatis *della Cintura* nuncupat. qui FFr. Ordinis S. Augustini vel ejusdem Confraternitatis Ecclesiam ob distantiam locorum diebus in quibus Indulgentiae concessae reperiuntur visitare nequiverint, vel quod aliquibus in locis Ecclesiae praedictae minime existant, easdem Indulgentias lucrari possint, et valeant, dummodo respectivam Parochialem Ecclesiam

Digitized by Google

visitaverint et alia pia opera injuncta fideliter ac devote exequantur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 3 Augusti 1819

Angelus Costaguti Secret.

CDXVII.

URBIS ET ORBIS.

Cum sicut nonnulli Archiepiscopi, Vicarii, Parochi piique viri Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VII exponi fecerunt, quod ad promovendam Christifidelium pietatem (benedicente Deo) aliquas preces, Mysteria S. Infantiae Pueri Jesu complectentes a Christifidelibus meditari, ac recitari optarent, proindeque nonnullas Indulgentias postulabant : hinc Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII Oratorum zelum plurimum in Domino commendans, et Christifidelium devotionem coelestium munerum largitione fovere, ac incitare volens, utque Redemptori Nostro perennes gratiarum actiones a Christifidelibus referantur, quam maxime desiderans, de Omnipotentis Dei misericordia confisus, Oratorum praedictorum supplicationibus benigne annuens, omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui die vigesimaquinta singulorum mensium, in qualibet Ecclesia, seu publico Oratorio, ubi praefatum pium exercitium ut in precibus peragi solet supraenunciatas preces sive Mysteria S. Infantiae Pueri Jesu recitaverint latino vel italico idiomate in apposito libello enunciatas, dummodo vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam clementer impertitus est. His vero Christifidelibus, qui pium hoc exercitium in quacumque anni die corde saltem contrito ac devote peregerint, Indulgentiam tercentum dierum semel in qualibet die ab unoquoque lucrandam peramanter elargitus est. Voluitque Sanctitas Sua supraenunciatas Indulgentias, sive Plenarias sive Partiales perpetuis futuris temporibus fore valituras absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 23 Novembris 1819.

B. Naro Card. Praef.

Angelus Costaguti Secret.

MYSTERIA ET GRADUS SACRAE INFANTIAE D. N. JESU CHRISTI.

Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, etc. un Pater Noster, etc.

1° *Jesu Infans dulcissime e sinu Patris propter nostram salutem descendens, de Spiritu Sancto conceptus, Virginis uterum non horrens, et Verbum Caro factum, formam servi accipiens, Miserere Nostri.* ℟. *Miserere Jesu Infans miserere nostri.* Ave Maria, etc.

2° *Jesu Infans dulcissime per Virginem Matrem tuam visitans Elisabeth, Joannem Baptistam Praecursorem tuum Spiritu Sancto replens, et adhuc in utero Matris suae sanctificans, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

3° *Jesu Infans dulcissime novem mensibus in utero clausus, summis votis a Maria Virgine, et S. Josepho expectatus et Deo Patri pro salute Mundi oblatus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

4° *Jesu Infans dulcissime, in Bethleem ex Virgine Maria natus, pannis involutus, in praesepe reclinatus, ab Angelis annunciatus, et a Pastoribus visitatus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

Jesu sibi sit gloria
Qui natus es de Virgine
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna saecula. Amen.

℣. *Christus prope est.*

℟. *Venite Adoremus.* Pater Noster.

5° *Jesu Infans dulcissime in Circumcisione post dies octo vulneratus, Glorioso Jesu nomine vocatus, et in nomine simul et sanguine Salvatoris officio praesignatus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

6° *Jesu Infans dulcissime, stella duce tribus Magis demonstratus, in sinu Matris adoratus, et misticis muneribus Auro, Thure, et Mirra donatus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

7° *Jesu Infans dulcissime in Templo a S. Matre Virgine praesentatus inter brachia a Simeone amplexatus, et ab Anna Prophetissa Israeli revelatus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

8° *Jesu Infans dulcissime ab iniquo Herode ad mortem quaesitus, a S. Josepho ad AEgyptum cum Matre deportatus, a crudeli caede sublatus, a praeconiis Martyrum Innocentium glorificatus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

Jesu tibi sit gloria, etc. Pater Noster, etc.

9° *Jesu Infans dulcissime in AEgypto cum Maria Sanctissima et Patriarcha S. Joseph usque ad obitum Herodis commoratus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

10° *Jesu Infans dulcissime ex AEgypto cum*

Digitized by Google

Parentibus in terram Israel reversus, multos labores in itinere perpessus, et in Civitatem Nazareth ingressus, Miserere, etc. Ave Maria, etc.

11° *Jesu Infans dulcissime, in S. Nazarena Domo subditus Parentibus, sanctissime commoratus, paupertate et laboribus fatigatus, in sapientiae, aetatis, et gratiae profectu confortatus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

12° *Jesu Infans dulcissime, in Jerusalem duodennis ductus, a Parentibus cum dolore quaesitus, et post triduum cum gaudio inter doctores inventus, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

Jesu tibi sit gloria, etc.

IN FESTO NATIVITATIS DOMINI ET PER OCTAVAM.

℣. *Verbum Caro factum est Alleluja*
℟. *Et habitavit in nobis Alleluja*
(*Per annum dicetur sine Alleluja.*)

IN EPIPHANIA DOMINI ET PER OCTAVAM.

℣. *Christus manifestavit se nobis. Alleluja.*
℟. *Venite adoremus. Alleluja.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, Domine Coeli et Terrae, qui te revelas parvulis, concede quaesumus, ut nos Sacrosancta Filii tui Infantis Jesu Mysteria digno honore recolentes, dignaque imitatione sectantes ad Regnum Coelorum promissum parvulis pervenire valeamus. Per Dominum, etc.

PARAPHRASIS DICTORUM MYSTERIORUM.

℣. *Deus in adjutorium meum intende.*
℟. *Domine ad adjuvandum me festina.*
Gloria Patri, etc. Pater Noster, etc.

IN INCARNATIONE.

1° *O Gesù Bambino dolcissimo, che dal seno del Padre per la nostra salute nell' utero di Maria Vergine discendeste, dove concepito di Spirito Santo la forma di servo Verbo incarnato prendeste, Miserere nostri. Miserere nostri Domine miserere nostri.* Ave Maria, etc.

IN VISITATIONE.

2° *O Gesù Bambino dolcissimo, che per mezzo della vostra Vergine Madre visitaste S. Elisabetta, ed empiendo di Spirito Santo il vostro Precursore S. Giovanni Battista fin dall' utero di sua Madre lo santificaste, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

IN EXPECTATIONE PARTUS.

3° *O Gesù Bambino dolcissimo, che per nove mesi chiuso nell' utero il tempo di nascere aspettaste, ed i cuori di Maria Vergine e di S. Giuseppe d'ardentissimi desiderii inflammaste, e a Dio Padre per la salute del mondo vi offeriste, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

IN NATIVITATE.

4° *O Gesù Bambino dolcissimo, da Maria Vergine in Betlemme nato, con poveri pannicelli fasciato, nel presepio reclinato, dagli Angeli glorificato, e da pastori visitato, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

Gesù a te sia gloria
Che nato sei da Vergine
Col Padre e l' almo Spirito
Pe' sempiterni secoli. Amen.

℣. *Gesù è vicino a noi*
℟. *Venite, adoriamolo.* Pater Noster, etc.

IN CIRCUMCISIONE.

5° *O Gesù Bambino dolcissimo, dopo otto giorni circonciso, col glorioso nome di Gesù chiamato e nel nome insieme e nel Sangue Salvator del mondo preconizzato, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

IN ADORATIONE MAGORUM.

6° *O Gesù Bambino dolcissimo, ai tre Magi da una stella manifestato, nel seno di Maria adorato, d'oro, incenso, e mirra misteriosamente regalato, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

IN PRAESENTATIONE.

7° *O Gesù Bambino dolcissimo, nel tempio da Maria Vergine presentato, dal S. Vecchio Simeone abbracciato, e da Anna profetessa ai Giudei rivelato, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

FUGA IN AEGYPTUM.

8° *O Gesù Bambino dolcissimo, da Erode a morte cercato, da S. Giuseppe in Egitto colla vostra Madre portato, dalla morte colla fuga salvato, e dal Sangue de' Santi innocenti glorificato, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

Gesù a te sia gloria, etc. come sopra. Pater Noster.

MORA IN AEGYPTO.

9° *O Gesù Bambino dolcissimo, che in Egitto*

Digitized by Google

sette anni in esilio dimoraste, dove le prime parole pronunziaste, e sciolto dalle fascie i primi passi faceste, e nella rovina degl' Idoli le prime maraviglie occultamente operaste, Miserere, etc. Ave Maria, etc.

REDITUS EX AEGYPTO.

10° *O Gesù Bambino dolcissimo, che dopo morte Erode, dall' Egitto alla terra d' Isdraele foste richiamato, nel viaggio per molti stenti affaticato, e nella città di Nazaret da Maria Santissima e S. Giuseppe riportato, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

SANCTA CONVERSATIO.

11° *O Gesù Bambino dolcissimo, che nella povera casa di Nazaret santamente conversaste, la vita in soggezione, povertà e fatica menaste, e crescendo in età segni di sapienza e di grazia a Dio ed agli uomini manifestate, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

DISPUTATIO INTER DOCTORES.

12° *O Gesù Bambino dolcissimo, in Gerusalemme di dodici anni condotto, da parenti smarrito, con dolore cercato, e dopo tre giorni disputante con i dottori nel tempio con sommo gaudio ritrovato, Miserere, etc.* Ave Maria, etc.

Gesù a te sia gloria, etc. come sopra.

℣. *Verbum caro factum est, etc. col* ℟. *e* Oremus *come sopra.*

CDXVIII.

URBIS ET ORBIS.

Licet Deus de abundantia suae pietatis, quae merita supplicum excedit, et vota, fidelibus bene servientibus sibi multa majora retribuit, quam valeant promereri; nihilominus Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ut Christifideles, majores uberioresque fructus percipiant, et exinde reddantur Divinae gratiae aptiores, utque de die in diem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti cultus et devotio proficiat incrementum, Decreto Urbis et Orbis sub datum 30 Junii 1818 Indulgentiam centum dierum fidelibus etiam defunctis applicabilem omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote Eucharisticum Encomium recitaverint « *Sia lodato e ringraziato ogni momento il Santissimo e Divinissimo Sagramento* » quoties campana pulsabit in signum Sacramentalis Benedictionis, vel horarum, ubi publicae adorationi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro oratione Quadraginta horarum, sive pro alia quacumque ratione exponitur, benigne in perpetuum concessit. Humillimis modo quorumdam Ecclesiasticorum supplicationibus de novo porrectis, Sanctitas Sua benigne inclinata, eamdem Indulgentiam centum dierum ab omnibus Christifidelibus semel in qualibet Missa tam solemni, quam privata lucrandam, qui dum peracta Consecratione Sacrae Species in altum elevantur, et populo ostenduntur, idem Eucharisticum Encomium ut supra recitaverint, clementer elargitus est. Voluitque Sanctitas Sua praedictam Indulgentiam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii fore applicabilem, et perpetuis futuris temporibus valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 7 Decembris 1819.

Angelus Costaguti Secret.

(*Vide etiam* Decretum CDVIII.)

CDXIX.

URBIS ET ORBIS.

Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae cui demandata est cura circa rectam et prudentem Indulgentiarum administrationem, proposito dubio « *An Indulgentiae aliquibus Crucifixis appositae, et in scriptis, aut typis impressae, realiter existerent? Quae sunt tenoris videlicet:* « *Per facoltà ottenuta dalla Santità di N. S. Pio PP. VII il di primo Giugno* 1804 *confermate con Rescritto* ex Audientia Sanctissimi *dei* 6 *Novembre* 1805 *si accordano le seguenti particolari Indulgenze a questo Crocifisso.* 1° *Indulgenza Plenaria in articulo mortis per chiunque lo bacierà in quegli estremi, e lo avrà sul letto.* 2° *Cento giorni d' Indulgenza da chiunque, ed ogni qualvolta si reciteranno innanzi esso tre* Pater, Ave e Gloria *pregando secondo la mente del Somme Pontefice.* 3° *Altri cento giorni d' Indulgenza da chiunque, ed ogni qualvolta divotamente si bacierà invocando almeno col cuore il suo Santissimo aiuto.* 4° *Indulgenza Plenaria due volte al mese ad arbitrio per chiunque lo avrà seco nell' accostarsi alla C. Communione.* 5° *Benedicendosi con esso il popolo dopo la predica sette anni e sette quarantene d' Indul-*

Digitized by Google

genza per chiunque riceverà questa benedizione. 6° Queste Indulgenze sono annesse immediatamente al Crocifisso, onde non si perdono mutandosi la Croce. 7° Sono in vita de' proprietarii respettivi del Crocifisso. 8° Passano successivamente cogli stessi privilegii in qualunque persona cui il proprietario a suo arbitrio lo leghi, doni, ed impresti. Potrà inoltre il proprietario del Crocifisso (ma non quelli ai quali l' impresterà) trovandosi legittimamente impedito acquistare l' Indulgenza delle Stazioni, dicendo sette Pater *ed* Ave, *e quelle della* Via Crucis *con quattordici* Pater *ed* Ave (1) ». Eadem Sac. Congregatio praevio diligenti examine, et cognita earumdem Indulgentiarum existentia, quamvis per ejusdem Sacrae Congregationis organum concessae non sint; fuit tamen in voto « Consulendum Sanctissimo pro confirmatione seu abrogatione praedictarum Indulgentiarum. Factaque de his omnibus per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro in Audientia diei 21 Decembris 1819, Sanctitas Sua declaravit eas abrogari, et lucrari posse ab iis tantum Christifidelibus qui nunc pro tunc possident Crucifixum, cui adnexae hujusmodi Indulgentiae reperiuntur, eorum vita naturali durante. Prohibet autem eisdem Patronis dictos Crucifixos aliis commodare, donare, aut ratione legati concedere ad affectum lucrandi supradictas Indulgentias.

Quae omnia ut omnibus pateliant, Decreto hujus Sac. Congregationis typis R. C. A. imprimi, et publicari mandavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 22 Decembris 1819.

B. Card. Naro Praef.

Angelus Costaguti Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCLXII.)

(1) « Vi facultatis obtentae a SSmo Dno Nro Pio VII 1 Junii 1804, confirmatae cum rescripto ex audientia Sanctissimi de die 6 Novembris 1805 conceduntur huic Crucifixo sequentes indulgentiae particulares. 1° Indulgentia plenaria in articulo mortis, cuicumque qui illud in extremo illo momento osculabitur, et illud secum habebit in lecto. 2° Indulgentia centum dierum quotiescumque aliquis coram eo recitaverit tria *Pater*, *Ave*, et *Gloria* orando secundum intentionem summi Pontificis. 3° Alia indulgentia centum dierum quotiescumque aliquis illud devote osculatus fuerit, invocans saltem mentaliter ejus sanctissimum auxilium. 4° Indulgentiam plenariam bis in mense ad electionem, cuicumque qui illud secum habens sacram Communionem sumpserit. 5° Benedicendo cum eo populum post praedicationem Indulgentia septem annorum et septem quadragenarum omnibus qui illam benedictionem acceperint. 6° Hae indulgentiae immediate annexae sunt Crucifixo, unde non amittuntur per mutationem crucis. 7° Sunt ad vitam proprietariorum respectivorum crucifixi. 8° Transeunt successive cum iisdem privilegiis ad quamcumque personam, cui proprietarius pro arbitrio suo illum legat, dat, aut commodat. Poterit insuper proprietarius crucifixi (sed non ii quibus illum commodabit) si fuerit legitime impeditus lucrari indulgentias Stationum, dicendo septem *Pater* et *Ave* et illas Viae Crucis cum quatuordecim *Pater* et *Ave*. »

CDXX.

URBIS ET ORBIS.

In facultate concessa benedicendi Coronas, Rosaria, Cruces, Numismata, etc. et iisdem applicandi Indulgentias expresse dicitur, quod ab hujusmodi benedictione Sanctitas Sua rejicit Imagines sive impressas, sive depictas, nec non Cruces, Crucifixos, parvas Statuas, Numismata vulgo *Medaglie* nuncupatae quae ex ferro, stanno, plumbo, vel ex fragili materia facilisque consumptionis conficiuntur. Hinc proposito dubio huic Sac. Congregationi Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum :

1° *An ab hujusmodi benedictione rejiciantur etiam Coronae seu Rosaria, quae ex ferro, stanno, plumbo vel ex fragili materia facilisque consumptionis conficientur?*

2° *Specialiter an possint applicari Indulgentiae Coronis ex vitro, seu crystallo confectis?*

3° *An uni et eidem rei, puta, uni Coronae, possint applicari Indulgentiae diversae* v. g. *Indulgentiae dictae Apostolicae, et Indulgentiae dictae S. Birgittae.*

4° *An recitans alternatim cum socio Orationem, cui applicatae sunt Indulgentiae* v. g. *Coronam vel Salutationem Angelicam, dictam* Angelus Domini *possit lucrari Indulgentias huic orationi applicatas?*

Eadem Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, et re mature perpensa, respondit ad primum « Negative » ad secundum « Affirmative, dummodo globuli sint ex vitro solido, atque compacto » ad tertium « Affirmative, dummodo renoventur opera injuncta iterabilia » ad quartum « Affirmative ».

Factaque de his omnibus relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VII per me infrascriptum Secretarium in Audientia habita die 29 Februarii, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis die prima Martii 1820.

B. Card. Naro Praef.

Angelus Costaguti Secret.

Digitized by Google

CDXXI.

DITIONIS HOLLANDIAE.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ex Paternae Charitatis officio quo universos fideles in Deo complectitur de aeterna eorum felicitate procuranda, quam maxime sollicitus; cum a Parocho Marquet Ecclesiae S. Petri Urbis Bullonii in Hollandiae Regno, expositum fuerit facultatem jam obtinuisse erigendi Confraternitatem in sua Parochiali Ecclesia sub titulo *Boni Pastoris* nuncupat. ad effectum orandi pro peccatorum salute; nec non obtinuisse nonnullas Indulgentias statutis diebus lucrandas, sed sicuti fideles in aliis Parochiis seu locis existentes Indulgentias praefatas lucrari minime possint, ob clausulam in concessionibus appositam de visitando Ecclesiam ubi Confraternitas praedicta reperitur erecta; hinc humillimis precibus Oratoris, Sanctitas Sua benigne annuens, omnibus Confratribus ac Consororibus praelaudatae Confraternitatis, canonicae tamen erectae adscriptis ac in posterum adscribendis, qui legitime impediti, vel ob locorum distantiam Ecclesiam Parochialem, in qua Confraternitas erecta reperitur statutis diebus visitare nequiverint, clementer indulsit, ut easdem omnes et singulas Indulgentias quibus gaudent caeteri Confratres, et Consorores, lucrari possint et valeant, dummodo omissa visitatione praedictae Parochialis Ecclesiae, diebus quibus Indulgentiae concessae reperiuntur, visitent Ecclesiam quamcumque uniuscujusque arbitrio eligendam, et alia pia opera a Confessario injungenda fideliter ac devote exequantur. Insuper Indulgentias partiales jam obtentas in quatuor festivitatibus, videlicet Nativitatis B. M. V., Conversionis S. Pauli, S. Francisci Xaverii, et S. Monicae ac Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis praedictorum festorum, dummodo Christifideles vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, benigne extendit. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 21 Martii 1820.

Angelus Costagùti Secret.

CDXXII.

URBIS ET ORBIS.

Cum in concessionibus Indulgentiarum, nonnullae pro earum consequutione, generaliter apponi soleant conditiones, juxta veterem praxim et intentionem Summi Pontificis concedentis, quibus non adimpletis, Indulgentiae praefatae lucrari nullatenus possunt. Hujusmodi est aliquarum Indulgentiarum concessio, quam Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII elargitus est cum extensione ad totam octavam festi. Hinc oriuntur infrascripta dubia, quae Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae explicanda proponuntur. Videlicet 1° *An cum inter caeteras conditiones praescriptas, auditio Sacri Solemnis requiratur; istud vero diebus feriatis infra octavam, exceptis Cathedralibus Ecclesiis, vix alibi, praesertim Ruri celebrari soleat; Indulgentiae hae diebus infra octavam feriatis, caeteris conditionibus adimpletis, auditione etiam Missae lectae, et non solemnis lucrifieri possint?*

2m *An ex intentione Concedentis per Solemne Sacrum juxta Lyturgistas, Sacrum cum thurificationibus et assistentiis intelligi debeat?*

3m *An Sacrum cantatum prout Ruri in Ecclesiis Parochialibus diebus Domini, et festis absque praedictis ritibus celebrari solet sufficiat?*

4m *Qui sit super his Romae sensus et quae consuetudo?*

Eadem S. Congregatio auditis Consultorum Votis, et re mature perpensa, respondit

Ad 1m Negative, et consulendum Sanctissimo pro declaratione, vel extensione appositae conditionis, ad Missas lectas in diebus, Ecclesiis et locis, in quibus Missa cum cantu non celebratur.

Ad 2m Consulendum Sanctissimo.

Ad 3m Provisum in antecedentibus.

Ad 4m Sensus est quod ad lucrandas Indulgentias implendae sunt conditiones appositae, et haec nedum Romana consuetudo, verum etiam est Regula ubique servanda.

Factaque de his omnibus relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VII in Audientia habita die 21 mensis Martii anni 1820 per me infrascriptum Secretarium; Eadem Sanctitas Sua Congregationis Votum benigne approbavit, et insuper quoad primum et secundum concessit et declaravit, quo ad effectum lucrandi Indulgentias in casu appositae condi-

Digitized by Google

tionis, ubi cantatur Missa sine Sacris Ministris, nec adhibitis thurificationibus satis erit, huic assistere, et audire Missam lectam in diebus, Ecclesiis et locis, ubi Missa cum cantu minime celebratur.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulg. die 11 Aprilis anni 1820.

B. Card. Naro Praef.
Angelus Costaguti Secret.

CDXXIII.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote infrascriptam Orationem in quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, et ab Ordinario loci approbata cum quinque *Pater*, *Ave* et *Gloria* recitaverint Indulgentiam tercentum dierum, semel in qualibet die acquirendam benigne concessit. His vero qui quotidie infra mensem eamdem Orationem recitare de more habuerint Plenariam Indulgentiam in una ex ultimis tribus singulorum mensium diebus, uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, clementer est elargitus, cum facultate easdem Indulgentias applicandi in suffragium fidelium defunctorum. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Augusti 1820.

B. Card. Naro Praef.
Angelus Costaguti Secret.

ORATIO

IN MEMORIAM PASSIONIS ET MORTIS D. N. J. C. QUAE AD OMNIUM INTELLIGENTIAM ETIAM IN LINGUAM LATINAM TRANSLATA DATUR.

Deus qui pro Redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis, et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, Cruci clavis affigi, in Cruce levari, inter latrones deputari, felle et aceto potari, et lancea vulnerari. Tu Domine per has sanctissimas poenas tuas, quas ego indignus recolo et per S. Crucem et mortem tuam libera me (1) (et hunc famulum tuum N. agonizantem) *a poenis inferni et perducere digneris quo perduxisti latronem tecum crucifixum, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.*

Addantur quinque Pater, Ave et Gloria.

Signor mio Gesù Cristo, che per redimere il mondo, voleste nascere tra noi passibile e mortale, essere circonciso, riprovato e perseguitato dai Giudei, tradito da Giuda vostro discepolo con un sacrilego bacio, e qual' Agnello mansueto ed innocente con funi legato ed obbrobriosamente trascinato ai tribunali di Anna, Caifasso, Pilato et Erode, voleste da' falsi testimonii essere accusato, straziato dai flagelli, e coronato di spine, percosso con schiaffi, insultato con sputi, e velato per ischerno il vostro divin volto, in mille guise vilipeso oltraggiato, saziato di obbrorii e d'ignominie, e finalmente spogliato delle vesti, confitto ed elevato in Croce tra due infami ladroni, abbeverato di fiele, ed aceto, e con una lancia trafitto, consumar voleste la grande opera della nostra Redenzione. Deh pietosissimo mio Redentore per quelle tante e si atroci pene da Voi per mor mio tollerate, e che io benchè indegnissimo vado rimembrando, e per la S. Croce e morte vostra amarissima liberate me dalle pene dell' Inferno (2) (e questo vostro servo N. Agonizzante) *e degnatevi di accogliermi in Paradiso ove conduceste il pentito ladro crocefisso con Voi, o mio Gesù che col Padre e collo Spirito Santo regnate Dio per tutti i secoli de' secoli e cosi sia.*

Si aggiungono cinque Pater, Ave e Gloria.

CDXXIV.

UTRIUSQUE REGNI SICILIAE.

Ad humillimas preces nonnullorum Episcoporum Parochorum et Rectorum utriusque Siciliae Regni Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII benigne annuens, ut erga S. Stanislaum Kostkam fidelium devotio eorumque pietas incrementum suscipiat, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis qui in festivitate S. Stanislai Kostkae unam ex Ecclesiis, seu publicis Oratoriis totius utriusque Sici-

(1) *Si deprecabitur pro aliquo agonizante.*
(2) *Quando si vorrà pregare per un agonizzante.*

Digitized by Google

liae Regni in quibus eadem festivitas celebrabitur devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Plenariam Indulgentiam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ipsius diei; ac septem annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam in unaquaque ex decem Dominicis praelaudatam festivitatem immediate praecedentibus, benigne concessit. Insuper ipsis Christifidelibus, Novendiali, supradictam festivitatem immediate praecedenti corde saltem contrito ac devote interessentibus, ac ut supra orantibus, centum dierum Indulgentiam, semel tantum in die acquirendam clementer est elargitus. Praesenti in perpetuum et pro utriusque Siciliae Regno tantum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 3 Aprilis 1821.

Angelus Costaguti Secret.

CDXXV.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces nonnullorum Ecclesiasticorum, ac piorum Virorum Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII benigne annuens pro gratia, facultatem impertitus est, ut infrascripta Oratio quocumque idiomate (dummodo tamen versio sit fidelis) typis imprimi et publicari possit. Insuper omnibus utriusque sexus Christifidelibus eamdem orationem quocumque pariter idiomate ante Imaginem Sanctissimi Crucifixi corde saltem contrito ac devote recitantibus, easdem omnes et singulas Indulgentias a sa. me. Clemente VIII concessas et a Benedicto XIV, nec non ab Eadem Sanctitate Sua confirmatas, cum iisdem jam appositis conditionibus clementer est elargitus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris absque ulla Brevis expeditione.

ORAZIONE AL SANTISSIMO CROCIFISSO

DA RECITARSI AVANTI QUALUNQUE SUA IMMAGINE.

Eccomi o mio amato buon Gesù che alla santissima vostra presenza prostrato, vi prego col fervore più vivo a stampare nel mio cuore sentimenti di Fede, di Speranza, di Carità et di dolore de' miei peccati, e di proponimento di non offendervi mai più, mentre io con tutto l' amore e con tutta la compassione vado considerando le vostre cinque piaghe cominciando da ciò che disse di Voi, o mio Dio, il S. Profeta David « Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea ».

Chiunque confessato e communicato reciterà la sudd. orazione al Santissimo Crocifisso avanti a qualunque sua immagine, pregando per i bisogni della S. Chiesa potrà conseguire l'Indulgenza Plenaria e la liberazione di un'anima dal Purgatorio. La sa. me. del Papa Clemente VIII concesse tale Indulgenze, la quale fu confermata dal Papa Benedetto XIV, ed il Sommo Pontefice Pio VII nel 1807 vivae vocis oraculo, *di nuovo la confermò, volendo che per il conseguimento di detta Indulgenza si aggiungesse la condizione (che prima non era espressa) della Sagramental Confessione e Communione, come si è sopra notato, e diede facoltà allo stampatore della R. C. A. Lazzarini di promulgarla colle sue stampe, come fece nello stesso anno* 1807.

ORATIO AD D. N. JESUM CRUCIFIXUM

Quam qui ante quamcumque ipsius imaginem recitaverint plenariam peccatorum remissionem lucrari poterunt, atque animam unam a Purgatorii igne liberari sicut Christifidelibus concesserunt Clemens VIII, Benedictus XIV, ac vivae vocis oraculo *Pius VII, addens conditionem ut quisque sua antea peccata confiteatur, et Sacra Synaxi reficiatur.*

En Ego o bone et dulcissime Jesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro, atque obtestor, ut meum in cor vividos Fidei, Spei et Charitatis sensus, atque veram erratorum meorum poenitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere, dum magno animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipse considero, et mente contemplor, illud prae oculis habens, quod jam in ore ponebat suo David Propheta. « Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea ».

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Aprilis 1821.

G. Card. Ab Auria Pamphili Praef.

Angelus Costaguti Secret.

(*Vide quoque* Decreta CDXXXIX, CDLXXVIII, D, DXVI, DCLXXVII.)

CDXXVI.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII cu-

Digitized by Google

piens ex pastorali officio et charitate animarum saluti quantum cum Deo potest paterne consulere, ac fideles libentius ac ferventius in bonis ac piis operibus exercendis insistere, quo uberius spiritualibus muneribus, Indulgentiis videlicet et peccatorum remissionibus eos noverint esse refectos de omnipotentis Dei misericordia confisus : omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui infrascriptam Orationem, una cum tribus *Salve Regina*, ad B. M. V. potentissimae Dei Genitricis auxilium implorandum corde saltem contrito et devote recitaverint, Indulgentiam tercentum dierum in qualibet die semel lucrandam benigne concessit. Iis vero Christifidelibus, qui quotidie per mensem pium hoc exercitium peregerint, Indulgentiam Plenariam in una infra mensem die uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxtam mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, peramanter impertitus est, cum facultate supraenunciatas Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 15 Maii 1821.

Angelus Costaguti Secret.

ORAZIONE.

O Madre di Dio Maria Santissima quante volte io per i miei peccati ho meritato l' Inferno; già la sentanza forse al primo mio peccato sarebbe stato eseguita, se Voi pietosa non aveste trattenuto la divina Giustizia. E poi vincendo la mia durezza, mi tiraste a prendere confidenza in Voi. Ed, oh! in quanti altri delitti appresso forse io sarei caduto ne' pericoli che mi sono occorsi, se Voi Madre amorosa non me ne aveste preservato colle grazie che mi avete ottenute. Ah Regina mia, che mi gioverà la Vostra Misericordia ed i favori che mi avete fatti, se io mi danno? Se un tempo non vi ho amato, ora dopo Dio vi amo sopra ogni cosa. Deh! non permettete che io abbia a voltare le spalle a Voi e a Dio, che per vostro mezzo tante misericordie mi ha dispensate. Signora mia amabillissima, non permettete che io v' abbia ad odiare e maledire per sempre nell' Inferno. Soffrirete voi di veder dannato un vostro servo che vi ama? O Maria, che mi dite? Io mi dannerò? Mi dannerò se vi lascio; ma chi avrà più cuore di lasciarvi? Chi potrà scordarsi dell' amore che Voi mi avete portato? Nò che non si perde chi a Voi con fedeltà si raccomanda, ed a Voi ricorre. Deh! Madre mia, non mi lasciate in mano mia ch' io mi perderò; fate che io sempre a Voi ricorra. Salvatemi Speranza mia, salvatemi dall' Inferno, e prima dal peccato, che solo può condannarmi all' Inferno.

Tre Salve Regina.

ORATIO.

O Sanctissima Mater Dei Maria, quoties ego peccatis unio infernum non merui! Forte jam a primo peccato sententia executioni mandata fuisset, nisi pietas tua divinam retinuisset justitiam. Dein duritiem meam vincens induxisti me ut fiduciam in te conciperem. Et oh! in quot deinceps alia peccata forsan incidessem in periculis quae mihi occurrerunt, si tu, Mater amore plena, in iis me non praeservasses per gratias quas mihi obtinuisti. Ah Regina mea, quid mihi proderunt misericordia tua et favores quos mihi contulisti, si damnandus sim? si aliquando te non amavi, nunc post Deum amo te super omnia. Ach! ne permittas ut tibi et Deo terga vertam, qui per tuam interventionem tantas mihi contulit misericordias. Domina mea amabilissima, ne permittas ut in aeternum te odio habeam et maledicam in inferno. Potesne pati ut damnaretur servus tuus qui te amat? O Maria quid mihi dicis? Egone damnabor? Damnabor si te relinquam, sed quis poterit adhuc relinquere te? Quis poterit immemor esse amoris, quem erga me habuisti? Non : in perditionem non ibit, qui fideliter tibi se commendat et ad te recurrit. Ach! Mater mea, ne derelinquas me in manu consilii mei, quia damnabor; fac ut semper recurram ad te. Salva me, spes mea, salva me ab inferno, et ante omnia a peccato, quod solum potest me in infernum detrudere.

Ter *Salve Regina.*

CDXXVII.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII animarum saluti quam maxime consulere desiderans et ut Sanctissimum Jesu Nomen quod est super omne Nomen, in quod est vita, salus, et resurrectio nostra, per quem salvati et liberati sumus ab omnibus saepe saepius in corde et in ore retineatur ardentissime cupiens, universis utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote Psalmos Sanctissimum Jesu Nomen in initialibus litteris componentes una cum Hymnis, Antiphonis et Oratione per integrum mensem recitaverint; praeter Plenarias et Partiales Indulgentias jam concessas, et sub die 13 Junii 1815 ab Eadem Sanctitate Sua confirmatas, Indulgentiam Plenariam fidelibus quoque defunctis applicabilem ad duos alios dies videlicet in festo Jesu Nazareni, et in festo Circumcisionis D. N. J. C. dummodo iisdem diebus vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem San-

Digitized by Google

ctatis Suae pie oraverint, in perpetuum valituram peramanter extendit absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die 13 Novembris 1821.

G. Card. Ab Auria Pamphili Praef.
Angelus Costaguti Secret.

CDXXVIII.

Beatissimo Padre.

I Religiosi Agostiniani del Convento di Roma in S. Agostino umilmente rappresentano alla S. V. venerarsi nella loco Chiesa una divota Imagine di Maria sotto il titolo del Parto alla quale un numeroso concorso di popolo si porta a visitarla per le continue grazie che ne riceve. Per maggiormente infervorare la divozione ed accrescerne il culto supplicano la S. V. a degnarsi di concedere l' Indulgenza a chiunque visitandola le bacierà il piede.

Beatissime Pater.

Religiosi Augustiniani conventus Romani S. Augustini humiliter exponunt Sanctitati Vestrae, in sua ecclesia venerari devotam imaginem B. Mariae sub titulo Partus; ad quam frequens populus accurrit propter continuas gratias quas obtinet. Ad majorem devotionem et ad incrementum cultus suppliciter petunt oratores Sanctitatem Vestram, ut dignetur concedere indulgentiam cuicumque eamdem imaginem visitanti et ejusdem pedem osculanti.

URBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote pedem B. M. Virginis de qua in precibus, osculati fuerint, ac juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint; toties Indulgentiam quadraginta dierum ab unoquoque acquirendam benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 22 Maii 1822.

Pro R. P. D. B. Ugo Secret.
Petrus Can. Torraca Substitutus.

CDXXIX.

URBIS ET ORBIS.

Cum non pauci ad hanc Sacram Congregationem Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositam supplices libelli porrecti fuerint, praesertim e Gallia ob Confessariorum inopiam, pro obtinenda facultate Sacramentalem Confessionem peragendi per plures dies ante Eucharisticam Communionem ad Indulgentias acquirendas praescriptam; nec non ut explicetur, an ad easdem lucrandas liceat Sacra Synaxi refici in pervigilio diei festi, pro quo declarantur concessae; eadem Sac. Congregatio habita in Palatio Quirinali sub die 15 Aprilis proximi praeteriti, auditis Consultorum votis, omnibusque mature expensis, censuit licere ad praefatum effectum Eucharistiam sumere in pervigilio festivitatis: quo vero ad petitam explicationem respondendum censuit.

Firmo remanente Decreto 9 Decembris 1763 pro iis fidelibus, qui ad Confessionem saltem semel in hebdomada accedunt: pro caeteris autem fidelibus, in locis, in quibus ob inopiam Confessariorum nequeunt fideles frequenter Confessione Sacramentali expiari; postulantibus communicetur dictum Decretum, et facto verbo cum Sanctissimo extendatur ad omnes utriusque sexus Christifideles, unde confessio peracta infra hebdomadam ante festivitatem suffragari possit ad Indulgentiam lucrandam, expletis aliis conditionibus injunctis, et dummodo nullius lethalis culpae post peractam Confessionem commissae conscii sint, nihil innovando circa Indulgentias ad formam Jubilaei concessas, ut in citato Decreto 9 Decembris 1763.

Factoque verbo cum Sanctissimo in Audientia habita per me infrascriptum Secretarium die 11 Junii 1822, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis votum benigne approbavit, ac publicari mandavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Junii 1822.

G. Card. Ab Auria Pamphili Praef.
Pro R. P. D. Bernardo Ugo Secret.
Petrus Canonicus Torraca Substitutus.

CDXXX.

VITERBIEN.

Quamvis quaelibet Sanctorum Corporum pars veneratione colenda sit « *haec est enim Sanctorum gloria, quorum etsi per Universum Mundum seminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo* » nihilo tamen secius major solet esse fidelium devotio erga integrum alicujus Sancti Corpus, aut Ejusdem membra praecipua. An autem haec inter enumeranda sint Faemoris Ossa, ut veluti Reliquia insignis habeatur, a Capitulo, et Canonicis Collegiatae Ecclesiae SS. Luciae, et Fau-

Digitized by Google

stinae Viterbii, postulatum fuit Sacrae hujus Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae Oraculum.

Eadem Sacra Congregatio in Palatio Quirinali sub die 15 Aprilis currentis anni, re mature perpensa, auditisque insuper Consultorum votis, protulit negativam sententiam.

Et facto verbo cum Sanctissimo in Audientia habita die 11 Junii 1822 Sacrae Congregationis votum nedum approbavit, verum publicari mandavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis Indulg. die 12 Junii 1822.

G. Card. Ab Auria Pamphili Praef.
Pro R. P. D. Bernardo Ugo Secret.
Petrus Cononicus Torraca Substitutus.

CDXXXI.

Beatissimo Padre.

Alcuni divoti di Maria, molti Sacerdoti ad accrescere la divozione nei fedeli Cristiani ideirono, promossero tre speciali ossequii in onore di Maria Santissima e sono : Primo il mese di Maggio santificato con diverse pratiche di pietà. Secondo la mezz'ora di orazione per tenere divota compagnia a Maria desolata dopo la morte del suo figlio Gesù dalle ore 21 del Venerdì Santo a tutte le ore 16 del Sabbato Santo. Terzo finalmente gli ultimi 10 giorni del Carnevale, santificati colla memoria dei dolori della Beatissima Vergine. La S. V. con rescritto dei 21 Marzo 1815 a tutti i fedeli dell' Orbe cattolico che in publico o in privato nel mese di Maggio onoreranno con particolari ossequii di orazione, atti di virtù, etc. la Santissima Vergine, concedè per ciascun giorno l' indulgenza di giorni 300 e la Plenaria da conseguirsi in quel giorno di detto mese, in cui confessati e communicati pregheranno il Signore per la S. Madre Chiesa. Con due altri rescritti dei 25 Febraro e 21 Marzo 1815 V. S. concedè l' Indulgenza Plenaria a tutti i fedeli che dalle ore 21 del Venerdì Santo fino alle 16 del Sabbato Santo o in publico o in privato impiegheranno un' ora o almeno mezz' ora in onore di Maria Santissima Desolata, o meditando, o recitando la Corona dei sette Dolori o altre preci analoghe alla di lei Desolazione, quale Indulgenza Plenaria potranno conseguire nel giorno in cui adempiranno il precetto Pasquale. Negli altri Venerdì poi dalle ore 21 fino all' Alba della seguente Domenica praticando detta devozione come sopra, concedè l' Indulgenza di giorni 300, ed avendola fatta in tutte le settimane l' Indulgenza Plenaria confessati e communicati in uno degli ultimi detti giorni di ciascun mese. Finalmente la Santità Vostra medesima con Rescritto dei 9 Decembre 1815 concedè giorni 300 d' Indulgenza a tutti i fedeli del mondo cattolico ogni volta che interverranno a qualche divoto esercizio in onore di Maria Santissima Addolorata da praticorsi negli ultimi 10 giorni di Carnevale in qualunque Chiesa, o publico Oratorio anche dei Regolari dell' uno e dell' altro sesso, come anche in qualunque Oratorio, situato nei Monasterii, Seminarii, ed altri luoghi pii, o Cappella, in cui le Religiose sogliono fare orazione, ed a quei che avranno frequentato detto pio esercizio almeno per cinque volte concedè l' Indulgenza Plenaria, purchè confessati e communicati in uno di detti dieci giorni preghino il Signore per S. Madre Chiesa. Li rescritti originali di tutte le dette Indulgenze sono nella Secretaria del Tribunale del Vicariato.

Tutte le sopraddette Indulgenze sono applicabili ancora alle anime Sante del Purgatorio, e sono ad Decennium. *Le suddette tre particolari divozioni si sono divulgate per tutto il mondo cattolico e nella nostra Roma in moltissime Chiese, Monasterii, si vedono con tanta devozione e frequenza di popolo praticate, ma collo scadere il Decennio forse verrebbero tali Indulgenze dimenticate, e si defraudarebbero i fedeli del conseguimento delle S. Indulgenze. Gli Oratori per tanto Umilissimi della S. V. la supplicano con Decreto* Urbis et Orbis, *della Sac. Congregazione delle Indulgenze a confermare in perpetuo tutte le soprannotate Indulgenze o a concederle di nuovo in perpetuo e che ancora possino applicarsi in suffragio delle anime Sante del Purgatorio. Che, etc.*

Beatissime Pater.

Aliqui devoti erga B. M. V., multi sacerdotes ad augendam devotionem inter Christianos excogitaverunt, propagaverunt tria specialia obsequia in honorem Beatissimae Virginis Mariae, et sunt : Primo mensis Majus sanctificatus per varia pietatis exercitia. Secundo dimidia hora orationis devote transigenda simul cum Maria desolata post mortem filii sui Jesu Christi ab hora 21 (tertia ante solis occasum) diei Parasceves, usque ad completam 16 (octavam ante solis occasum) Sabbati sancti. Tertio tandem ultimi decem dies ante diem Cinerum sanctificati per memoriam dolorum Beatissimae Virginis. Sanctitas Vestra per rescriptum 21 Martii 1815 omnibus fidelibus orbis catholici qui publice vel privatim per mensem Maji honorabunt specialibus obsequiis orationum, actuum virtutum, etc. Beatissimam Virginem, concedit pro singula die Indulgentiam 300 dierum, et Plenariam consequendam

Digitized by Google

illa praefati mensis die, in qua confessi et Sacra Communione refecti orabunt Deum pro S. Matre Ecclesia. Per duo alia rescripta 25 Februarii et 21 Martii 1815 Sanctitas Vestra concedit Indulgentiam plenariam omnibus fidelibus, qui ab hora 21 diei Parasceves usque ad 16 Sabbati Sancti, sive publice sive privatim transigent horam, aut saltem dimidiam horam in honorem Beatissimae Virginis Desolatae, sive meditando, sive recitando coronam septem dolorum aliasve preces ad ejus desolationem relationem habentes, quam Indulgentiam plenariam consequi poterunt die qua satisfaciunt praecepto Paschali. Aliis autem feriis sextis ab hora 21 usque ad auroram sequentis Dominicae, practicantibus dictam devotionem ut supra concessit Indulgentiam 300 dierum, et iis qui illam singula hebdomada practicaverint Indulgentiam plenariam pro confessis et communicatis in uno ex ultimis diebus praedictis singuli mensis. Tandem Eadem Sanctitas Vestra per rescriptum 9 Decembris 1815 concessit Indulgentiam 300 dierum omnibus orbis catholici fidelibus singula vice qua interierunt alicui devoto exercitio in honorem Beatissimae Virginis desolatae practicando decem ultimis ante quadragesimam diebus in quacumque ecclesia aut publico oratorio etiam Regularium utriusque sexus, sicut etiam in quocumque oratorio existente in monasteriis, seminariis, aliisque locis piis, aut in sacello in quo Religiosae solent vacare orationi; et iis qui frequentaverint dictum pium exercitium saltem quinque vicibus concessit Indulgentiam plenariam, dummodo confessi et Sacra Communione refecti in uno dictorum decem dierum Deum orent pro S. Matre Ecclesia. Rescripta originalia omnium supradictarum indulgentiarum asservantur in Secretaria tribunalis vicariatus.

Omnes supradictae indulgentiae sunt etiam applicabiles animabus Purgatorii et sunt ad decennium. Supradictae tres devotiones particulares divulgatae sunt per totum orbem catholicum, et in nostra Roma in quamplurimis ecclesiis et monasteriis cum magna devotione et frequentia populi practicari cernuntur; sed cum expiratione decennii forte tales indulgentiae in oblivionem caderent, et fideles privarentur acquisitione sanctarum indulgentiarum, Oratores propterea humillime supplicantur Sanctitatem Vestram, ut per decretum Urbis et Orbis Sacrae Congregationis indulgentiarum confirmare dignetur in perpetuum omnes supra enumeratas indulgentias, aut eas de novo in perpetuum concedere, et ut etiam possint applicari in suffragium animarum Purgatorii. Et haec, etc.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII supraenunciatas Indulgentias fidelibus quoque defunctis applicabiles et ad omnes utriusque sexus Urbis et Orbis Christifidelibus, juxta preces acquirendas, benigne in perpetuum confirmavit, servato in reliquis tenore primarum concessionum.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 18 Junii 1822.

B. CARD. NARO PRO-PRAEF.

Pro R. P. D. Bernardo Ugo Secret.

Petrus Can. Torraca Substitutus.

(*Vide etiam* Decretum DCLXXXIV.)

CDXXXII.

MONTIS FALISCI.

Tria dubia pro earum solutione Sac. Congregationi Indulgentiarum proponit Reverendissimus Dominus Franciscus Fioroni Rector Collegiatae et Parochialis Ecclesiae B. M. V. Assumptae, nec non Vicarius Foraneus Capitis Montis, Montis Falisci Dioecesis.

1° *Parochus delata Communione Infirmo, illum hortatur ut unum* Pater et Ave *devote recitet pro Indulgentiarum consecutione quaerit : « An dicta Indulgentia reatius comprobatur vel potius inter falsas recensenda sit? » Si falsa gratiose Sacra Congregatio Indulgentiarum providere velit pro dictae Indulgentiae confirmatione, et relaxatione ad utilitatem spiritualem infirmi languentis qui in gravi periculo vitae versatur.*

2° *Cum ex Sac. Congregationis Indulgentiarum decreto diei* 31 *Martii* 1759 *Confessio Sacramentalis ad acquirendam Indulgentiam peragenda omnino sit etiam ab iis, qui lethalis peccati conscii non sunt post ultimam Confessionem, quaerit : « An sacramentalis quoque Absolutio necessaria sit pro iis, qui post ultimam Confessionem nullum peccatum veniale admiserunt; vel si in aliquam levem culpam prolapsi sunt opportunum Confessario videatur, Absolutionem non esse eisdem impertiendam?*

3° *An ad lucrandas Indulgentias tam directe quam indirecte pro Defunctis concessas, status gratiae necessario requiratur?*

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita ad praefata dubia respondit ut infra.

Ad 1m Negative.

Ad 2m Negative.

Ad 3m Dilata.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 20 Augusti 1822.

Pro R. P. D. Bernardo Ugo Secret.

Petrus Can. Torraca Substitutus.

(*Vide etiam* Decreta DXXI, DCXXVI.)

CDXXXIII.

URBINATEN.

Cum sicut humillime exponebatur ex parte Archiepiscopi Urbinaten. haeredes familiae *Bonaventura* inter caetera bona ad ipsos spectantia, non-

Digitized by Google

nullas Sanctorum Reliquias haereditasse, praesertim vero Corpus S. Alexandri Martyris, nec non cives desiderium, ac devotionem illas possedendi ac venerandi ostendisse. « Cum autem haec sit Sanctorum gloria, quorum etsi per universum mundum seminetur in cineribus portio, manet tamem integra in virtutibus plenitudo » cumque proprium sit, ut locorum Ordinarii, debitum ipsarum Reliquiarum (iisdem recognitis) cultus et venerationis incrementum quaerant et augeant, hinc Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII Archiepiscopi Oratoris precibus annuens in Audientia die 24 Januarii 1824 habita per me infrascriptum Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Secretarium, decrevit, et statuit, ut idem Archiepiscopus Urbinaten. praenunciatas Reliquias, ne in contemptionem incidant recognoscat, et proprio sigillo munitas una cum S. Alexandri Corpore apud se ipsum retineat, ad effectum donandi alicui Ecclesiae pro suo arbitrio eligendae, ut publicae fidelium venerationi exponantur.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum et Sac. Reliquiarum die 25 Januarii 1824.

A. Archiepiscopus Trapezuntin. Secret.

CDXXXIV.

TERTIARIORUM S. FRANCISCI DE PAULA.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII benigne indulsit ut Tertiarii Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, qui ob infirmitatem vel ob aliud legitimum impedimentum, opera praescripta pro ipsius Ordinis Indulgentiarum consequutione, peragere nequeunt, nihilo minus eas omnes et singulas Indulgentias lucrari possint, et valeant, dummodo tamen alia pia opera pro arbitrio et conscientia respectivi Confessarii injungenda fideliter ac devote exequantur, servato in reliquis tenore primarum concessionum. Praesenti in perpetuum valituro non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 4 Augusti 1824.

A. Archiepiscopus Trapezuntin. Secret.

(*Vide* Summarium pro Tertiariis in Appendice n° XI.)

CDXXXV.

Beatissimo Padre.

La santa memoria del Sommo Pontefice Pio VII sotto il di 12 *Maggio* 1802 *concesse l' Indulgenza di* 100 *giorni da potersi lucrare una volta il giorno da chi con cuore contrito reciti le preghiere per la buona morte*, Gesù Signore, *etc. contenuto nell' annesso libretto più volte stampato, e l' Indulgenza Plenaria a chi recitatele ogni giorno per un mese continuo, confessato e communicato in un giorno di detto mese, a propria scelta, pregherà per il felice stato di S. Chiesa e secondo l' intenzione del sommo Pontefice, colla facoltà di potere applicare le suddette Indulgenze anche per modo di suffragio ai defunti. Ora essendosi smarrito l' originale rescritto, a conservare e sempre più promuovere una pratica si utile pel bene spirituale delle anime, i Sacerdoti Secolari della pia Unione di S. Paolo Apostolo e i Devoti della Buona morte implorano dalla Santità Vostra la conferma in perpetuo delle suddette Indulgenze. Che, etc.*

Beatissime Pater.

Summus Pontifex Pius VII fel. rec. die 12 Maii 1802 concessit Indulgentiam 100 dierum lucrandam semel in die iis, qui corde contrito recitaverint orationem pro bona morte, *Gesù Signore*, etc. contentam in annexo libello saepius typis edito; et Indulgentiam plenariam iis qui illam quotidie recitaverint per integrum mensem, modo confessi et Sacra Communione refecti in una ejusdem mensis die a se eligenda, orabunt pro felici statu S. Ecclesiae et secundum intentionem summi Pontificis, cum facultate applicandi dictas Indulgentias defunctis per modum suffragii. Cum nunc originale rescriptum amissum sit, ut conservetur et semper magis propagetur praxis spirituali animarum bono tam utilis, sacerdotes saeculares piae unionis S. Pauli Apostoli, et devoti erga bonam mortem, implorant a Sanctitate Vestra confirmationem in perpetuum supradictarum indulgentiarum.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII omnibus utriusque sexus Christifidelibus pias preces in libello de quo in precibus contentas corde saltem contrito, ac devote recitantibus et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie orantibus centum dierum Indulgentiam semel tantum in singulis diebus acquiren. benigne concessit. Insuper ipsis Christifidelibus praelaudatas preces per integrum mensem ut supra recitantibus Plenariam etiam Indulgentiam in una ejusdem mensis die uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo tamen ea

Digitized by Google

die vere poenitentes, confessi sacraque Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique ut supra oraverint, clementer est elargitus. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione, et cum facultate easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 11 Augusti 1824.

B. Card. Naro Pro-Praef.
A. Archiepiscopus Trapezuntin. Secret.

CDXXXVI.

URBIS ET ORBIS.

Cum alias san. mem. Pius PP. VII vivae vocis oraculo concesserit Indulgentiam centum dierum iis omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito, ac devote Orationem in honorem B. M. Virginis, quae incipit « *Vergine Santissima Madre del Verbo incarnato* » cum tribus *Ave Maria* et Oratione « *Defende, etc.* » recitaverint, Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII supradictam Indulgentiam eodem modo et forma benigne confirmavit; voluitque perpetuis futuris temporibus suffragari absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Augusti 1824.

B. Card. Naro Pro-Praef.
A. Archiepiscopus Trapezunt. Secret.

ORAZIONE ALLA BEATISSIMA VERGINE MARIA.

Vergine Santissima Madre del Verbo incarnato, Tesoriera delle grazie, e rifugio di noi miseri peccatori, noi ricorriamo al Vostro materno Amore con viva fede e vi dimandiamo la grazia di far sempre la volontà di Dio e di Voi; e vi diamo il cuor nostro nelle vostre santissime mani, e vi dimandiamo la salute dell' anima e del corpo, e speriamo di certo che Voi nostra Madre amorosissima ci esaudirete, e però con viva fede diciamo.

Tre Ave Maria. Oratio *Defende, etc.*

ORATIO AD BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM.

Virgo Sanctissima, Verbi incarnati Mater, gratiarum dispensatrix, nostrumque qui sumus miseri peccatores refugium; ad maternum tuum amorem viva cum fide recurrimus, petimusque a te Gratiam implendi semper voluntatem Dei et tuam: donamus tibi cor nostrum in sanctissimas manus tuas, ac petimus a te salutem animae et corporis, firmaque cum fiducia speramus fore ut tu Mater nostra amantissima nos exaudias et proinde viva cum fide dicimus. *Ave Maria*, ter. Oratio *Defende*, etc.

CDXXXVII.

URBIS ET ORBIS.

Inter multas Indulgentias a fel. rec. Leone X et Clemente X Christifidelibus utriusque sexus recitantibus Coronam D. N. J. C. concessas, Benedictus XIII per organum Sac. Congregationis Indulgentiarum die 6 Aprilis 1728 Plenariam Indulgentiam Christifidelibus qui praelaudatam Coronam in Feriis sextis Martii recitaverint, elargitus est. Cum autem exortum sit dubium « *An praedicta Indulgentia Plenaria consequenda sit in singulis feriis, vel unica dumtaxat vice?* » Sanctissimus D. N. Leo PP. XII ad tollendam quamcumque dubietatem, declaravit, Plenariam Indulgentiam lucrifieri posse in singulis praedictis feriis, dummodo Christifideles praefatam Coronam recitaverint, et rite dispositi fuerint, ac per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuis futuris temporibus valituram absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Augusti 1824.

B. Card. Naro Pro-Praef.
A. Archiepiscopus Trapezuntin. Secret.

CDXXXVIII.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita cui demandata est cura circa rectam et prudentem Indulgentiarum administrationem, nec non dubiorum interpretationem; cum non obstante Brevi emanato a Sanctissimo Domino Nostro Leone PP. XII quod incipit « *Cum Nos nuper* » quoad Universalem Jubilaeum, nonnulla oborta sint dubia.

1° *An suspensa censeatur Indulgentia Plenaria occasione Benedictionis solemnis ab Episcopis impertiri solitae in aliquibus diebus solemnioribus?* 2° *An etiam inter Indulgentiarum suspensionem locum teneat Indulgentiam* della Crociata *nuncupat.* Hinc ut ista dubia penitus amoveantur Sac. Eadem Congregatio de mandato Sanctissimi Domini Nostri Leonis PP. XII habita in Palatio Vaticano die 19 Decembris 1824 re, praevio diligenti examine discussa, fuit in voto: ad 1m « *Affirmative* » ad 2m « *Ad mentem Sanctissimi* » Factaque de iis omnibus per

Digitized by Google

me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro in Audientia habita die 22 Decembris 1824 Sanctitas Sua ipsius Sac. Congregationis votum quoad primum approbavit, et quoad secundum, commisit mihi infrascripto, ut Eminentissimo Domino De Somalia Secretario Status patefacerem suam mentem, videlicet, ut Nunciis Hispaniarum, Portugallien, Algarbiorum, et Utriusque Siciliae Regni notum faceret, quod attentis peculiaribus temporum circumstantiis ex speciali gratia, et in exemplum minime allatura, Sanctitas Sua pro hac vice clementissime annuit ut Indulgentiae *Cruciatae* hoc anno Jubilaei haud suspensae remaneant.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Decembris 1824.

A. Archiepiscopus Trapezuntin. Secret.

CDXXXIX.

Beatissimo Padre.

Essendo il fedele Cristiano stimolato assai per profittare sovente ed anche più volte in giorno del frutto risultante dalla recita dalla preziosa orazione « En ego o Bone et dulcissime Jesu, *etc.* » *colla quale lucra un Indulgenza Plenaria personale e libera un' anima dal Purgatorio, giusta il decreto Pontificio* Urbis *et* Orbis *dei* 10 *Aprile* 1821, *cosi deve il desiderio dell' accennato stimolarlo eziandio per suffragar maggiormente ancora le anime del Purgatorio con applicar loro la più gran parte delle sue Indulgenze Plenarie personali. Ciò che per ogni dove in cui'la medesima è recitata, produrrà un gran bene a pro di quelle povere anime, che con una indicibile sofferenza bramano il momento di uscir da quel fuoco tormentoso, ed unirsi al dilettissimo divino loro Sposo. Ma siccome tale applicazione non è* esplicitamente *narrata nel citato Pontificio Decreto, e che nel propagar questa si profittevole Orazione convien di poterne assicurare i devoti che ne vogliono profittare, con un documento autentico, onde inspirar una certa confidenza. Supplica umilissimamente V. S. il cavaliere della S. Religione Francesco Giuseppe Andrea De Sartory con molte persone divote di degnarsi concedere graziosamente ai recitanti la facoltà di poter applicare adarbitrio la suddetta Indulgenza Plenaria personale anche in suffragio alle anime del Purgatorio, e con ciò aumentare il numero delle anime a liberare più prontamente dalle fiamme purganti, e procurar loro quanto prima il gaudio dell' eterna felicità.*

Roma li 6 *Settembre* 1825.

Beatissime Pater.

Sicut fidelis Christianus valde excitatur ad saepe et etiam pluries in die gaudendum fructu qui dimanat ex recitatione preciosae orationis « *En ego o bone et dulcissime Jesu* » qua lucratur indulgentiam plenariam personalem, et liberat unam animam e Purgatorio, juxta decretum pontificium Urbis et Orbis de die 10 Aprilis 1821; ita debet desiderium indicati fructus eum etiam excitare ut magis adhuc succurrat animabus purgatorii applicando ipsis maximam partem suarum indulgentiarum personalium. Quod ubicumque eadem recitatur producet magnum bonum ad utilitatem miserabilium istarum animarum, quae cum inexplicabili dolore desiderant momentum exeundi ex cruciante illo igni et conjungendi se cum dilectissimo divino suo Sponso. Sed quia talis applicatio explicite non exprimitur in citato pontificio decreto, et quia propagando illam tam utilem orationem convenit ut de hoc certi reddi possint devoti, qui ejus fructu gaudere volunt, ut indubia ipsis fiducia inspiretur; supplicatur humillime Sanctitatem Vestram eques S. Religionis Franciscus Joseph Andreas de Sartory cum multis personis devotis ut dignetur benigne concedere recitantibus facultatem ut possint applicare ad arbitrium supradictam indulgentiam plenariam personalem etiam in suffragium animarum Purgatorii, et per hoc augere numerum animarum citius e flammis purgantibus liberandarum, et procurare ipsis quamprimum gaudium aeternae felicitatis.

Romae, 6 Septembris 1825.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII clementer indulsit ut supraenunciata Indulgentia, quatenus opus sit, fidelibus quoque Defunctis suffragari possit et valeat. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione, excepto tamen quoad vivos, currenti anno Jubilaei.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die 17 Septembris 1825.

A. Archiepiscopus Trapezuntin. Secret.

(*Vide* Decreta CDXXV, CDLXXVIII, D, DXVI, DCLXXVII.)

CDXL.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI, ETC.

Sextae Editionis Romanae.

Sac. Congregatio Indulgentiarum, Indulgentias in hoc opusculo ab uno ex nostris Consultoribus accu-

Digitized by Google

rate collectas et a suis originalibus fideliter extractas jam de licentia dictae Sacrae Congregationis alias uti authenticas typis impressas iterum imprimi, ac publicari posse censuit; monendo tamen, quod si una aut altera versio seu editio hujus opusculi in Urbe, vel extra quocumque loco et idiomate fieri contingat et dubium aliquod subinde emerserit quoad concessionem Indulgentiarum, vel pia opera ad eas lucrandas a Summis Pontificibus praescriptas ad praesentem Romanam editionem anni Jubilaei 1825 typis Perego-Salvioni, et in nostra Secretaria asservatam recursus habeatur.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Novembris anni Jubilaei 1825.

A Piatti Archiep. Trapezuntin. S. C. I. Secret.

(*Vide* Decreta CDLVI, CDLXIV, CDLXVII, DXIX, DLIX, DCVII, DXLV.)

CDXLI.

UTRIUSQUE SICILIAE REGNI.

Beatissimo Padre.

A richiesta di molti Arcivescovi, Vescovi, Parrochi, Rettori di Chiese e Missionarii ridomandarono delle Sante Indulgenze perpetue per accrescere la divozione di Stanislao Kostka sperimentata vantagiosissima per le anime del Regno delle due Sicilie e dalla fel. me. di PP. Pio VII con decreto del 1 *Maggio* 1821, *ed un altro antecedente del* 1 *Aprile dell' anno medesimo in concesse Indulgenza Plenaria perpetua nel giorno che se ne celebrasse la festa per qualunque Chiesa del Regno delle due Sicilie; di più sette anni e sette quarantene nelle dieci Domeniche precedenti alla sua festività e* 100 *giorni in ciascun giorno della novena: finalmente si concessero* 100 *giorni d' Indulgenza a chi recitasse un* Pater *ed* Ave *innanzi all' Imagine del Santo esposta in Chiesa, ed a chi continuasse detta recita pel corso d' un mese si accordò in ogni mese l' Indulgenza Plenaria confessandosi e communicandosi. Queste sante Indulgenze hanno maggiormente dilatata la divozione del Santo ed il Signore si compiace di renderla portentosa in tutti i luoghi, e sempre con mirabile profitto delle anime; ma siccome molti non possono per un mese continuo visitare giornalmente la Chiesa recitando un* Pater Noster *et* Ave *innanzi l' imagine del Santo, supplicano la S. V. a volergli accordare che nei giorni in cui sono impediti di andare alla Chiesa possino recitare in casa quel* Pater *ed* Ave *e guadagnare l' Indulgenze medesime, e siccome in un giorno della settimana si celebra il Ritiro di detto Santo, preceduto dal Rosario della Beatissima Vergine, Predica, Preghiera e Benedizione dell' Augustissimo Sacramento, s' implorano per questo giorno l' Indulgenze accordate alle dieci domeniche di S. Stanislao o altre parziali Indulgenze. Finalmente si desidera che tutte le Indulgenze predette si possino applicare per i defunti.*

UTRIUSQUE SICILIAE REGNI.

Beatissime Pater.

Ad instantiam multorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Parochorum, Rectorum ecclesiarum, et Missionariorum iterum petitae fuerunt Sacrae Indulgentiae perpetuae ad accrescendam devotionem erga S. Stanislaum Kostkam, quam experientia constat esse utilissimam animabus Regni Utriusque Siciliae: et a fel. rec. Pio VII per decretum 1 Maji 1821 et aliud praecedens 1 Aprilis ejusdem anni concessa fuit Indulgentia plenaria perpetua in die qua ejus festum celebratur pro quacumque ecclesia regni Utriusque Siciliae: insuper septem annorum et septem quadragenarum in decem dominicis praecedentibus ejus festivitatem; et 100 dierum pro singula die Novenae: tandem concessa fuit indulgentia 100 dierum recitantibus *Pater* et *Ave* ante imaginem Sancti expositam in ecclesia, et continuantibus dictam recitationem per decursum unius mensis, conceditur in singulo mense indulgentia plenaria, dummodo confiteantur et S. Communionem suscipiant. Sanctae hae indulgentiae magis dilataverunt devotionem erga illum Sanctum et Domino placet illam portentosam reddere in omnibus locis, et semper cum miranda utilitate animarum; sed quia multi non possunt per mensem continuum quotidie visitare ecclesiam recitando *Pater* et *Ave* ante imaginem Sancti, supplicantur Sanctitam Vestram, ut ipsis concedere velit ut diebus quibus impediuntur ne ecclesiam adeant possint recitare domi istud *Pater* et *Ave* et lucrari eamdem indulgentiam; et cum in una die hebdomadae celebretur secessus istius Sancti, praecedente Rosario Beatissimae Virginis, Praedicatione, Oratione et Benedictione Sanctissimi Sacramenti, petuntur pro illa die Indulgentiae concessae pro decem Dominicis Sti Stanislai aut aliae partiales indulgentiae. Tandem desideratur ut omnes indulgentiae praedictae possint applicari pro defunctis.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII clementer indulsit ut unum *Pater* et *Ave* ad effectum de quo in precibus ubicumque locorum in casu necessitatis recitare possint et valeant, servato tamen in reliquis tenore primae concessionis. Insuper omnibus utriusque sexus Christifidelibus, praefato Recessui corde saltem contrito ac devote interessentibus, et per aliquod temporis spatium juxta

Digitized by Google

mentem Sanctitatis Suae pie orantibus, centum dierum Indulgentiam in singulis mensibus acquirendam benigne concessit. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione, cum facultate ad formam ipsarum precum in suffragium fidelium defunctorum applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 21 Januarii 1826.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

CDXLII.

PRIMARIAE UNIONIS SS. CORDIS JESU.

Beatissimo Padre.

I divoti ascritti alla Unione Primaria del Santissimo Cuore di Gesù canonicamente eretta nella Chiesa di Santa Maria ad Pineam *detta* in Cappella *in Roma hanno procurato con felice successo sempre, ma specialmente nel prossimo passato anno del Giubileo promuovere il culto al Divin Cuore in tutte quelle maniere che per loro si è potuto. Sommamente desideravano che venissero resi ossequii continui a chi ci ha amato e ci ama con dilezione perpetua, quando con soprabbondante gaudio hanno risaputo essere stato introdotto nella Congregazione filiale del Cuor di Gesù in Livorno l'ossequio intitolato* il Culto perpetuo al Cuor di Gesù *condecorato dalla Pontificia approvazione della Santità Vostra che benignamente si degnò concedere agli ascritti della detta Congregazione Livornese in data dei* 31 *Agosto* 1825 *l'Indulgenza Plenaria in quel giorno che essi «* vere poenitentes, confessi, sacraque Communione refecti fuerint et per aliquod tempore spatium juxta mentem S. V. in aliqua Ecclesia seu publico Oratorio oraverint. » *Si sono quindi mossi gli Oratori ad imitare un' esercizio si lodevole e si è desiderato e già molti di loro hanno incominciato la pratica di detto pio esercizio. E per questo è, Beatissimo Padre, che gli Oratori umilmente prostrati ai piedi della Santità Vostra implorano che la grazia dell' Indulgenza Plenaria applicabile anche alle anime del Purgatorio già conceduta agli ascritti della filiale Congregazione di Livorno, venga accordata in perpetuo a quelli ascritti, o aggregati alla Primaria di Roma, i quali si dodicheranno al detto culto perpetuo nel modo prescritto, ed adempiranno l' opere ingiunte della Confessione e Communione, e per qualche spazio di tempo pregheranno secondo la mente della S. V. Tanto più sperano i supplicanti questa grazia, perchè anche altre Congregazioni come è quella del Santissimo Sacramento, del Rosario, della Communione Generale, dell' Addolorata oltre il copioso tesoro dell' altre Indulgenze che generalmente godono gli ascritti, possono godere quella del culto o ora perpetua, etc.*

Beatissime Pater.

Devoti adscripti unioni primariae Sanctissimi Cordis Jesu canonicae erectae in ecclesia S. Mariae ad Pineam dicta in capella Romae, procuraverunt semper cum felici successu, sed praecipue in ultimo elapso Sacri Jubilaei anno, promovere cultum Divini cordis omni modo qui fuit in eorum potestate. Summopere desiderabant, ut redderentur obsequia continua illi qui nos amavit et amat dilectione perpetua, quando ad eorum notitiam pervenit in congregatione filiali SSmi Cordis Jesu Liburni introductum fuisse obsequium nuncupatum « *Cultus perpetuus Cordis Jesu,* » condecoratum pontificia approbatione Sanctitatis Vestrae, quae dignata est benigne concedere adscriptis dictae Congregationi Liburnensi die 31 Augusti 1825 Indulgentiam plenariam in illa die qua « *Vere poenitentes, confessi, Sacraque Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Vestrae in aliqua ecclesia seu publico oratorio oraverint.* » Inde permoti fuerunt oratores ad imitandum exercitium tam laudabile, desideratumque fuit et multi eorum jam inchoaverunt in praxim deducere dictum pium exercitium. Et proinde, Beatissime Pater, oratores humiliter prostrati ad pedes Sanctitatis Vestrae rogant ut gratia Indulgentiae plenariae, etiam animabus Purgatorii applicabilis, jam concessa adscriptis congregationi filiali Liburnensi, concedatur in perpetuum iis qui adscripti seu aggregati sunt Primariae Romanae, qui se conseerabunt dicto cultui perpetuo juxta modum praescriptum, et adimplebunt opera injuncta confessionis et communionis, et per aliquod temporis spatium orabunt secundum mentem Sanctitatis Vestrae. Supplicantes eo magis sperant illam gratiam quia etiam aliae congregationes ut est illa Sanctissimi Sacramenti, Rosarii, Communionis generalis, Beatae Virginis desolatae, ultra copiosum thesaurum aliarum indulgentiarum quibus generaliter gaudent adscripti, possunt lucrari indulgentiam cultus seu horae perpetuae, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII omnibus Christifidelibus primariae Unioni de qua in precibus adscriptis, pium Exercitium juxta ipsius Unionis praescriptas regulas exequentibus, Plenariam Indulgentiam in singulis vicibus acquirendam, dummodo iis diebus vere poenitentes, confessi, sacraque Communione sint refecti, ac etiam aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium devote visitent ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae orent clementer in perpetuum est elargitus absque ulla Brevis expeditione, et cum

Digitized by Google

facultate eamdem Indulgentiam in suffragium fidelium defunctorum applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Februarii 1826.

B. CARD. NARO PRO-PRAEF.
A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

CDXLIII.

PONTIFICIAE DITIONIS.

Beatissimo Padre.

La divozione di S. Stanislao Kostka resa tanto portentosa nel Regno di Napoli e Sicilia, si và dilatando anche in Roma per cui si prega la Santità Vostra ad accordare quelle stesse Indulgenze che la felice memoria di Pio VII accordò pel Regno delle due Sicilie con due decreti uno del primo Aprile l'altro del primo Maggio 1821, *Indulgenze che la Santità Vostra ha anche ampliate di più con consolazione di tutto quel Regno con rescritto del* 21 *Gennaro* 1826. *Si prega dunque la S. V. ad accordare le medesime Indulgenze anche per tutto lo stato Pontificio dove si dilaterà questa devozione nelle stesse forme e colle medesime clausule delle concessioni passate.*

Beatissime Pater.

Devotio erga S. Stanislaum Kostka, quae tam portentosa facta est in regno utriusque Siciliae, etiam Romae propagatur, quapropter rogatur Sanctitas Vestra, ut concedat easdem indulgentias, quas fel. rec. Pius VII concessit pro regno utriusque Siciliae per duo decreta : primum primi Aprilis, alterum primi Maji 1821, quas indulgentias etiam Sanctitas Vestra magis ampliavit cum consolatione totius istius Regni per rescriptum 21 Januarii 1826. Oratur ergo S. V. ut concedat easdem indulgentias etiam pro toto statu pontificio, ubi dilatabitur ista devotio, in iisdem formis et cum iisdem clausulis ut in concessione jam facta.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII supraenunciatam gratiam pro Regno Siciliarum jam concessam, ad totum Ecclesiasticum Statum extendit. Servato in omnibus tenore primae concessionis.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Februarii 1826.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

CDXLIV.

PISAN.

Cum in hac Sacra Congregatione Indulgentiarum propositum fuerit dubium, an visitationes a Christifidelibus peractae in Cappella S. Sebastiani loci di *Pontedera* nuncupat. Dioecesis Pisan. pro consequutione Jubilaei fuissent validae, cum aliunde Ecclesia Praepositura fuerit ab Ordinario ad hunc effectum designata? Sanctissimus audita relatione per me infrascriptum hujus Sacrae Congregationis Secretarium ad tollendam omnem dubitationem declaravit, visitationes peractas et peragendas in praedicta Cappella S. Sebastiani, utpote quae facit partem ejusdem Ecclesiae Praepositurae et in qua adservatur SS. Eucharistiae Sacramentum validas fuisse, nec non valituras fore pro consequendo Jubilaeo. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 1 Julii 1826.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

CDXLV.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII omnibus utriusque sexus Christifidelibus pias preces contentas in libello (*Il Purgatorio aperto alla pietà de' viventi, ossia breve quotidiano esercizio in sollievo delle anime del Purgatorio, tradotto già dal francese « Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare. » È un santo e salutar pensiero il pregare per li defunti*, 2 *Machab.* 12 *v.* 46 *Roma* 1817. *Si trova presso Angelo Ajani vicino a Piazza di Pietra num.* 69. *Con approvazione* (1)) corde saltem contrito et devote recitantibus ac per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae orantibus, centum dierum Indulgentiam semel tantum singulis diebus per unumquemque lucrifaciendam benigne in perpetuum concessit absque ulla Brevis expeditione, et cum facultate eamdem Indulgentiam in suffragium fidelium defunctorum applicandi. Voluitque Sanctitas Sua ut praefatus libellus gratis et sine ullo prorsus emolumento distribuatur.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 18 Novembris 1826.

A. CARD. FROSINI PRAEF.
A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

(1) Purgatorium apertum pietati viventium, sive breve exercitium quotidianum in levamen animarum purgatorii, translatum e gallica lingua « Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare. » 2. Mac. 12, v. 46. Romae 1817. Invenitur apud Angelum Ajani juxta plateam dictam Piazza di Pietra n. 69. Cum approbatione.

Digitized by Google

CDXLVI.

URBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII omnibus utriusque sexus Christifidelibus Sacras visitationes, toto tempore quadragesimali tantum, eodem modo, et forma ut infra corde saltem contrito et devote peragentibus, nec non per aliquod temporis spatium pro felici Statu S. Matris Ecclesiae et juxta mentem Sanctitatis Suae orantibus quadraginta annorum, totidemque quadragenarum Indulgentiam in singulis vicibus acquirendam benigne concessit. Insuper indulsit, ut ipsi Christifideles, qui hujusmodi pium opus tribus saltem distinctis diebus peregerint, Plenariam etiam Indulgentiam die uniuscujusque arbitrio eligenda, qua vere poenitentes, confessi, sacraque Communione refecti aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium devote visitaverint, et oraverint, consequantur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione, et cum facultate easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi; firmis tamen et in pleno robore remanentibus omnibus et singulis aliis Indulgentiis relate ad Urbis Stationes, ab ipsius Sanctitatis Suae Praedecessoribus jam concessis, ut in elencho ex Typographia R. C. A. edito die 9 Julii 1777. Voluitque Sanctitas Sua, ut simili Indulto et Moniales, caeteraeque in Monasteriis commorantes, dummodo supraenunciata pia opera peregerint, respectivam earum Ecclesiam visitantes, nec non infirmi et in carceribus detenti, eo quod exequi nequiverint, aliis operibus a respectivis Confessariis injungendis supplentes, gaudere possint et valeant.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 28 Februarii 1827.

A. Card. Frosini Praef.
A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

ORATIONES

RECITANDAE IN VISITATIONE STATIONUM SACRO QUADRAGESIMAE TEMPORE.

Ingrediendo ecclesiam aliquam vicinam illi in qua habetur statio adoratoque profunde sanctissimo Sacramento, dicetur :

Actiones nostras, etc.
Veni Sancte Spiritus, etc.
℣. *Emitte Spiritum tuum, etc.*
℟. *Et renovabis, etc.*
Oremus – *Deus qui corda Fidelium, etc.*
Antiphona – *O Sacrum Convivium, etc.*
Pange Lingua gloriosi, etc.
℣. *Panem de Coelo, etc.*
℟. *Omne delectamentum, etc.*
Oremus – *Deus qui nobis sub Sacramento mirabili, etc.*

COMMEMORATIO SS. MM.

Antiphona – *Gaudent in coelis animae Sanctorum, qui Christi vestigia sunt sequuti, et quia pro Ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine, et quotidie intercedunt pro nobis.*

℣. *Exultabunt Sancti in gloria.*
℟. *Laetabuntur in cubilibus suis.*

OREMUS.

Deus qui nos perpetua Sanctorum Martyrum tuorum protectione custodis, concede propitius ut in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere mereamur. Per Dominum nostrum, etc.

Dopo di ciò si proceda divotamente alla Chiesa della Stazione, dicendo il Salmo Miserere mei Deus, *e questo finito si diranno cinque* Pater, Ave, e Gloria *alle cinque Piaghe di Gesù Cristo e si leggeranno i gradi della Passione* Jesu dulcissime, etc. *e dopo ognuno di essi si dirà* Miserere nostri Domine, Miserere nostri.

Giunti alla Chiesa della Stazione si diranno le Litanie dei Santi, e le Orazioni, etc. e nel sortire dalla Chiesa si dirà il Salmo De Profundis *coll' Orazione* Fidelium Deus.

Deinde devote procedetur ad ecclesiam Stationis dicendo psalmum « *Miserere mei Deus* » eoque finito, dicentur quinque *Pater*, *Ave* et *Gloria* in honorem quinque plagarum D. N. Jesu Christi, et legentur gradus passionis *Jesu dulcissime*, etc., et post singulum eorum dicetur : *Miserere nostri Domine, miserere nostri.*

Cum pervenerint ad ecclesiam Stationis, dicent litanias omnium Sanctorum, et orationes, etc. In egressu ecclesiae dicetur psalmus *De profundis* cum oratione *Fidelium Deus.*

CDXLVII.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII clementer indulsit, ut omnes utriusque sexus Christifideles qui infrascriptas preces corde saltem contrito et devote recitaverint et per aliquod temporis spa-

Digitized by Google

tium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint tercentum dierum Indulgentiam pro unica dumtaxat vice singulis diebus consequantur. Insuper ipsis Christifidelibus praelaudatas preces quotidie per mensem recitantibus, Plenariam etiam Indulgentiam una ex tribus ultimis respectivi mensis diebus acquirendam, dummodo vere poenitentes confessi, sacraque Communione refecti fuerint et aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique ut supra oraverint, benigne concessit. Voluitque ut haec gratia in perpetuum sit valitura, nec non ut cum dictis piis precibus typis imprimi possit et valeat. Voluit etiam ut pro exemplarium ipsarum precum et gratiae dispensatione nullum prorsus emolumentum percipiatur.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 3 Martii 1827.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCCXCVII.)

ORAZIONE.

O Padre o Figlio o Spirito Santo, o SS. Trinità
O Gesù, o Maria, o Giuseppe, o Angeli, o Santi
O Sante del Paradiso queste grazie vi domando
Per il Sangue preziosissimo di Gesù Cristo

1° *Di far sempre la volontà di Dio*
2° *Di star sempre con Dio*
3° *Di non pensare altro che a Dio*
4° *Di amare solo Iddio*
5° *Far tutto per Iddio*
6° *Cercar solo la gloria di Dio*
7° *Di farmi santo solo per Iddio*
8° *Di conoscere bene il mio nulla*
9° *Per conoscere sempre più la volontà del mio Dio*
10° . . . . . .

Maria Santissima offerite all' Eterno Padre il Sangue preziosissimo di Gesù Cristo per l'anima mia, per le anime sante del Purgatorio, per i bisogni di S. Chiesa, per la conversione de' peccatori, e per tutto il mondo.

Tre Gloria Patri *in onore del Sangue preziosissimo di Gesù Cristo.*

Un' Ave Maria *a Maria Santissima Addolorata.*

Un Requiem aeternam *in suffragio delle anime sante del Purgatorio.*

ORATIO.

O Pater, o Fili, o Spiritus Sancte, o SS. Trinitas
O Jesu, o Maria, o Joseph, o Angeli, o Sancti
O Sanctae paradisi, has gratias vos rogo
Per sanguinem pretiosissimum Jesu Christi
1° Ut faciam semper voluntatem Dei
2° Ut maneam semper cum Deo
3° Ut nihil cogitem praeter Deum
4° Ut amem solum Deum
5° Ut faciam omnia propter Deum
6° Ut quaeram solummodo gloriam Dei
7° Ut meipsum sanctificem solummodo propter Deum
8° Ut bene cognoscam nihilum meum
9° Ut semper magis cognoscam voluntatem Dei mei
10° . . . . .

Maria sanctissima offer AEterno Patri sanguinem pretiosissimum Jesu Christi pro anima mea, pro animabus purgatorii, pro necessitatibus S. Ecclesiae, pro conversione peccatorum et pro toto mundo.

Tria *Gloria Patri* in honorem pretiosissimi sanguinis Jesu Christi.

Unum *Ave Maria* in honorem Beatissimae Virginis desolatae.

Unum *Requiem aeternam* in suffragium animarum purgatorii.

CDXLVIII.

URBIS ET ORBIS.

Beatissimo Padre.

La divozione di S. Stanislao Kostka non solo nel Regno delle due Sicilie, ma nello stato Pontificio ed in Genova si è mirabilmente promossa, dove la Santità Vostra ha estese e dilatate la sante Indulgenze che la felice memoria di Pio VII si degnò accordare per solo Regno delle due Sicilie. Or questa divozione, Beatissimo Padre, nella Francia, nella Polonia, nei luoghi Santi, e fino nel Regno della Cina si và rendendo mirabile; per cui si prega la Santità Vostra d' accordare quelle stesse Indulgenze per tutti i luoghi dell' Orbe cattolico dove si promoverà detta divozione con quelle stesse limitazioni e condizioni ed opere ingiunte che la S. V. si degnò accordare pel Regno delle due Sicilie, stato Pontificio, ed altri luoghi, dichiarando solamente che le stesse sante Indulgenze accordate alle Chiese o pubblici Oratorii ove si venera l' imagine del Santo si possino lucrare nelle interne Chiese ed Oratorii delle Sacre Vergini, de' Seminarii, Conservatorii, e Ritiri sempre colle stesse opere ingiunte a norma delle concessioni passate.

Che, etc.

Beatissime Pater.

Devotio erga S. Stanislaum Kostka non tantum in Regno utriusque Siciliae, sed in statu Pontificio et Januae mirabiliter propagata fuit, ubi Sanctitas Vestra extendit et dilatavit sacras indulgentias quas fel. rec. Pius VII

Digitized by Google

concedere dignatus est pro solo regno utriusque Siciliae. Jam haec devotio, Beatissime Pater, in Gallia, in Polonia, in terra Sancta, et etiam in Sinarum imperio mirandum in modum extenditur; propterea rogatur Sanctitas Vestra ut concedat easdem illas indulgentias pro omnibus locis Orbis catholici, ubi dicta devotio propagabitur, cum iisdem limitationibus, conditionibus et operibus injunctis, quas S. V. dignata est concedere pro Regno utriusque Siciliae, Statu pontificio, aliisque locis, declarando tantum easdem sacras indulgentias concessas ecclesiis aut publicis oratoriis ubi honoratur imago illius Sancti, posse acquiri in Ecclesiis Oratoriisque internis Deo sacratarum virginum, seminariorum, conservatoriorum et secessuum semper cum iisdem operibus injunctis ad normam praeteritarum concessionum. Et haec, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII supraenunciatas gratias ad omnes Ecclesias, Oratoria, Conservatoria, Seminaria et Recessus Urbis et Orbis clementer juxta preces extendit. Servato in reliquis tenore primae assertae concessionis. Presenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 3 Martii 1827.

A. Archiep. Trapezunt. Secret.

CDXLIX.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII omnibus utriusque sexus Christifidelibus infrascriptam Orationem in honorem S. Joannis de Cruce corde saltem contrito ac devote recitantibus ac per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie orantibus centum dierum Indulgentiam semel tantum singulis diebus lucrifaciendam; iis vero qui eamdem Orationem quotidie per mensem ut supra recitaverint Plenariam etiam Indulgentiam in quolibet mense in uno ex ultimis tribus respectivi mensis diebus, dummodo vere poenitentes et confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, nec non aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique oraverint, clementer est elargitus. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione, et cum facultate easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 24 Novembris 1827.

A. Archiep. Trapezunt. Secret.

ORAZIONE A S. GIOVANNI DELLA CROCE.

O glorioso S. Giovanni voi che per puro desiderio di configurarvi al Crocifisso Gesù nulla più ardentemente bramaste fin' all' ultimo istante della vostra santa vita che patire ed essere da tutti dispregiato e vilipeso, e tanto ardente era la vostra sete che avevate di patire, che il vostro generoso cuore gioiva in mezzo dei più penosi tormenti, e travagli. Deh! caro Santo per quella gloria che meritata vi hanno i tanti vostri patimenti vi prego ad intercedere per me, ed impetrarmi da Dio amore al patire, grazia e forza per sopportare con fortezza d' animo le tribolazioni, e le avversità tutte, mezzi sicuri per giungere al felice possesso di quella gloriosa Corona che mi stà nel cielo preparata. Ah! si caro Santo, da quel sublimissimo trono di gloria ove ora sedete glorioso, ascoltate vi prego le mie suppliche, acciò ad imitazione vostra amante rendendomi della Croce, e del patire, meriti di essere vostro compagno nella gloria. Cosi sia.

ORATIO AD S. JOANNEM A CRUCE.

O gloriose S. Joannes qui ex puro Crucifixo Jesu te conformandi desiderio, usque ad ultimum sanctae tuae vitae momentum nihil ardentius desiderasti, quam pati et ab omnibus contemni ac vilipendi, tam ardens erat tua patiendi sitis, ut generosum cor tuum laetaretur in medio gravissimorum tormentorum ac laborum. Ah! care Sancte per gloriam illam quam tibi promeruerunt tantae tuae aerumnae, rogo te ut intercedas pro me, et a Deo mihi impetres amorem aerumnarum, gratiam et robur ad magnanimiter perferendas tribulationes et adversitates omnes, secura media perveniendi ad possessionem gloriosae illius coronae, quae mihi praeparata est in coelo. Ah! care Sancte de sublimi isto throno gloriae, in quo jam gloriosus sedes, ausculta, quaeso te, supplicationes meas, ut ad imitationem tuam amator crucis et aerumnarum factus, merear esse consors tuus in gloria. Amen.

CDL.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII clementer indulsit ut omnes utriusque sexus Christifideles qui infrascriptam Orationem quocumque idiomate corde saltem contrito et devote recitaverint, centum dierum Indulgentiam pro unica dumtaxat vice singulis diebus consequantur. Insuper ipsis Christifidelibus dictam Orationem quotidie pro quolibet mense ut supra recitantibus Plenariam etiam Indulgentiam ultima respectivi mensis die vel infra octiduum immediate sequen. acquirendam, dummodo vere poenitentes et confessi sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, nec non aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visita-

Digitized by Google

verint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, clementer concessit. Praesentibus in perpetuum valituris non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque, et cum facultate easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 30 Januarii 1828.

A. Archiep. Trapezunt. Secret.

ORAZIONE A MARIA SANTISSIMA.

O excellentissima, gloriosissima, atque Sanctissima semper intemerata Virgo Maria Mater Domini Nostri Jesu Christi Regina Mundi et totius creaturae Domina, quae nullum derelinquis, nullum despicis, nullum qui ad te puro et humili corde recurrit desolatum dimittis, noli me despicere propter innumerabilia et gravissima peccata mea, noli me derelinquere, propter nimias iniquitates meas, nec etiam propter duritiem et immunditiam cordis mei; ne abjicias me famulum tuum a gratia tua et amore tuo. Exaudi me miserum peccatorem N. N. in tua misericordia et pietate confidentem, succurre mihi Piissima Virgo Maria in omnibus tribulationibus, angustiis, et necessitatibus meis, et impetra mihi a dilecto Filio tuo Omnipotente Deo, et Domino Nostro J. C. Indulgentiam et remissionem omnium peccatorum meorum et gratiam timoris et amoris sui, sanitatem quoque et castitatem corporis, et liberationem ab omnibus malis et periculis Animae et Corporis. In extremis meis esto mihi pia auxiliatrix, et animam meam, ac animas omnium parentum meorum, fratrum, sororum, et amicorum, consanguineorum, et benefactorum meorum omniumque fidelium vivorum, et defunctorum ab aeterna caligine, et ab omni malo libera Illo auxiliante, quem in tuo Sanctissimo Utero novem mensibus portasti, et in Praesepe tuis sanctis manibus reclinasti Dominum Nostrum Jesum Christum Filium tuum qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

CDLI.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus D. N. Leo PP. XII clementer indulsit ut omnes utriusque sexus Christifideles qui infrascriptam Orationem quocumque idiomate corde saltem contrito et devote recitaverint, centum dierum Indulgentiam semel tantum singulis diebus consequantur. Insuper ipsis Christifidelibus, dictam Orationem quotidie per quemlibet mensem ut supra recitantibus Plenariam etiam Indulgentiam ultima respectivi mensis die vel infra octavam immediate sequen. acquirendam, dummodo vere poenitentes et confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, nec non aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, benigne concessit. Praesentibus in perpetuum valituris non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque, et cum facultate easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Januarii 1828.

A. Archiep. Trapezunt. Secret.

ORAZIONE A MARIA SANTISSIMA.

Vergine Santissima Madre di dio Maria, rifugio sicuro dei peccatori, a Voi che siete dopo Dio la nostra consolazione e speranza in questo luogo di esilio benchè immeritevole del vostro Patrocinio io mi rivolgo con un' interna fiducia. Conosco da una parte l' estremo bisogno cheho di convertirmi di vero cuore, dall' altra l' enormità delle mie colpe mi cagiona sgomento. Ricorro perciò a Voi che siete la nostra mediatrice sovrana presso il vostro dilettissimo Figliuolo Gesù, siccome questi è il nostro mediatore presso il suo Eterno Divin Padre. Il mio ravvedimento deve essere dopo Gesù opera tutta vostra. Degnatevi dunque Madre di Misericordia ottenermi la grazia di avere una perfetta e stabile conversione. Io voglio assolutamente mutar vita. La mia volontà è sincera, ma la mia cattiva consuetudine e l' abuso fatto sin' ora di tante salutari ispirazioni e grazie, la moltitudine e l' enormità dei miei peccati, e legami del mondo, vedendola difficile richieggono un soccorso tutto particolare, malgrado la mia indegnità; lo spero da Voi, non me lo ricusate, meritevole pur troppo delle eterne fiamme, me getto ai vostri piedi dolente e pentito. Confesso di aver colle mie iniquità perduta la grazia divina, la figliuolanza adottiva di Dio, ed il diritto all' eternità beata, tirandomi invece addosso la collera del cielo. Ditemi ciò che devo fare per rientrare nell' amicizia del vostro figlio Gesù; pregatelo per me, che mercè il suo prezio-

Digitized by Google

sissimo Sangue, la sua passione acerba, e dura morte di Croce si degni perdonarmi i miei peccati, ed Egli mi perdonerà. Ditegli che Voi desiderate la mia salute ed Egli mi salverà; ma poichè posso ancora ricadere in peccato e perdere la vita della grazia, in tanti pericoli che mi circondano, proteggetemi sempre, sicuro che trionferò de' miei nemici, che sempre tentano la mia rovina. Intercedetemi una viva fede, una ferma speranza, ed una ardente carità, con tutte le altre virtù proprie del mio stato, la stabillità nel bene, e la perseveranza finale. Siate in fine la mia buona Madre nella carriera presente, e la mia singolare avvocata nel punto della mia morte, onde io sia nel numero di coloro, ai quali il vostro Figliuolo dirà : Venite, benedetti dal Padre mio, a prendere possesso del mio regno. Così sia.

ORATIO AD BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM.

Virgo sanctissima, Mater Dei Maria, tutum peccatorum refugium, ad te, quae post Deum es nostra consolatio et spes in hoc exilii loco, quamvis tuo indignus patrocinio intima cum fiducia recurro. Ex una parte cognosco extremam, qua laboro, sincero corde me convertendi necessitatem ; ex altera consternat me culparum mearum enormitas. Propterea recurro ad te, quae es suprema mediatrix nostra apud dilectissimum tuum filium Jesum, sicut iste est mediator noster apud aeternum divinum suum Patrem. Emendatio mea post Jesum totum tuum opus esse debet. Dignare ergo Mater misericordiae obtinere mihi gratiam perfectae et durabilis conversionis. Firmiter statui vitam mutare. Voluntas mea sincera est, sed prava mea consuetudo, et abusus, quem hactenus feci tot salutarium inspirationum et gratiarum, multitudo et enormitas peccatorum meorum, nexus mundi illam difficilem reddunt, et nonobstante indignitate mea, auxilium omnino speciale exigunt. Istud a te spero, ne deneges illud mihi ; quamvis heu nimium aeternas flammas meruerim, ad pedes tuos dolens et contritus me projicio. Iniquitatibus meis gratiam divinam adoptionem in filium Dei, et jus ad beatam aeternitatem amisisse me fateor, et eorum loco iram divinam in me concitasse. Dic mihi quid facere debeam ut redeam in gratiam cum Jesu filio tuo. Ora eum pro me ut propter sanguinem suum pretiosissimum, acerbissimam suam passionem, et duram mortem crucis, dignetur condonare mihi mea peccata, et Ipse mihi ignoscet. Dic ipsi te desiderare salutem meam, et Ipse me salvabit. Sed quia possum adhuc relabi in peccata, et perdere vitam gratiae, in tot, quae me circumstant, periculis, protege me semper, et certe triumphum reportabo de inimicis meis, qui ruinam meam numquam non moliuntur. Impetra mihi vivam fidem, certam spem, ardentem caritatem, cum omnibus aliis virtutibus status mei propriis, stabilitatem in bono et perseverantiam finalem. Sis tandem bona mihi mater in praesentis vitae cursu, et singularis advocata in puncto mortis meae, ut sim in numero eorum quibus filius tuus dicturus est : Venite benedicti Patris mei, possidete regnum meum. Amen.

CDLII.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII omnibus utriusque sexus Christifidelibus Coronam actuum amoris erga proximum, ut in libello, a Sac. Rituum Congregatione approbatam, corde saltem contrito et devote recitantibus tercentum dierum Indulgentiam semel tantum singulis diebus acquirendam, benigne concessit. Insuper indulsit, ut ipsi Christifideles Plenariam Indulgentiam semel in mense, in illius videlicet mensis fine, in quo praelaudatam Coronam quotidie recitaverint, vel infra octo dies immediate sequentes, dummodo vere poenitentes, confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, nec non aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, consequantur. Praesentibus in perpetuum valituris non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque, cum facultate etiam easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 7 Junii 1828.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

BREVE CORONA

D'ATTI D'AMORE VERSO IL PROSSIMO.

1° *Crocifisso mio Gesù, mio sommo bene vi amo sopra ogni cosa, e per amor vostro amo il mio prossimo come me stesso.*

2° *Amo Voi, mio Dio, con tutto il mio cuore, perchè siete degno d'infinito amore.*

3° *Amo il mio prossimo, per essere da Voi creato ad imagine e similitudine Vostra.*

4° *L'amo, caro Gesù, per essere stato da Voi redento collo spargimento del vostro Sangue.*

5° *L'amo, sull' esempio da Voi lasciatomi di amarlo, e pel comando, che Voi mi fate di amarlo.*

6° *La preghiera da Voi fatta sulla croce all'Eterno Padre per li stessi vostri crocefissori, spinge il mio cuore ad amare il mio prossimo, anche nemico.*

7° *Il precetto che Voi mi fate, mio Gesù, di amare il mio prossimo, Voi lo chiamate precetto vostro e nuovo.*

Digitized by Google

8° *Col bel nome di amico Vostro chiamate chiunque osserva questo vostro comando.*

9° *Ed io per l' ardente desiderio di essere vostro amico e servo fedele prometto di sempre osservarlo di cuore amando il mio prossimo.*

10° *Giacchè non vi è carità maggiore di quella che rende il vostro seguace pronto a dar la vita sua per vantaggio del prossimo.*

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° *Dolcissimo Gesù mi pento e mi dolgo d'aver sin' ora disprezzato ed il vostro esempio, ed il vostro precetto di amare il prossimo.*

2° *Mi pento d' aver trascurata la vostra imagine, anzi Voi stesso nella persona dei poveri affamati, assetati, carcerati e de' miei avversarii.*

3° *E Voi come soffrir mi poteste per sì lungo tempo, senza castigarmi per sì gravi miei mancamenti?*

4° *Vi ringrazio caro Gesù della bontà, pazienza, e misericordia vostra fin' ora verso di me usata.*

5° *In questo momento rinnuovo la mia risoluzione di amare sempre il mio prossimo come me stesso e desiderargli ogni bene.*

6° *Concedetemi, vi prego, questa grazia di perseverare sino alla morte in questo mio proponimento il mio fratello.*

7° *A questo effetto vi chiedo umilmente il vostro divino ajuto per negare me stesso, e resistere al mio proprio amore.*

8° *Senza un tale ajuto, come Voi stesso mi fate sapere, io non sono capace di fare un'opera meritoria di vita eterna, anzi neppure di avere un buon pensiero meritorio della medesima.*

9° *Fatemi questa grazia, o buon Gesù, di portar la mia Croce, e seguir le vostre pedate nell'amare il mio prossimo.*

10° *Tanto più che se io non amo il mio fratello, come potrò amare Voi che in esso avete scolpita la vostra imagine?*

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° *Che mi giova mio amato Gesù se io faccio acquisto di tutto il mondo e non abbia carità verso il mio prossimo.*

2° *Li vostri doni stessi, mio Dio, delle lingue, della profezia, dei miracoli senza la carità verso il fratello mi lasciano nel mio nulla.*

3° *Se anche donassi il mio corpo ad ardere nelle fiamme, ed il mio cuore fosse duro col mio prossimo, niente mi gioverebbe per la salute eterna.*

4° *Questa carità son certo che mi rende a Voi amico, perchè essa è la pienezza della legge.*

5° *Nell' osservanza dei due precetti d'amar Voi, mio Dio, sopra ogni cosa e di amare il mio prossimo come me stesso pende tutto la legge e li profeti.*

6° *Ah potessi impiegar tutto me medesimo per far conoscere al mio fratello esser Voi solo il nostro sommo bene e l' eternà nostra felicità.*

7° *Me felice se potessi spargere il sangue per condurlo ad amarvi con tutto il cuore, a servirvi con fedeltà per tutto il corso della vita presente.*

8° *A tal fine vi prego Gesù a donare al mio prossimo la povertà di spirito ed un perfetto distacco da ogni bene terreno.*

9° *A donargli la mansuetudine e l' umiltà di cuore, da Voi prescritta, e coll' esempio insegnata.*

10° *A donargli un cuore dolce e misericordioso, per ottenere la misericordia vostra in vita ed in morte.*

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° *Caro Gesù voi c'insegnate a chiamare col nome di Padre il nostro principio ed ultimo fine Iddio Ottimo Massimo.*

2° *Voi ci comandate d'esser perfetti, come perfetto si è questo Padre celeste.*

3° *Voi ci dichiarate ch' Egli fa nascere il sole sopra i buoni e sopra i cattivi.*

4° *Ch' Egli sparge la pioggia benefica sopra li giusti e sopra l' ingiusti.*

5° *Io con ardore bramo d' essere vero figlio di questo celeste Padre e di essere come Egli perfetto.*

6° *E perciò debbo e voglio amare con eguale affetto e gli amici e gli inimici.*

7° *Se io amo solamente chi mi benefica non mi distinguo da un publicano, il quale ama pure chi gli fa del bene.*

8° *Se io saluto soltanto il prossimo amico e gradito non sono da più di un gentile e di un pagano che fa il medesimo verso i suoi cari.*

9° *A distinguermi pertanto e dal publicano e dal gentile, debbo e voglio fare qualche opera singolare che mi dichiari vostro discepolo.*

10° *Ora quest' opera singolare altro non è che la carità verso il mio prossimo tanto amico quanto nemico.*

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° *Dolcissimo Gesù l' amor vostro verso di me mi spinge ad essere caritatevole verso il mio fratello sì propizio che contrario.*

2° *E mi spinge ad amarlo in ogni tempo, in ogni luogo, in ogni circostanza.*

3° *Mi spinge nello stesso tempo a negare me stesso, per non lasciarmi vincere dal male, anzi a vincere col bene il male.*

Digitized by Google

4° *Voglio perciò da qui innanzi pensar sempre bene, giudicar bene, e parlar bene del mio prossimo, e scacciare dal cuore ogni avversione, rancore, odio e vendetta.*

5° *Voglio consolarlo, se è afflitto, soccorrerlo se è bisognoso, compartirlo se è difettoso.*

6° *Se alcuno spogliar mi volesse della mia veste, donar gli vorrei anche il mantello.*

7° *A chi mi percuoterà nella guancia destra, gli presenterò anche la sinistra.*

8° *Alle maledizioni e calunnie del mio nemico risponderò con altrettante benedizioni.*

9° *Poichè non sono io mai per ricevere dal mio avversario tante offese, quante io ne ho fatte a Voi mio Gesù, e come Voi da me pregato, siete pronto a perdonarmi, così di cuore voglio perdonare al mio offensore.*

10° *Sì mio caro Gesù, voglio sempre amare il mio prossimo comunque egli sia per trattarmi, per essere egli formato ad imagine vostra, per imitare il vostro esempio, per ubbidire al vostro precetto, per essere perfetto come si è il nostro Padre celeste. Così sia.*

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

BREVIS CORONA

ACTUUM AMORIS ERGA PROXIMUM.

1° Jesu mi crucifixe, summum bonum meum, amo te super omnia et propter te amo proximum meum sicut meipsum.

2° Amo te Deus meus, ex toto corde meo, quia infinito amore dignus es.

3° Amo proximum meum quia creatus est a te ad imaginem et similitudinem tuam.

4° Amo illum, care Jesu, quia a te cum effusione sanguinis tui redemptus est.

5° Amo illum juxta exemplum amandi eum, quod mihi reliquisti, et propter mandatum amandi eum, quod mihi dedisti.

6° Oratio quam in cruce direxisti ad aeternum Patrem tuum pro ipsismet tuis crucifixoribus, excitat cor meum ad amorem proximi mei, etiamsi fuerit inimicus meus.

7° Praeceptum quod mihi dedisti, mi Jesu, amandi proximum meum vocasti praeceptum tuum et novum.

8° Quicumque servaverit hoc tuum praeceptum, hunc speciose amici tui nomine vocas.

9° Et ego ex ardenti desiderio ut sim amicus tuus, et servus fidelis, promitto me illud semper observaturum, amando ex corde proximum meum.

10° Cum non sit caritas major illa, quae reddit sequacem tuum promptum ad dandam vitam suam pro utilitate proximi sui.

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° Dulcissime Jesu poenitet me et doleo, quia hactenus contempsi et tuum exemplum et tuum praeceptum amandi proximum.

2° Poenitet me neglexisse tuam imaginem, imo teipsum in persona pauperum famelicorum, sitientium, captivorum et adversariorum meorum.

3° Et tu quomodo tanto tempore me ferre potuisti, absque eo quod punieris me propter tam graves meas negligentias?

4° Gratias tibi ago, care Jesu, propter bonitatem, patientiam et misericordiam tuam, quam hactenus mihi exhibuisti.

5° In hoc momento renovo propositum meum amandi semper proximum sicut meipsum et optandi illi omnia bona.

6° Concede mihi, quaeso, hanc gratiam, ut usque ad mortem perseverem in hoc meo proposito amandi fratrem meum.

7° Eum in finem rogo te humiliter divinum tuum adjutorium, ut abnegem meipsum et resistam amori proprio.

8° Absque illo adjutorio, sicuti tuipse me doces, incapax sum faciendi opus meritorium vitae aeternae, imo habendi vel bonam cogitationem quae illius meritoria sit.

9° Da mihi hanc gratiam, o bone Jesu, ut portem meam crucem, et sequar tua vestigia in amore erga proximum.

10° Eo magis, quia si non amo fratrem meum, quomodo potero amare te qui in eo expressisti tuam imaginem?

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° Quid me juvat, dilecte mi Jesu, si totum mundum lucrifaciam, et non habeam caritatem erga proximum meum?

2° Ipsamet dona tua, mi Deus, linguarum, prophetiae, miraculorum, absque caritate erga fratrem meum relinquunt me in nihilo meo.

3° Etiamsi traderem corpus meum ut flammis urereter, cor autem meum durum foret cum proximo meo, nihil hoc me juvaret ad salutem aeternam.

4° Hanc caritatem certus sum me tibi reddere amicum, quia illa est plenitudo legis.

5° In observantia duorum mandatorum, amandi nempe te, mi Deus, super omnia et proximum meum sicut meipsum, universa lex pendet et prophetae.

6° Utinam meipsum totum impendere possem ad edocendum fratrem meum Te solum esse nostrum summum bonum, nostramque aeternam felicitatem.

7° O felicem me si sanguinem fundere possem ad inducendum illum ut toto corde te amet fideliterque tibi serviat per totum praesentis vitae cursum.

8° Eum in finem oro te, mi Jesu, ut des proximo meo paupertatem spiritus, et perfectam indifferentiam erga omne bonum terrenum.

9° Ut des ipsi mansuetudinem et humilitatem cordis a te praescriptas et exemplo demonstratas.

10° Ut des ipsi cor mite et misericors, ad obtinendam misericordiam tuam in vita et in morte.

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° Care Jesu tu docuisti nos Patris nomine compellare nostrum principium et ultimum finem Deum optimum maximum.

2° Tu jubes ut perfecti simus, sicut perfectus est coelestis ille Pater.

Digitized by Google

3° **Tu declaras nobis illum solem suum oriri facere super bonos et malos.**

4° **Ipsumque spargere pluviam suam beneficam super justos et injustos.**

5° **Ego ardenter desidero esse verus filius Patris illius coelestis, et esse perfectus sicut ille perfectus est.**

6° **Et propterea teneor et volo aequali affectu amare amicos et inimicos.**

7° **Si amem tantum illos qui mihi benefaciunt, nihil differo a publicano; nam et ille amat benefacientes sibi.**

8° **Si salutem tantum proximum amicum et gratum, nihil amplius facio quam gentilis et paganus, qui et idem facit erga amicos suos.**

9° **Ut ergo distinguar et a publicano et a gentili, teneor et volo opus aliquod peculiare efficere quod indicet me tuum esse discipulum.**

10° **Hoc autem opus peculiare aliud non est nisi caritas erga proximum meum, tam erga inimicum quam erga amicum.**

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° **Dulcissime Jesu, amor tuus erga me excitat me ut sim caritate plenus erga fratrem meum, tam erga contrarium quam erga mihi faventem.**

2° **Excitat me ad amandum eum omni tempore, omni in loco, et in omnibus circumstantiis.**

3° **Simul excitat me ad abnegandum meipsum ne sinam me vinci a malo, sed potius vincam in bono malum.**

4° **Volo propterea deinceps semper bene cogitare, bene judicare, bene loqui de proximo meo; et expellere e corde meo omnem aversionem, rancorem, odium et vindictam.**

5° **Volo consolari eum, si sit afflictus; succurrere illi si sit in necessitate; compati illi, si defectibus laboret.**

6° **Si aliquis vellet a me auferre vestem meam, donare vellem illi et pallium.**

7° **Percutienti mihi in maxilla dextera, praebebo et sinistram.**

8° **Inimici maledictionibus et calumniis respondebo totidem benedictionibus.**

9° **Cum numquam accepturus sim ab adversario meo tot offensas, quot ego ipse tibi intuli, mi Jesu; tu vero a me rogatus promptus sis ad condonandum mihi, hinc ex corde ignoscere volo offendenti me.**

10° **Ita, care mi Jesu, volo semper amare proximum meum quocumque modo ille me sit habiturus, quia factus est ad imaginem tuam, ut obediam mandato tuo, ut sim perfectus sicut Pater noster coelestis. Amen.**

Jesu Christe crucifixe miserere mei.

—

1° *Detestor et abominor omnia et singula peccata mea et omnia aliorum commissa ab initio mundi usque in hanc horam, et deinceps usque ad finem mundi committenda, et si possem ea impedirem per gratiam Dei, quam supplex invoco.*

2° *Laudo et approbo omnia bona opera facta a principio mundi usque in hanc horam, et deinceps usque in finem mundi facienda, et si possem, ea multiplicarem per gratiam Dei quam supplex invoco.*

3° *Ignosco et dimitto ex toto corde omnibus inimicis meis, omnibus mihi detrahentibus, omnibus quocumque modo mihi nocentibus, vel volentibus mihi mala.*

4° *Utinam omnes homines salvare possem moriendo pro singulis! libenter id facerem per gratiam Dei quam supplex invoco, et sine qua nihil possum.*

5° *Intendo facere, dicere, et cogitare omnia ad majorem Dei gloriam cum omnibus illis bonis intentionibus, quas Sancti unquam habuere vel habebunt, vel habere possunt.*

CDLIII.

URBIS.

Decet Romanum Pontificem Sacrae Religionis Supremum assertorem, ea quae pro Ecclesiarum et Christifidelium in illis studio pietatis vacantium profectu, commoditate ac spirituali consolatione per Sedis Apostolicae providentiam circumspectam concessa sunt extensionis munere ampliare, siquidem actualis Praefectus Presbyterorum Collegii, seu Oratorii Nocturni canonice erecti per Litteras Apostolicas Leonis XII fel. rec. sub datum diei 14 Februarii 1826 in Ecclesia S. Mariae de Pace humiliter exposuit praedictum Oratorium non solum aliorum primum quae in Urbe extant per easdem Litteras dictum et nominatum, verum etiam ipsos Collegii seu Oratorii Presbyteros facultate munitos alia hujusmodi Oratoria in illud cooptandi. Hinc Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VIII praefato Oratorii Praefecto nec non suis etiam Successoribus pro tempore existentibus omnia et singula Privilegia, Indulgentias, et Gratias spirituales in Summario Sac. huic Congregationi exhibito, aliis Oratoriis ejusdem nominis et instituti tam intra quam extra Urbem canonice erectis, et in enunciatum juxta formam praedictarum litterarum cooptatis communicandi facultatem clementer tribuit et impertitus est absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Maii 1830.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

(*Vide* Summarium in Appendice n° XXIII.)

CDLIV.

Beatissimo Patre.

Il Canonico Telesforo Galli uno dei Consultori

Digitized by Google

della Sacra Congregazione delle Indulgenze a nome di molti Parrochi e Rettori di Roma umilmente espone che la sa. me. di Pio VII con Rescritto dei 12 *Agosto* 1815 *per organo della Segreteria dei Memoriali (che si conserva nella Segreteria dell' Eminentissimo Card. Vicario) concedè in ciascun giorno della Novena del Santissimo Natale* 300 *giorni d' Indulgenza facendosi in essa Novena pii esercizii, etc. analoghi al gran mistero della nascita di N. S. G. C. ed a quei fedeli che faranno tal Novena concede ancora l' Indulgenza Plenaria, purchè confessati e communicati nel giorno del Santo Natale o in uno della sua ottava preghino secondo l' intenzione del Sommo Pontefice. Siccome però tal Novena si pratica in moltissime Chiese e vi si fa la S. Communione dai fedeli in uno delli ultimi giorni di detta Novena, e perciò non vengono a lucrare l'Indulgenza Plenaria suddetta a tenore del Rescritto di Pio VII; così l' Oratore a nome come sopra supplica la S. V. che si degni dichiarare, che la prescritta Communione possa farsi anche in uno dei giorni della Novena suddetta, purchè si faccia in tutti i giorni la Novena secondo il Rescritto della sa. me. di Pio VII.*

Che, etc.

Beatissime Pater.

Canonicus Telesphorus Galli, unus ex consultoribus Sacrae Congregationis indulgentiarum, nomine multorum parrochorum et rectorum Urbis humiliter exponit fel. rec. Pium VII per rescriptum 12 Augusti 1815 datum in secretaria memorialium (quod conservatur in secretaria Emmi Cardinalis Vicarii) concessisse pro singula die Novenae festi Nativitatis Domini indulgentiam 300 dierum, si fiant in illa novena pia exercitia, etc. relationem habentia ad magnum mysterium Nativitatis D. N. J. C. iisque fidelibus qui facturi sunt hanc novenam concessit etiam indulgentiam plenariam, dummodo confessi et Sacra Communione refecti in die Nativitatis aut infra ejus octavam, oraverint secundum intentionem summi Pontificis. Cum vero talis Novena peragatur in quamplurimis ecclesiis, in iisque fiat communio fidelium in uno ex ultimis diebus praedictae Novenae et propterea non lucrantur Indulgentiam plenariam praefatam juxta tenorem rescripti Pii VII, hinc Orator nomine ut supra supplicatur Sanctitatem Vestram ut dignetur declarare praescriptam communionem posse etiam fieri in una ex diebus praedictae Novenae, dummodo quotidie Novena fuit juxta rescriptum fel. rec. Pii VII. Et haec, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VIII annuit pro gratia juxta petita.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Julii 1830.

A. Card. Frosini Praef.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

CDLV.

Beatissimo Padre.

Il Generale dell' Ordine de' Predicatori e suoi Religiosi espongono alla S. V. come a loro istanza a dì 14 *Agosto* 1801 *si degnò la s. m. di PP. Pio VII con suo benigno Rescritto concedere in perpetuo l' Indulgenza Plenaria anche applicabile ai defunti, a tutti i fedeli Cristiani nel giorno della festa di S. Pio V. del loro Ordine, con che pentiti confessati e communicati in detto giorno recitino divotamente il seguente Inno avanti qualche Altare o Reliquia insigne del medesimo, ovvero in qualche Chiesa in onore di lui dedicata pregando secondo l' intenzione del Sommo Pontefice, e l' Indulgenza di* 40 *giorni applicabile ai fedeli defunti recitando devotamente il predetto Inno. In seguito con approvazione fu stampato in foglio si in latino come in italiano il citato Inno colla concessione delle Indulgenze; e tal foglio fu anche passato in S. Maria Maggiore, e tuttora sta a publica vista dove è il corpo di detto Santo, e nelle diverse edizioni romane fatte della* Raccolta di orazioni, *etc. da un Consultore della Sac. Congregazione delle Indulgenze (nella nota Edizione* 1825 *a pag.* 336) *è riportata detta Indulgenza. Siccome però nelle passate vicende tra le molte scritture dell' Archivio del Convento di S. Maria sopra Minerva è anche smarrito l' originale del prenominato Rescritto della sa. me. di Pio VII così gli oratori ad avere un documento certo presso di loro della enunciata concessione supplicano la S. V. che nell' assunzione al Pontificato si degnò di assumere il nome di S. Pio V, di nuovo confermare in perpetuo l' Indulgenza predetta in onore di S. Pio V,* et quatenus opus esset, *di nuovo concederle in perpetuo come sopra. Che, etc.*

Beatissime Pater.

Generalis ordinis FF. Praedicatorum ejusque Religiosi S. V. exponunt ad instantiam eorum die 14 Augusti 1801 fel. rec. Pium VII dignatum fuisse benigno suo rescripto concedere in perpetuum Indulgentiam plenariam etiam defunctis applicabilem omnibus fidelibus Christianis in die festo S. Pii V. eorum ordinis, dummodo contriti, confessi et Sacra Communione refecti in illa die devote recitaverint hymnum sequentem ante aliquod altare aut reliquiam insignem ejusdem, aut in aliqua ecclesia in ejus honorem dedicata, orando secundum intentionem Summi Pontificis; et indulgentiam 40 dierum fidelibus defunctis applicabilem recitantibus devote praedictum hymnum. Consequenter cum approbatione in folio typis editus fuit, tam latine quam Italice, citatus hymnus cum concessione indulgentiarum; tale folium etiam transmissum fuit ad

Digitized by Google

basilicam S. Mariae Majoris, et hactenus publice expositum conspicitur ubi requiescit corpus dicti Sancti, et in diversis editionibus Romanis libri dicti *Raccolta di orazioni*, etc. procuratis a Consultore sacrae Congregationis indulgentiarum (in nova editione 1825, pag. 336) refertur dicta Indulgentia. Cum tamen transactis vicissitudinibus inter multas scripturas archivii S. Mariae supra Minervam etiam deperditum fuit originale praedicti rescripti fel. rec. Pie VII, hinc Oratores ut penes se habeant documentum indubium praefatae concessionis supplicantur S. V. quae in assumptione ad Pontificatum dignata est assumere nomen S. Pii V, ut de novo confirmet in perpetuum Indulgentiam praedictam in honorem S. Pii V, et quatenus opus esset, eam de novo concedat in perpetuum ut supra. Et haec, etc.

IN HONOREM B. PII V.

HYMNUS.

Belli tumultus ingruit
Cultus Dei contemnitur
Ultrixque culpam persequens
Jam poena terris imminet
Quem nos in hoc discrimine
Coelestium de sedibus
Praesentiorem Vindicem
Quam te, Pie, invocabimus?

Nemo, beate Pontifex
Intensiore robore
Quam tu superni Numinis
Promovit in terris decus
Quem nos, etc.

Ausisve fortioribus
Avertit a cervicibus
Quod Christianis gentibus
Jugum parabant Barbari
Quem nos, etc.

Tu comparatis classibus
Votis magis sed fervidis
Ad insulas Enchinadas
Fundis tyrannum Thracias
Quem nos, etc.

Absensque eodem tempore
Hostis fuit quo perditus
Vides, et adstantes doces
Pugnae secundos exitus
Quem nos, etc.

Majora qui coelo potes
Tu supplices nunc adspice
Tu civium discordias
Compesce, in iras hostium
Quem nos, etc.

Precante te, Pax aurea
Terras revisat, ut Deo
Tuti queamus reddere
Mox laetiora cantica
Quem nos, etc.

Tibi Beata Trinitas
Uni Deo sit gloria
Laus et potestas omnia
Per saeculorum saecula. Amen.

℣. *Ora pro nobis beate Pie*
℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS.

Deus qui ad conterendos Ecclesiae tuae hostes et ad divinum cultum reparandum B. Pium Pontificem Maximum eligere dignatus es : fac nos ipsius defendi praesidiis, et ita tuis inhaerere obsequiis, ut omnium hostium superatis insidiis perpetua pace laetemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, etc.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VIII Oratoris precibus annuens sequentes Indulgentias, fidelibus quoque defunctis applicabiles, quatenus opus sit, omnibus utriusque sexus Christifidelibus benigne concessit, Plenariam nempe incipiendam a primis vesperis usque ad diei festi S. Pii V solis occasum, dummodo vere poenitentes et confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, nec non ante aliquod ejusdem Sancti Altare aut Reliquiam, seu in aliqua praefati Ordinis Praedicatorum Ecclesiam antedictum Hymnum recitaverint, ac per aliquod temporis spatium juxta consuetos fines oraverint ; ac insuper quadraginta dierum Indulgentiam pro unica dumtaxat vice singulis anni diebus si corde saltem contrito et devote, ut supra Hymnum recitaverint et oraverint. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 2 Octobris 1830.

A. Card. Frosini Praef.
A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

Digitized by Google

CDLVI.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI, ETC.

Septimae Editionis Romanae.

Coelestis Indulgentiarum thesauri dispensatio magni semper fuit in Ecclesia momenti, ut Christi-fidelium devotio augeretur, fides splendesceret, spes vigeret et charitas vehementer incalesceret. Sacris proinde Indulgentiis varias pluresque orationes, ac pia opera Summi Romani Pontifices ditare omni tempore studuerunt. Sed aliquando, immo etiam semper evenire solet ut Indulgentiae ipsae, quarum usus Christiano populo maxime est salutaris, non lucrentur, vel quia earum concessiones ignorantur, vel quia ad eas acquirendas quae indiscriminatim in nonnullis opusculis, aut impressis foliis reperiuntur, nec singulae, nec integrae praescriptae conditiones declarantur. Quamobrem opportunum ac necessarium jamdudum videbatur ut quamplurimae Orationes nec non pia opera, praecipue illa quibus ex generalibus concessionibus Summorum Pontificum Indulgentiae sunt adnexae, ex suis germanis fontibus fideliter hausta, atque ordine digesta, et simul collecta in vulgus ederentur. Id quod erat in votis superioribus annis perfecit Alter ex iis, qui a Consultis sunt praeelecti hujus Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae. Praedictas enim Orationes ac pia Opera in unum volumen diligenter, sed non levi labore redegit, injunctas conditiones pro ipsis Indulgentiis assequendis singillatim exposuit typisque evulgavit.

Cum vero idem auctor septimam hujusmodi collectionis Romanam editionem magis auctam, magisque accuratam modo imprimere curaverit, eadem Sac. Congregatio praelaudatum Opus haud dubie perutile probat, ac uti authenticum publicari posse censet. Monet tamen, quod si in quacumque ejusdem operis editione seu versione cujuscumque idiomatis tam in Urbe, quam extra exarata, vel quae exarari contingat, dubium aliquod subinde emerserit, sive quoad Indulgentiarum concessiones, sive quoad praescriptas conditiones adimplendas, ad praesentem tantum Romanam editionem hoc anno millesimo octingentesimo trigentesimo prime typis Perego-Salvioni gnaviter excusam, et in ipsius Sac. Congregationis Secretaria asservatam recursus habeatur; ac praeterea praesens Decretum, ut omnibus patefiat, typis pariter impressum ad calcem memoratae editionis apponi voluit, atque mandavit.

Datum Romae ex Secretaria praefatae Sac. Congregationis Indulgentiarum ac Sac. Reliquiarum die 30 Aprilis 1831.

A. CARD. FROSINI PRAEF.

A. Piatti Archiep. Trapezuntin. Secret.

(*Vide* Decreta CDXL, CDLXIV, CDLXVII, DXIX, DLIX, DCVII, DCXLV.)

CDLVII.

ORDINIS SANCTISSIMAE TRINITATIS FRATRUM DISCALCEATORUM.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI Universorum fidelium saluti quam maxima sollicitudine prospiciens, et eorum praesertim, quorum animae de corporibus exutae piacularibus flammis in Purgatorio premuntur, iisque aliquod solatium et levamen de bonis Ecclesiae thesauri afficere summopere exoptans, humillimis precibus Patris Procuratoris Generalis Ordinis Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis de redimendis Captivis clementer acceptis, Privilegiis et Gratiis a Benedicto XIV Praedecessore suo huic Ordini cumulatis alia sequentis tenoris pro defunctis tantum adjunxit, et auxit, nempe quotidianum Privilegium Altaris cujusque praefati Ordinis Ecclesiae pro Missis quae in ipso in suffragium Fratrum defunctorum celebrantur, extendit ad Altare etiam singularum Ecclesiarum, Confraternitatum quae eidem Ordini aggregatae sunt ac eorum quae in posterum aggregabuntur.

Insuper Altaria omnia cujuscumque pariter Ecclesiae Ordinis tum Confraternitatis Ordini adscriptae die obitus seu depositionis uniuscujusque Religiosi, aut Confratris, seu etiam die qua eorum mortis notitia pervenerit privilegiata similiter pro illis dignatus est declarare. Et tandem ne animabus illis defraudetur suffragium in supraenunciati Ordinis Constitutionibus praescriptum indulsit ut si Religiosi, simul et Confratres in una ex memoratis diebus ob legitimum aliquod proprii officii impedimentum animabus ipsis juvare minime possint, prima die non impedita in earum solatio, eodem gaudeant privilegio. Et ne hujusmodi privilegiorum memoria temporis lapsu oblivioni mandetur perpe-

Digitized by Google

tuis futuris temporibus ipsa voluit impertita et statuit absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 15 Februarii 1832.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

CDLVIII.

FLORENTIN.

Ad humillimas preces Serenissimae Mariae Ferdinandae Magnae Ducissae Viduae de Hetruria Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI annuens clementer indulsit ut Civitatis Florentin. pro tempore Archiepiscopus benedicere possit et valeat Crucifixos, eisdemque applicandi omnes Stationum Viae Crucis Indulgentias, acquiren. ab iis tantum ex Piae Societatis, canonice tamen erectae, vel erigen. sub speciali Patrocinio Patriarchae S. Joseph, Consororibus, Visitationi, et Assistentiae AEgrotorum de duobus dictae Societatis Nosocomiis SS. Bonifacii et Luciae addictis, tum occasione ipsis aegrotis inserviendis cum in casibus physicae infirmitatis, vel alicujus legitimi impedimenti, dummodo rite dispositae nec non unum ex praelaudatis Crucifixis manibus tenentes, viginti *Pater, Ave et Gloria*, unum nempe pro qualibet ex quatuordecim Stationibus, quinque in Sanctissimorum Domini Vulnerum memoriam, ac unum juxta mentem Sanctitatis Suae, recitaverint. Praesenti ex gratia speciali in perpetuum valituro, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 24 Septembris 1832.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

CDLIX.

PISAN.

Ad humillimas preces Serenissimae Mariae Ferdinandae Magnae Ducissae Viduae de Hetruria Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI annuens, clementer indulsit ut Civitatis Pisan. pro tempore Archiepiscopus benedicere possit, et valeat Crucifixos eisdemque applicandi singulas Stationum Viae Crucis Indulgentias acquirend. ab iis tantum ex Piae Societatis canonice tamen erectae vel erigend. Consororibus, Visitationi, ac Assistentiae pauperum Infirmarum de S. Clarae e dicta Civitate Nosocomio addictis, tum occasione ipsis Infirmis inserviendi, quum in casibus physicae infirmitatis, aut alicujus legitimi impedimenti; dommodo rite dispositae, nec non unus ex praelaudatis Crucifixis manibus tenentes, viginti *Pater, Ave et Gloria*, unum nempe pro qualibet ex quatuordecim Stationibus, quinque in Sanctissimorum Domini Vulnerum memoriam, ac unum juxta mentem Sanctitatis Suae recitaverint. Praesenti ex gratia speciali in perpetuum valituro, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 27 Septembris 1832.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

CDLX.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI omnibus utriusque sexus Christifidelibus ubique terrarum existentibus, qui corde saltem contrito supraenunciatas preces in honorem S. Nicolai una cum Oratione Dominica et Angelica Salutatione devote recitaverint quinquaginta dierum Indulgentiam semel in qualibet die ab unoquoque acquirendam clementer est elargitus. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgen. die 22 Novembris 1832.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

ORAZIONE.

Glorioso S. Niccolo mio special Protettore, da quella sede di luce in cui godete la divina presenza, rivolgete pietoso verso me i vostri occhi, ed impetratemi dal Signore quelle grazie ed ajuti opportuni alle presenti mie necessità si spirituali che temporali, e specialmente la grazia N. N., qualora sia espediente alla mia eterna salute. Sovvengavi ancora o glorioso santo Vescovo del nostro Sommo Pontefice, della S. Chiesa, e di questa divota Città. Riducete al retto sentiero di salute coloro che vivono immersi nec peccato, o involti nelle tenebre dell' ignoranza dell' errore e dell' eresia. Consolate gli afflitti, provvedete i bisognosi, consolate i pusillanimi, difendete gli oppressi, assistete gl' infermi, e fate si che tutti sperimentino gli effetti del vostro valevole patrocinio

Digitized by Google

presso il Supremo Datore di ogni bene. Amen. Pater, Ave et Gloria.

ORATIO.

Gloriose S. Nicolae, peculiaris mi protector, ab illa lucis sede in qua divina frueris praesentia, oculos tuos ad me benigne converte, et impetra mihi a Domino illas gratias et auxilia, quae praesentibus meis necessitatibus tum spiritualibus quam temporalibus conveniunt; specialiter autem gratiam N. N..... dummodo ad salutem aeternam mihi utilis sit. Memorare etiam o gloriose S. Episcope nostri Summi Pontificis, S. Ecclesiae et devotae hujus civitatis. Ad rectam salutis viam reduc illos, qui vivunt immersi in peccato aut involuti in tenebris ignorantiae, erroris, et haereseos. Solare afflictos, succurre miseris, conforta pusillanimes, defende oppressos, adjuva infirmos, et fac ut omnes experiantur effectus potentis tui apud omnis boni Datorem patrocinii. Amen. *Pater*, *Ave*, et *Gloria*.

℣. *Ora pro nobis beate Nicolae.*

℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS.

Deus qui Beatum Nicolaum gloriosum Confessorem tuum atque Pontificem innumeris decorasti, et quotidie non cessas illustrare miraculis : tribue quaesumus, ut ejus meritis et precibus a gehennae incendiis et periculis omnibus liberemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CDLXI.

DITIONIS LUSITANIAE ET ALGARBIORUM.

Quod piis erat in votis Serenissimi Lusitaniae et Algarbiorum Regis fidelissimi Michaelis I de Ecclesia Dei optime meriti Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI sicut commissae sibi a Divino Redemptore dispensationis ratio exigit ut coelestium munerum thesaurum ad augendam, fovendamque Christifidelium pietatem prudenti liberalitate erogare studeat, ad Omnipotentis Dei Gloriam et animarum salutem apostolica auctoritate benigne annuit ut institui et erigi possit in una tantum Ecclesia de consensu respectivorum Ordinariorum semel eligenda et designanda singularum Urbium sive Locorum sub Dominio temporali Regis fidelissimi in quibus extat Ipsorum Sedes, Confraternitas, seu Sodalitas sub titulo S. Amoris B. M. V. Auxiliatricis iisdem modo et forma quibus Monachii in Ecclesia Parochiali S. Petri, et Pisis in Ecclesia S. Michaelis, respective reperitur canonice erecta cum communicatione et participatione in perpetuum omnium et singularum Indulgentiarum, Privilegiorum ac Bonorum spiritualium juxta ejusdem Sodalitatis Regulas et Statuta, servatis tamen servandis, praesertim Litteris Apostolicis in forma Brevis fel. rec. Clementis PP. VIII sub datum Romae apud S. Petrum 7 Decembris anno millesimo sexcentesimo quarto sui Pontificatus tertiodecimo, quarum initium « *Quaecumque a Sede Apostolica* » non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis in contrarium facientibus. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 26 Januarii 1833.

A. CARD. FROSINI PRAEF.

L. Archiep. Athenarum Secret.

(*Vide* Summarium Indulg. in Appendice, n° XXV.)

CDLXII.

Beatissime Pater.

Die 13 *Februarii anno* 1826 *Lutetiae Parisiorum in suaque Dioecesi de licentia Reverendissimi Archiepiscopi erecta fuit atque instituta pia Societas sub invocatione S. Joannis Francisci Regis ad hoc, ut pauperibus et indigentibus qui in Concubinatu vivunt media necessaria praesto sint ad matrimonium contrahendum civicum et religiosum prolesque natas et nasciturus legitimas. Quamplurima ex hinc commoda et utilitates in Rempublicam provenerunt, ut ex actis constat ipsiusmet Societatis. Proindeque actualis Moderator ad hoc opus magis magisque fovendum Sanctitatem Vestram humiliter exorat totus ad Sanctissimos Pedes provolutus, ut piae Societati adscriptis et adscribendis concedere digneris*

1° *Apostolicam Benedictionem.*

2° *Indulgentiam quadraginta dierum tum cum in unum collecti fuerint ad pauperes et indigentes in domum Societatis recipiendos, eosdem simul vel singulariter visitandos atque Dominica vel aliis diebus in rebus fidei instruendos curaverint.*

3° *Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum tum cum eisdem assistentiam praestaverint in administratione Sanctissimi Sacramenti Matrimonii.*

4° *Eamdem pariter Indulgentiam cuicumque ex ipsis qui Patrini vel Matrinae officium exercuerint in administratione Sanctissimi Sacramenti Baptismatis pueris ex dictis Matrimoniis natis vel nasciturus, quam Indulgentiam acquirere possint etiam ii qui minime Societati adscripti, iisdem tamen actis esse praestabunt.*

Digitized by Google

5° *Indulgentiam Plenariam die* 13 *Februarii cujuscumque anni anniversarii approbationis piae Societatis.*

6° *Indulgentiam similiter Plenariam die* 16 *Junii in festo Patronali S. Joannis Francisci Regis.*

7° *Indulgentiam tandem Plenariam in suffragium fidelium defunctorum applicabilem tum cum unusquisque ex adscriptis et adscribendis Sanctissimam Confessionem et Communionem peregerit die ad arbitrium mensis quo aliquis ex ipsis in viam universae carnis ingressus fuerit. Et Deus, etc.*

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI attentis expositis benigne annuit pro gratia juxta petita, ea tamen lege ut pro Indulgentiis Plenariis acquirendis si unusquisque ex Christifidelibus adscriptis et adscribendis Piae Societati de qua in precibus canonice erectae, statutis diebus vere poenitens, confessus et S. Communione refectus propriam Ecclesiam Parochialem et in casu legitimi impedimenti aliam Ecclesiam vel publicum Oratorium devote visitare ibique pro Catholicae religionis incremento et exaltatione, haeresum extirpatione, Principum concordia, atque juxta mentem Summi Pontificis ex toto corde pias ad Deum preces effundere teneatur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 28 Februarii 1834.

A. Card. Frosini Praef.
Lud. Archiep. Athenar. Secret.

(*Vide* Summarium in Appendice, n° XXVII.)

CDLXIII.

NULLIUS DIOECESIS SUBLACEN.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI Qui Eremum prope Sublacum Nullius Dioecesis B. Laurentio dicatum summa pietate invisit cum sacrum Specum Divi Patriarchae Benedicti apud omnes pro sua celebritate veneratum devotionis causa nuperrime adivit, omnibus utriusque sexus Christifidelibus dictum Eremum visitantibns ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione et S. Matris Ecclesiae Exaltatione, atque juxta mentem Summi Pontificis Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam cum *Gloria Patri, etc.* enixe per tres vices recitantibus, septem annorum, totidemque quadragenarum Indulgentiam animabus quoque in Purgatorio detentis per modum suffragii applicabilem, ac semel in die ab unoquoque acquirendam misericorditer in Domino concessit. Praesenti ex gratia speciali perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 2 Junii 1834.

A. Card. Frosini Praef.
L. Archiep. Athenarum Secret.

CDLXIV.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI, ETC.

Octavae Editionis Romanae.

Coelestis Indulgentiarum thesauri dispensatio magni semper fuit in Ecclesia momenti *ut Christifidelium devotio augeatur, Fides splendesceret, Spes vigeret et Charitas vehementer incalesceret* Sacris proinde Indulgentiis varias pluresque Orationes, ac pia Opera Summi Romani Pontifices ditare omni tempore studuerunt. Sed aliquando immo etiam saepe evenire solet, ut Indulgentiae ipsae, *quarum usus Christiano populo maxime est salutaris* non lucrentur vel quia earum concessiones ignorantur, vel quia ad eas acquirendas quae indiscriminatim in nonnullis opusculis, aut impressis foliis reperiuntur nec singulae nec integrae praescriptae conditiones declarantur. Quamobrem opportunum ac necessarium jamdudum videbatur, ut quamplurimae Orationes, nec non pia opera, praecipue illa quibus ex generalibus concessionibus Summorum Pontificum Indulgentiae sunt adnexae ex suis germanis fontibus fideliter hausta, atque ordine digesta et simul collecta in vulgus ederentur. Id quod erat in votis superioribus annis perfecit alter ex iis, qui a Consultis sunt praeelecti hujus Sac. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae. Praedictas enim Orationes, ac pia opera in unum volumen accurate sed non levi labore redegit, injunctas conditiones pro ipsis Indulgentiis assequendis singillatim exposuit, typisque, *septima vice* evulgavit, annuente ipsa Sac Congregatione per decretum datum *pridie kal. Maii anni millesimi octingentesimi trigesimi primi.*

Cum vero idem Auctor *Octavam hujusmodi collectionis Romanam editionem magis auctam* modo imprimere studuerit, Eadem Sac. Congregatio praelaudatum Opus haud dubie perutile iterum probat, ac uti authenticum publicari posse censet. Monet tamen, quod si in quacumque ejusdem operis edi-

Digitized by Google

tione seu versione cujuscumque idiomatis tam in Urbe, quam extra exarata, vel quae exarari contingat, dubium aliquod subinde emerserit, sive quoad Indulgentiarum concessiones, sive quoad praescriptas conditiones adimplendas, *ad postremam hanc editionem typis Michaelis Perego-Salvioni gnaviter excusam et in ipsius Sac. Congregationis Secretaria asservatum recursus habeatur*, ac praeterea praesens Decretum ut omnibus Christifidelibus pateſiat typis pariter tum Itala, tum Latina lingua impressum ad calcem memoratae editionis apponi mandat atque decernit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. ac Sac. Reliquiarum die 13 Junii 1834.

A. Card. Frosini Praef.

L. Archiep. Athenarum Secret.

(*Vide* Decreta CDXL, CDLVI, CDLXVII, DXIX, DCVII, DXLV.)

CDLXV.

SANCTI SEVERINI.

Cum sicut Sanctissimo Domino Nostro Gregorio PP. XVI tum Senatus, tum Populus Civitatis et Dioecesis Sancti Severini humillime exposuerant, quod ut magis Christifidelium pietas ac devotio incrementum suscipiat erga Deiparam Virginem, praesertim sub Invocatione S. Mariae Gratiarum, quae hucusque summa veneratione colitur in Ecclesia S. Recessus Fratrum Minor. Observant. prope dictam civitatem, quam maxime necessarium videretur viam quae modo difficilis praebetur, industria et arte prosternere et ad opus perficiendum nonnullas Indulgentias postulabant; hinc Sanctitas Sua supplicantium zelum plurimum in Domino commendans, et fidelium Religionem coelestium munerum largitione fovere et excitare volens, utque Beatissimae Virgini perennes supplicationes ab omnibus porrigantur vehementer exoptans, omnibus Christifidelibus, qui ut facilius ad enunciatum Recessum cunctis aditus pateſiat, laboribus tantummodo se ad praefatum iter sternendum praestaverint, quinquaginta dierum Indulgentiam singulis tantum diebus ferialibus lucrifaciendam peramanter est impertitus. Iis vero qui ad praelaudatum opus absolvendum praecipua quadam assiduitate per Ordinarium determinanda, intenderint, Plenariam Indulgentiam unica dumtaxat vice hujusmodi operis tempore perdurante, die uniuscujusque arbitrio eligenda, in qua vere poenitentes confessi, sacraque fuerint Communione refecti, et aliquam Ecclesiam visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem ejusdem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint clementer est elargitus, cum facultate quoque praedictas Indulgentias, sive Partialem, sive Plenariam animabus in Purgatorio detentis applicandi. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesentibus valituris absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1835.

C. Card. Castracane Praef.

Hannibal Ginnasi Secret.

CDLXVI.

Beatissimo Padre.

Maria Giuseppa de' SS. Cuori di Gesù e Maria Superiora delle Perpetue Adoratrici di Napoli, prostrata ai Piedi di V. S. umilmente espone, che per animare i fedeli a concorrere sempre più colle loro elemosine al mantenimento di questo instituto di perpetua adorazione a Gesù Sacramentato, ha pensato di formare un' associazione a cui tutti i benfattori si ascrivano per una volontaria contribuzione mensile, e mediante questa limosina possano conseguire de' beni spirituali, come viene espressamente indicato nella formola del libretto annesso alla presente supplica. L'Eminentissimo Signor Cardinale Arcivescovo di Napoli vi appose la sua ordinaria approvazione. Ora l'Oratrice implora divotamente da V. S. le Indulgenze accennate nel qui unito libretto a favore degli ascritti benefattori, e di quei che si ascriveranno alla pia Società tendente a promuovere il culto divino. Che, etc.

Beatissime Pater.

Maria Josepha a SS. Cordibus Jesu et Mariae, superiorissa adoratricum perpetuarum Neapoli, prostrata ad pedes S. V. humiliter exponit se ad excitandos fideles ut semper magis eleemosynis suis concurrant ad sustentationem istius instituti adorationis perpetuae Jesu Christi Sacramentali, cogitasse de formanda associatione cui se adscribant omnes benefactores pro voluntaria contributione mensuali, et qua eleemosyna mediante possint consequi bona spiritualia sicuti expresse indicatur in libello praesentibus litteris supplicibus annexo. Eminentissimus Dominus Cardinalis Archiepiscopus Neapolitanus eidem apposuit ordinariam suam approbationem. Nunc oratrix devote implorat a S. V. Indulgentias indicatas in libello huic annexo in favorem benefactorum adscriptorum et eorum qui se adscribent piae societati tendenti ad promovendum cultum divinum. Et haec, etc.

Digitized by Google

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI attentis expositis benigne annuit ut utriusque sexus Christifideles, quo die societati de qua in precibus, modo tamen et forma ab Eminentissimo Ordinario praescribendis nomen dederint, Plenariam Indulgentiam animabus etiam in Purgatorio detentis applicabilem consequantur, dummodo vere poenitentes confessi sacraque Communione refecti Monasterii Ecclesiam visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, et juxta mentem Summi Pontificis per aliquod temporis spatium devote oraverint; ac Plenariam etiam Indulgentiam in eadem societate perseverantibus in articulo mortis constitutis rite ut supra dispositis, Sanctissimum Jesu Christi nomen sin ore corde saltem invocantibus clementer concessit, et centum praeterae dierum Indulgentiam in suffragium defunctorum pariter applicabilem elargitus est a sodalibus toties lucrandam, quoties opere, aut alia quavis ratione pium Institutum perpetuae adorationis adjuverint. Ut autem intelligant coelestis Ecclesiae thesauros non quaestus, aut alicujus lucri causa, sed pietatis, et charitatis exercendae gratia ex Apostolicae Sedis benignitate Christifidelibus aperiri jubet Sanctitas Sua ut collectae eleemosynae arbitrio Eminentissimi Ordinarii fideliter exponantur, et in finem ejusdem instituti conservandi, de ejus Sententia erogentur ad formam Constitutionis sa. me. Clementis PP. VIII sub datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 7 Decembris 1604 cujus initium « *Quaecumque a Sede Apostolica* » ac servatis in reliquis de jure servandis. Praesenti ad septemnium valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secret. Sac. Congregationis Indulg.

C. Card. Castracane Praef.
H. Ginnasii Secret.

CDLXVII.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI, ETC.

Nonae Editionis Romanae.

Coelestis Indulgentiarum thesauri dispensatio magni semper fuit in Ecclesia momenti, *ut Christifidelium devotio augeretur, fides splendesceret, spes vigeret, et charitas vehementer incalesceret.* Sacris proinde Indulgentiis, varias pluresque orationes, ac pia opera Summi Romani Pontifices ditare omni tempore studuerunt, sed aliquando immo etiam saepe evenire solet ut Indulgentiae ipsae, *quarum usus Christiano Populo maxime est salutaris* non lucrentur, vel quia earum concessiones ignorantur, vel quia ad eas acquirendas, quae indiscriminatim in nonnullis opusculis, aut impressis foliis reperiuntur, nec singulae nec integrae praescriptae conditiones declarantur. Quamobrem opportunum, ac necessarium jamdudum videbatur, ut quamplurimae Orationes, nec non pia Opera praecipue illa, quibus ex generalibus concessionibus Summorum Pontificum Indulgentiae sunt adnexae ex suis germanis fontibus fideliter hausta atque ordine digesta et simul collecta in vulgus ederentur. Id quod erat in votis superioribus annis perfecit Alter ex iis, qui a Consultis sunt praeelecti hujus Sac. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae. Praedictas enim Orationes, ac pia Opera in unum volumen accurate sed non levi labore redegit, injunctas conditiones pro ipsis Indulgentiis assequendis exposuit, typisque *Octava vice* evulgavit annuente ipsa Sac. Congregatione.

Cum vero idem Auctor Nonam hujusmodi Collectionis Romanam Editionem auctam modo imprimere studuerit, Eadem Sac. Congregatio praelaudatum opus haud dubie perutile iterum probat, ac uti authenticum publicare posse censet. Monet tamen quod si in quacumque ejusdem Operis editione, seu versione cujuscumque idiomatis tam in Urbe, quam extra exarata, vel quae exarari contingat, dubium aliquod subinde emerserit, sive quoad Indulgentiarum concessiones, sive quoad praescriptas conditiones adimplendas, ad postremam hanc editionem typis Michaelis Perego-Salvioni gnaviter excusam, et in ipsius Sac. Congregationis Secretaria asservatam recursus habeatur; ac praeterea praesens decretum ut omnibus Christifidelibus patefiat, typis pariter tum Itala, cum Latina lingua impressum ad calcem memoratae editionis apponi mandat atque decernit.

Datum Romae ex Sac. Congregationis Indulgentiarum ac Sacrarum Reliquiarum Secretaria die 30 Septembris 1837.

C. Card. Castracane Praef.
H. Ginnasi S. C. I. Secret.

(*Vide* Decreta CDXL, CDLVI, CDLXIV, DXIX, DLIX, DCVII, DXLV.)

CDLXVIII.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI

Digitized by Google

attentis expositis universis et singulis utriusque sexus Christifidelibus, corde saltam contrito ac devote sequentem Coronam Stellarum duodecim in honorem B. M. V. recitantibus centum dierum Indulgentiam pro qualibet vice lucrifaciendam, ac perpetuis futuris temporibus valituram peramanter est impertitus absque alla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 8 Januarii 1838.

C. CARD. CASTRACANE PRAEF.
H. Ginnasi Secret.

CORONA DI DODICI STELLE DELLA B. V. MARIA.

Lodiamo e ringraziamo la Santissima Trinità, che si esibì Maria Vergine di sol vestita, colla luna sotto a' suoi piedi e con in capo misteriosa corona di dodici stelle.

℟. *In saecula saeculorum. Amen.*

Lodiamo e ringraziamo il Divin Padre che per sua Figlia la elesse. ℟. *Amen.* Pater noster, etc.

Sia lodato il Divin Padre che la predestinò Madre del suo Divin Figliuolo. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato il Divin Padre che la preservò da ogni colpa nella sua Concezione. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato il Divin Padre che l'adornò di ogni virtù nella sua Natività. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato il Divin Padre, che le diè in compagno e sposo purissimo S. Giuseppe. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato e ringraziato il Divin Figlio che per sua Madre la scelse. ℟. *Amen.* Pater noster, etc.

Sia lodato il Divin Figlio, che s' incarnò nel suo seno, e vi abitò nove mesi. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato il Divin Figlio che da Lei nacque, e gli diè latte a nudrirlo. ℟. *Amen.* Avec Maria, etc.

Sia lodato il Divin Figlio che volle essere da Lei in sua puerizia educato. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato il Divin Figlio che le rivelò i Misteri della Redenzione del mondo. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Lodiamo e ringraziamo lo Spirito Santo che in sua sposa la ricevè. ℟. *Amen.* Pater noster, etc.

Sia lodato lo Spirito Santo, che a Lei la prima rivelò il suo nome di Spirito Santo. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato lo Spirito Santo per opera del quale fu insieme Vergine e Madre. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato lo Spirito Santo per virtù del quale fu tempio vivo della Santissima Trinità. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Sia lodato lo Spirito Santo dal quale fu in Cielo esaltata sopra tutte le creature. ℟. *Amen.* Ave Maria, etc.

Per l' esaltazione di S. Chieza, per la propagazione di S. Fede, per la pace tra Principi Cristiani, e per l'estirpazione delle eresie. Salve Regina, etc.

CORONA STELLARUM DUODECIM IN HONOREM B. M. V.

Laudemus et benedicamus Sanctissimam Trinitatem, quae exhibuit nobis Mariam Virginem sole vestitam, habentem lunam sub pedibus suis, et in capite mysteriosam coronam stellarum duodecim. ℟. In saecula saeculorum. Amen.

Laudemus et benedicamus Divinum Patrem, qui eam elegit in filiam. ℟. Amen. Pater noster.

Laudatus sit Divinus Pater, qui eam praedestinavit in Matrem Divini sui Filii. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Divinus Pater, qui illam in conceptione sua ab omni culpa praeservavit. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Divinus Pater, qui illam in nativitate sua omnibus virtutibus ornavit. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Divinus Pater, qui dedit illi in socium et sponsum castissimum S. Josephum. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus et benedictus sit Divinus Filius qui illam elegit in Matrem. ℟. Amen. Pater noster.

Laudatus sit Divinus Filius, qui in ejus utero carnem assumpsit et novem mensibus habitavit. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Divinus Filius, qui ex ea natus est, eique lac dedit ut ipsum nutriret. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Divinus Filius, qui ab ea voluit in sua infantia educari. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Divinus Filius qui ei revelavit mysterium redemptionis mundi. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudemus et benedicamus Spiritum Sanctum, qui in sponsam suam eam accepit. ℟. Amen. Pater noster.

Laudatus sit Spiritus Sanctus, qui ipsi ante omnes alios revelavit nomen suum Spiritus Sancti. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Spiritus Sanctus cujus operatione fuit simul Virgo et Mater. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Spiritus Sanctus, cujus virtute fuit templum vivum Sanctissimae Trinitatis. ℟. Amen. Ave Maria.

Laudatus sit Spiritus Sanctus a quo fuit in coelo exaltata super omnes creaturas. ℟. Amen. Ave Maria.

Pro exaltatione S. Ecclesiae, pro propagatione S. Fidei, pro pace inter principes Christianos, et pro extirpatione haereseum. Salve Regina.

CDLXIX.

CAMERACEN.

Episcopus Cameracensis quaerit « *Utrum omnino necessariae sint, an non Cruces in quatuordecim Tabulis Stationum Viae Crucis?* »

Digitized by Google

Sac. Congregatio respondit « In Erectione Stationum S. Viae Crucis necessario requiruntur Cruces ad earumdem Stationum Indulgentias assequendas, quemadmodum Presbytero N. Delautre Vicario Generali praefatae Cameracensis Dioecesis alias responsum est die 13 Novembris 1837 ».

Die 8 Januarii 1838.

(*Vide etiam* Decretum CDLXXIV.)

CDLXX.

MOLINEN.

Vicarius Generalis Dioecesis Molinensis sequentia dubia Sacrae Congregationi solvenda proposuit.

1° *Detecta nullitate alicujus erectionis Stationum Viae Crucis ob defectum executionis conditionum in Apostolico Rescripto, vel de jure praescriptarum, estne necesse, hujusmodi nullitate sanata iterum benedicere Cruces, et pictas Tabellas, jam antea benedictas?*

Sac. Congregatio respondit « Dummodo nullitas non cadat super Cruces antea benedictas, minime necessarium est, alia nullitate sanata, iterum Cruces benedicere ».

2° *Petitiones pro hujusmodi erectionibus fierine debent cui de jure in scriptis sub poena nullitatis concessionis, vel sufficiat quod facta sint oretenus?*

Sac. Congregatio respondit « Quamquam in scriptis, ac de consensu Ordinarii, et loci patroni optanda sit petitio, tamen si oretenus, sub poena nullitatis : Negative ».

3° *Si hujusmodi erectio nulla detegatur ob omissionem documenti in scriptis talis cencessionis, et sequutae exequutionis, poteritne hujusmodi defectus in posterum, utque etiam post longum tempus suppleri?*

Sac. Congregatio respondit « Suppleatur documenti defectui per novas litteras Institutionis, seu Confirmationis ab Ordinario conficiendas, dummodo constet aliunde de sequuta erectione ».

4° *Estne tempus determinatum, et quale, pro confectione documenti sequutae erectionis Stationum Viae Crucis vigore Apostolici Indulti?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, sed expedit, ut quamprimum conficiatur documentum juxta Apostolicam Concessionem, ne dubia in posterum oriantur. Et ita ut supra ad supradicta dubia Eadem Sac. Congregatio respondit et declaravit ».

Die 27 Januarii 1838.

(*Vide etiam* Decretum DLXI.)

CDLXXI.

INCERTI LOCI SABAUDIAE.

Nonnulli Sacerdotes Sabaudiae dubia proponunt Sac. Congregationi solvenda.

1° *Utrum in idioma gallicum vertere liceat preces quasdam cum Indulgentiis latine, et italice scriptas, et in libro, cui titulus* « Raccolta di Orazioni, e pie opere coll' Indulgenze *relatas?* »

2° *Utrum fideles, recitando preces jam dictas sic gallice versas, Indulgentias, ut prius ante versionem lucrentur?*

Sac. Congregatio ad praefata dubia respondit « In Decreto approbationis opusculi, cui titulus *Raccolta di Orazioni, etc.* a Sacra Indulgentiarum Congregatione pluries evulgo ac praesertim pro Nona Editione sub datum Romae die 30 Septembris 1837 minime prohibitum est eam alio quocumque idiomate vertere, et exarare, sed monetur potius, *quod si in quacumque ejusdem operis editione, seu versione cujuscumque idiomatis tam in Urbe quam extra exarata, vel quae exarari contingat, dubium aliquod subinde emerserit, sive quoad Indulgentiarum concessiones, sive quoad praescriptas conditiones adimplendas, ad postremam hanc Editionem Typis Michaelis Perego-Salvioni gnaviter excusam, et in ipsius Sac. Congregationis Secretaria asservatam recursus habeatur.* » Et ita Sac. Congregatio censuit, et declaravit.

Die 14 Maji 1838.

CDLXXII.

BITURICEN.

Multi Doctores contendunt ad lucrandas S. Viae Crucis Indulgentias omnino necessarium esse recitare sexies Orationem Dominicam, et Angelicam Salutationem post absolutas omnes Stationes; cum autem haec conditio a paucis fidelibus adimpleatur, P. Bayard Superior Jesuitarum Bituricen quaerit « *An sine praedicta Orationis Dominicae, et Angelicae Salutationis recitatione, Indulgentiae Stationum Viae Crucis lucrari queant, necne?* »

Sac. Congregatio respondit ut sequitur « Quod recitatio Orationis Dominicae, et Angelicae Salutationis tam pro unaquaque Viae Crucis Statione, quam sexies ipsas preces iterare post absolutas omnes Stationes sit tantum laudabilis consuetudo a nonnullis inducta, minime vero necessaria ad lucri-

Digitized by Google

faciendas hujus Viae Crucis Indulgentias, clare, aperteque declaravit Sac. Congregatio Indulgentiis praeposita in admonitionibus servandis pro Viae Crucis exercitio peragendo, jussu, et approbatione editis, tum Clementis XII sub die 3 Aprilis 1731, tum Benedicti XIV sub die 10 Maji 1742 ». Et iterum Sac. Congregatio declaravit.

Die 2 Junii 1838.

CDLXXIII.

CAMERACEN.

Episcopus Cameracensis exponit praescriptum, seu legem totam Dioecesim afficientem promulgatam fuisse quoad sodalitates canonice erectas; quae lex fert, ut a duobus Confratribus, singulis anni Dominicis diebus, quaestuando, argentum colligatur. Cum vero a § VIII Bullae Clementis VIII hoc prohibeatur, quaerit utrum quia factum quod lex praelaudata ferebat, sodalitatum associationes nullae sint, privilegia, ac Indulgentiae adnexae, extinctae?

Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, ac re matura perpensa respondit « Nihil obstare ut Confraternitatis eleemosynas colligant juxta legem totam Dioecesim afficientem ab Ordinario praescriptam erogandas in Ecclesiae seu Oratorii reparationem atque ornatum, vel in alios pios usus de consensu ejusdem Ordinarii juxta cit. Clementis VIII Constitutionem § 8 proindeque sodalitatum associationes validae, privilegia, ac Indulgentiae adnexae minime extinctae ». Ita respondit, et declaravit.

Die 11 Junii 1838.

CDLXXIV.

CAMERACEN.

Idem Episcopus exponit, quod in sua Dioecesi arbitrabatur, Indulgentias Stationum Viae Crucis Tabulis, et non Crucibus adnexas fuisse. Ex hoc ortum est, quod in pluribus Ecclesiis, ubi erectae existunt Stationes Viae Crucis, Tabulae tantum apparent; supplicat pro facultate adnectendi omnes Indulgentias Viae Crucis Stationibus jam erectis, quamvis Tabulae tantum appareant, et hoc ne scandalum oriatur in populum.

Sac. Congregatio facta Sanctissimo relatione respondit « Sanctissimus, etc. attenta bona fide convalidavit Stationes hucusque erectas sine Crucibus, ac mandavit, ut idem Episcopus orator sive per se, sive per ejus Vicarium Cruces ligneas privatim benedicat, easque benedictas, Stationibus sic jam erectis superponat meliori quo fieri potest modo, ne scandalum oriatur. Datum, etc.

Die 20 Junii 1838.

(*Vide etiam* Decretum CDLXIX.)

CDLXXV.

FAVENTINA.

Proposito dubio huic Sac. Congr. ex parte Vicarii Ord. Min. Observ. S. Francisci vulgo *de Coligoula* Dioecesis Faventinae, *utrum Indulgentia perpetuis futuris temporibus concessa in Ecclesia S. Francisci dicti loci acquirenda a Christifidelibus una ex diebus Octidui Paschatis Resurrectionis adhuc vigeat, cum nonnullis abhinc annis alia similis Indulgentia data sit ad septennium a Pio VIII san. me. nulla facta mentione de concessione praecedenti?* Eadem Sac. Congregatio respondit « Vigere ».

Die 10 Julii 1838.

CDLXXVI.

VERONEN.

Episcopus Veronensis petit solutionem dubiorum, ut infra « Ex Constitutione Benedicti XIV Summi Pontificis diei 13 Decembris 1740 conceditur Indulgentia in memoriam Agoniae Domini Nostri Jesu Christi pro singulis sextis feriis; pulsatio campanae fieri debet hora tertia post meridiem, ut innuit laudata Constitutio, vel hora XXI horologii Italici, ut vult libellus Romae editus anno 1834 inscriptus » Raccolta di Orazioni, e pie opere, etc. *Typis Perego-Salvioni?*

Sac. Congregatio respondit « Negative quoad primam partem » « Affirmative quoad secundam juxta Romanam consuetudinem ».

Tandem « Utrum Benedictio Apostolica pluries impertiri possit infirmis, novo mortis periculo redeunte? »

Sac. Congregatio respondit « Negative permanente infirmitate etsi diuturna; Affirmative si infirmus convaluerit, ac deinde quacumque de causa in novum mortis periculum redeat. » Sic declaravit Sac. Congregatio die 24 Septembris 1838.

Digitized by Google

CDLXXVII.

PANORMITAN.

Ad humillimas preces P. Antonii Vinci e Societate Jesu in Siciliae Ditione Provincialis, qui a Sacra Rituum Congregatione facultatem obtinuit erigendi in Ecclesia Domus Professae Panormi Piam Sodalitatem Cultus Perpetui Sanctissimi Cordis Mariae, addita quoque potestate huic Primariae Associationes ejusdem tituli aggregandi Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus ipsi sodalitati adscriptis, sive associatis, qui per mensem quinquies saltem pium Exercitium in honorem Sanctissimi Cordis Mariae rite peregerint; Indulgentiam Plenariam semel in quolibet mense die uniuscujusque arbitrio eligenda in qua vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint; et aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint; ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint peramanter est impertitus. Praesenti in perpetuum et pro Siciliae tantum Ditione valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 3 Augusti 1838.

C. Card. Castracane Praef.
H. Ginnasi Secret.

CDLXXVIII.

ATUREN.

Episcopus Aturensis deprecatur pro solutione dubiorum, quae sequuntur.

1° *An vigore Decreti* 12 *Junii* 1822 *possint omnes Christifideles ad lucrandam Indulgentiam festivitati cuidam adnexam confiteri intra octo dies festivitatem hanc praecedentes? Et in hypotesi negativa deprecatur ut haec facultas concedatur fidelibus Dioecesis Aturensis propter inopiam Confessariorum.*

Sac. Congregatio respondit « Negative quoad primam partem. Quoad secundam recurrat Episcopus ad Sac. Congregationem pro gratia, ut Confessio scilicet peracta a fidelibus suae Dioecesis infra hebdomadam ante festivitatem, attenta Confessariorem inopia suffragari possit ad Indulgentias acquirendas ».

2° *An possint fideles post quamlibet Communionem, quae sequitur Confessionem hebdomadalem lucrari Indulgentiam* 10 *Aprilis* 1821 *publicatam, incipientem his verbis* « En Ego o Bone, et dulcissime Jesu? »

Sac. Congregatio respondit « Affirmative . at notandum est, quod in cit. Decreto diei 10 Aprilis 1821 a san. me. Pio PP. VII non modo concessa erat Plenaria Indulgentia, verum etiam liberatio unius animae a Purgatorii poenis; nunc vero per Decretum Leonis PP. XII fel. rec. diei 17 Septembris 1825 confirmatur praefata Indulgentia, sed loco praedictae liberationis, legendum est : cum facultate eamdem Indulgentiam in suffragium defunctorum fidelium applicandi. ».

3° *Ex responsis Sac. Congregationis die* 20 *Junii* 1836 *ad lucrandas Indulgentias S. Birgittae dictas, requiritur Corona precatoria sex decadum, nisi habeantur peculiares facultates, sed requirituine recitatio Symboli* Credo *post quamlibet decadem? Et in hypotesi affirmativa deprecatur ut dispensatio ab hac duplici conditione ipsi concedatur : extendatur ad facultatem jam obtentam* 30 *Aprilis* 1836 *ad quinquennium applicandi coronis praecatoriis Indulgentias S. Birgittae, quia non sunt in usu coronae praecatoriae sex decadum, nec recitatio Symboli* Credo *post quamlibet decadem.*

Sac. Congregatio respondit « Quoad primam partem jam responsum est *Affirmative* die 20 Junii 1836 *nisi habeantur peculiares facultates.* » Quoad secundam duplex dispensatio postulatur. 1° Benedicere Coronas etiamsi sint quinque decadum cum applicatione Indulgentiarum S. Birgittae. 2° Omittendi Symbolum Apostolicum in fine cujuslibet decadis; respondetur » Ad 1m Non indigere, vigore rescripti ad quinquennium sub datum diei 30 Aprilis 1836. « Ad 2m Negative quoties recitetur Corona sex decadum ».

4° *An de novo benedicendae sint Cruces, et Imagines Viae Crucis ad tempus a parietibus disjunctae propter rationabilem causam?*

Sac. Congregatio respondit « In casu de quo agitur, Cruces non sunt iterum benedicendae; quoad Imagines vero numquam benedicuntur ».

5° *Insuper deprecatur idem Episcopus Aturen. ut favores per Indultum Clementis XIII* 9 *Decembris* 1743, Confessioni hebdomadali adnexi extendantur ad *Confessionem bis in mense factam propter inopiam Confessariorum, et locorum distantiam, praecipue pro Sacerdotibus Ruri degentibus, etc.*

Sac. Congregatio respondit « Negative, et quoad

Digitized by Google

inopiam Confessariorum (idem dicendum de locorum distantia) jam provisum in festivitatibus, quibus adnexa est Indulgentia Plenaria ex cit. Decreto diei 12 Junii 1822. » Et ita ad singula respondit Sacra Congregatio.

Die 28 Septembris 1838.

(Vide *Decreta* CDXXV, CDXXXIX, D, DXVI, DCLXXVII.)

CDLXXIX.

SENEN.

Parochus Ecclesiae vulgo in Pantaneto, *Dioecesis Senensis, ac Vice-Praefectus Congregationis Adorationis Perpetuae erectae in Ecclesia S. Vigilii exponit, ut sequitur : Quod Pius VI san. me. die* 13 *Martii* 1776 *concesserat Monachorum Coetui S. Vigilii in perpetuum pro eorum Ecclesia (quae hodie spectat ad praefatam Congregationem) omnes Indulgentias, quae a Benedicto XIII die* 23 *Septembris* 1729 *concessae fuerant Sodalitati Bonae Mortis eo anno* 1776 *in eadem Ecclesia S. Vigilii tunc existenti.*

Quod idem Pontifex Pius VI die 26 *Octobris* 1798 *ex Audientia habita Florentiae indulserat in perpetuum, ut Sodales dictae Congregationis Adorationis Perpetuae (quae eo anno* 1798 *erecta fuit et conjuncta Sodalitati Bonae Mortis) omnes, et singulas Indulgentias Sodalitatis Bonae Mortis lucrari potuissent una cum Indulgentiis, tam caeteris Congregationibus Adorationis Perpetuae concessis, quam Ecclesiae S. Vigilii impertitis.*

Quod Ecclesia S. Vigilii, suppresso Monachorum Ordine, clausa fuerit, et Congregatio Adorationis ad Ecclesiam S. Donati fuerit translata usque ad annum 1816; *quo tempore, ex superiorum concessione, iterum ad Ecclesiam S. Vigilii se contulerit, ubi actu quoque moratur.*

Hisce positis, Moderatores Sodalitatis Adorationis, etc. arbitrati sunt amisisse Indulgentias ob praefatam Sodalitatis, seu Congregationis translationem, nec non Sodalitatem Bonae Mortis suppressam omnino fuisse ob Monachorum Ordinis suppressionem qua propter supplicarunt pro nova erectione Bonae Mortis, pro novis Indulgentiis, et pro confirmatione antiquarum, ac sub die 26 *Augusti* 1815 *ex Secreteria a supplicibus libellis rescriptum fuit «* Benigne annuit pro gratia petitae translationis, et confirmationis Indulgentiarum, de quibus in precibus ad formam tamen priorum Concessionum de licentia Ordinarii. Ad septennium ». *At vero prima concessio erat, ut sequitur «* Praesentibus in perpetuum valituris, etc. » *hinc dubitatur :*

1° *An primo Rescripto in perpetuum, vel secundo ad Septennium standum sit?*

2° *Sodalitas Bonae Mortis suppressa estne putanda ob Ordinis suppressionem, non obstante quod unum tantum Corpus efformaret cum Sodalitate Adorationis, cui ex concessione fuerat conjuncta?*

3° *Indulgentiae perpetuae concessae praefatae Congregationi Adorationis amissae sunt stante temporanea translatione Congregationis ad aliam Ecclesiam?*

4° *Indulgentiae concessae tantum Ecclesiae S. Vigilii putandae sunt adhuc vigentes, stante temporanea clausura ejusdem Ecclesiae, quamvis in perpetuum concessae?*

Sac. Congregatio respondit « Ad primum » Secundo Rescripto standum est. Ad secundum, tertium, et quartum « Jam provisum per dictum Rescriptum ».

Die 28 Septembris 1838.

(*Vide* Summarium in Appendice, n° II.)

CDLXXX.

MASSILIEN.

Titius Civitatis Massiliensis apud se possidet ac retinet devotam quamdam Deiparae Virginis effigiem in tabula coloribus pictam, cui Episcopus Ordinarius adnexit quadraginta dierum Indulgentiam acquirendam a Christifidelibus nonnullas preces ante ipsam recitantibus. Rursus quotquot alios Episcopos per illam civitatem transeuntes idem Titius exorat, ut unusquisque alios quadraginta dies de Indulgentia praefatae imagini concedat. Quaeritur a Sac. Congregatione quid dicendum sit de praedictis concessionibus, quidque de Episcopis transeuntibus, sine permissu Ordinarii Indulgentias concedentibus?

Sac. Congregatio respondit « Indulgentiae, quae ut supra a nonnullis Episcopis pro aliquibus precibus recitandis ante Imaginem Beatae Mariae Virginis sunt impertitae, nullius roboris sunt, ac momenti, ac revera apocriphae, praeter illa nempe quadraginta dierum, quam prima tantum vice Episcopus Dioecesanus ex jurisdictione sibi dumtaxat competenti, est elargitus.

Die 17 Decembris 1838.

Digitized by Google

CDLXXXI.

INCERTI LOCI.

Titius suum habet domicilium prope plateam, ubi quibusdam solemnioribus anni diebus coadunatur populus pro Papali benedictione accipienda, quam Episcopus Dioecesanus solet impertiri. Idem Titius per fenestras domi suae, quae plateam respiciunt accipit praefatam benedictionem simul cum tota familia, et nonnullis extraneis qui hac de causa ad praedictam domum accedunt. At vero cum Moniales ejusdem loci in monasterio non longe distanti ab ipsa platea degentes Apostolicam dispensationem impetrarunt pro dictae Papalis benedictionis consequutione, dubitatur a Titio utrum ipse quoque dispensatione indigeat, an potius in plateam descendere sit obligatus?

Sac. Congregatio respondit « Titius, ejusque familia, nec non et omnes, qui apud ipsum actu inveniuntur, habita ratione localitatis ipsius, vere praesentes considerandi, Indulgentiam quae in Episcopali benedictione populo impertitur, reapse consequuntur; minime vero Moniales, quae etiamsi non longe distent, tamen ut absentes ex earum localitate merito sunt habendae ». Sic auditis quoque Consultorum votis Sac. Congr. declaravit die 7 Januarii 1839.

CDLXXXII.

CARDICEN.

Episcopus Cardicensis a S. C. Indulgentiarum solutionem exposcit dubiorum, quae sequuntur.

1° *Utrum Jerosolymorum Coronae Indulgentias amittant, si alicui donentur?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative; quoties non dentur immediate, vel mediate a persona facultatem habente eas distribuendi.

2° *Utrum post mortem Domini, aliter acquirat dominium earum, nempe Indulgentiarum?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, quia Indulgentiae non transeunt personam prioris domini.

3° *Si rumpatur illarum filum sive voluntarie, ut catenis nectantur, sive involuntarie, et fortuito id acciderit?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, quia Coronae eaedem perseverent quoad formam moralem. »

4° *Si globuli quatuor*, vel *quinque deperdantur?*

Respondetur « Negative ex allata ratione in praecedenti responsione ».

5° *Si amico praestentur, seu commodentur, sive ad Coronam simpliciter recitandam, sive ad Indulgentias lucrandas.*

Sac. Congregatio respondit « Negative in primo casu : Affirmative in secundo ». Ut enim pereant Indulgentiae Coronis aliisque rebus mobilibus affixae requiritur finis dandi vel praestandi pro communicatione Indulgentiarum sicuti expresse legitur in Elencho Indulgentiarum typis impresso, et a Sac. Congregatione approbato ». Ita declaravit Eadem Sac. Congregatio die 10 Januarii 1839.

CDLXXXIII.

BONONIEN.

Archipresbyter S. Mariae vulgo della Baricella *Dioecesis Bononien. obtinuit per Breve diei 2 Septembris 1831 Indulgentiam Plenariam acquirendam in festo Nativitatis B. M. V. applicabilem quoque fidelibus defunctis per particulam* « Quam etiam » *quaerit an vi praefatae particulae haec Indulgentia intelligenda sit inclusive, seu exclusive, videlicet aut pro vivis tantum, vel pro defunctis, sive pro vivis atque defunctis eodem tempore?*

Sac. Congregatio respondit « Quando in Concessionibus Indulgentiarum apponuntur haec verba *Quam etiam*-aut similia, ut intelligatur easdem Indulgentias applicabiles esse etiam animabus in Purgatorio detentis, exclusive tantum accipienda sunt, ita ut Christifidelis ad libitum *aut* pro se, *aut* pro defunctis tantum lucrari possit, et valeat. Ita Sac. Congr. declaravit sub die 15 Januarii 1839.

CDLXXXIV.

VIVARIEN.

Episcopus Vivariensis enixe postulat sequentium dubiorum solutionem.

1° *Utrum Corona S. Birgittae dictae necessario constare debeat sex decadum?*

2° *Utrum in singulis decadibus, praeter decem* Ave Maria *et* Pater, *recitandus sit* Credo?

Ratio dubitandi est quod ex una parte 1° *pars affirmativa satis aperte innuatur in libro, cui titulus* « Raccolta di Orazioni, e pie Opere per le quali sono state concedute dai SS. Pontefici le SS. Indulgenze Ediz. 7 pag. 197. » 2° *et quod, si id non requiratur, Corona S. Birgittae, nonnisi nomine differt a simplici Corona. Ex altera autem parte* 1° *haec*

Digitized by Google

opinio est omnino usque nunc, saltem in Gallia, inaudita, et 2° ex eodem libro supra cit. ad lucrandas Indulgentias sufficit recitare quinque decades, sicut in simplici Rosario « Sac. Congregatio respondit ».

Ad primum « Affirmative ».

Ad secundum « Affirmative, si recitetur stricte loquendo Corona S. Birgittae nuncupata, de qua ipsamet autrix fuit in memoriam, ut fertur, sexaginta trium annorum Beatae Mariae Virginis. Negative autem si cum praedicta Corona recitentur quinque, vel quindecim decades Rosarii, seu simplicis, et communis Coronae. Ex responsionibus vero patet, realiter Coronam S. Birgittae a simplici, et communi Corona, seu Rosario differre, non tamen solo nomine, ut supra putatur in dubiis; nam ipsa quinque, vel quindecim decadibus, illa sex decadibus tantum constare debet; etsi simplici Coronae, seu Rosario saepe adnectuntur Indulgentiae S. Birgittae nuncupatae, hoc nonnisi Apostolica Dispensatione indulgetur. Differt, quia una in memoriam componitur Beatae Mariae Virginis annorum, altera mysteria Nativitatis, Passionis, et Gloriae Christi Domini complectitur. Differt pro Indulgentiarum varietate, Coronam scilicet Divae Birgittae quamplurium Indulgentiarum Leo X, Clemens XI san. me. concessione ditarunt, ac Benedictus XIV eas confirmavit, et auxit pro recitantibus, vel secum ipsam ferentibus; Rosarium vero, seu simplex Corona a fel. rec. Benedicto XIII nonnullis Indulgentiis pro ejusdem recitatione solummodo donata est. Differt etiam pro diversitate benedictionis, qua utraque decoratur : una nempe a Superioribus Ordinis Sanctissimi Salvatoris, seu S. Birgittae, altera vero a patribus Ordinis Praedicatorum est omnino benedicenda : quod autem opinio haec lucrandi scilicet Indulgentias S. Birgittae cum sola recitatione quinque decadum sit absolute in Gallia saltem inaudita, satis supra dictum est in responsionibus, quae nonnullis aliis Galliarum Dioecesibus superioribus annis, et praesertim 1826, et 1838 ab hac Sac. Congregatione datae sunt. Ita Eadem Sac. Congr. responsum dedit die 15 Januarii 1839 ».

(*Vide* Decreta CDXCI, DV.)

CDLXXXV.

TORNACEN.

Episcopus Tornacensis Sac. Congregationi hoc dubium solvendum proposuit « Inter chartas, quae in Ecclesia Sanctae Waldetrudis Dioecesis Tornacen. asservantur, inveniuntur Bulla, et Decreta episcopalia quibus conceditur facultas erigendi Confraternitatem dictae Sanctae Waldetrudis, sed dubitatur, an praefata Confraternitas umquam erecta sit, vel an defectu Confratrum desierit existere. Cum vi, et tenore Bullarum Confraternitas in perpetuum erigenda esset, petitur an novae erectionis canonicae opus sit ad instaurandam hanc Confraternitatem, vel si nondum erecta fuit, Bullis et Decretis praedictis uti nunc adhuc liceat? »

Sac. Congregatio auditis Consultorum votis, rebusque mature perpensis, declaravit non indigere nova canonica erectione pro Sodalitate Sanctae Waldetrudis instauranda; ac si etiam ob defectum Confratrum ipsa desierit, tamen Indulgentiae, ac Privilegia in enunciata Bulla contenta, minime amissa sunt; proindeque vigere.

Die 28 Januarii 1839.

CDLXXXVI.

LINGONEN.

Petrus Favrel Vicarius Generalis, et Moderator Generalis piarum Sodalitatum intra Dioecesim Lingonensem a Sac. Congr. Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita expetit responsionem ad quaedam infrascripta dubia; scilicet.

1° *Utrum Sacerdos Rector Sodalitatis B. M. V. de Rosario olim canonice erectae sive per Patres Ordinis Praedicatorum, sive per Indultum speciale Apostolicum habeat eo ipso, quod sit Rector dictae Sodalitatis facultatem benedicendi Rosaria, et quidem pro omnibus Christifidelibus cum applicatione Indulgentiarum, quas applicant dicti Patres Ordinis Praedicatorum?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, nisi in Diplomate Erectionis, sive in Indulto Apostolico addita sit facultas Rectori pro tempore Rosaria benedicendi, atque illis consuetas Indulgentias applicandi ».

2° *Utrum quando Stationes Viae Crucis canonice erectae designantur per depictas Imagines, Indulgentiae dictae Viae Crucis sint adnexae praedictis Imaginibus, an vero loco ipsi in quo collocantur?*

Sac. Congregatio respondit « Negative quoad utramque partem; etenim Indulgentiae Crucibus tantum sunt adnexae, quae quidem tantum sunt benedicendae, minime vero Imagines per quas designantur Stationes ».

Digitized by Google

3° *Utrum quando praedictae Imagines de loco primo amoventur, et in alio reponuntur, eo ipso cessent Indulgentiae?*

Respondetur « Affirmative, si verbum sit de Crucibus, ut in secundo dictum est ».

4° *Utrum in praedicto casu Indulgentiae remaneant affixae loco primo, an vero sequantur Imagines?*

Respondetur « Si Stationes Viae Crucis per Cruces erectae a loco removeantur, ubi canonice erectae fuerint, et in alium transferantur, Indulgentiae nec primo loco affixae remanent, nec Cruces sequuntur, sed nova canonica erectio requiritur ».

5° *Utrum quando praedictae Imagines primitus benedictae omnino pereunt, aut penitus tolluntur, sufficiat ipsarum loco substituere novas Imagines cum simplici benedictione sine nova erectione, an vero necessaria sit nova facultas erigendi?*

Respondetur « Si Cruces primitus benedictae omnino pereunt, iterum canonica erectio necessaria est; si pereant ex minori parte, licet alias illis substituere absque ulla benedictione; si penitus tolluntur aliqua peculiari ratione, et ad tempus tantum ut denuo eidem loco restituantur, nec erectione, nec benedictione opus est ad Indulgentias lucrifaciendas ». Ita declaravit Sac. Congregatio die 30 Januarii 1839.

CDLXXXVII.

MONTIS REGALIS.

N. N. Dioecesis Montis Regalis tria haec dubia Sac. Congregationi proposuit enodanda.

1° *An Indulgentiae concessae visitantibus Viae Crucis Stationes, datae sint ob Christi Domini Passionis meditationem contemplandam in genere, an vero taxative pro meditatione illarum Stationum quatuordecim, quae a fidelibus generaliter cognoscuntur?*

Sac. Congregatio respondit « Negative quoad primam partem; Affirmative quoad secundam ».

2° *Et quatenus affirmative quoad primam partem superioris quaesiti, an possint illis jam cognitis aliae Stationes subrogari tenoris sequentis.*

1ª *Pater si vis, transfer Calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat* (S. Luc *XXII*, 42.)

2ª *Juda, osculo filium hominis tradis* (*ibid.* 48.)

3ª *Jesus ad Caipham alapam accepit* (S. Jo. *XVIII*. 23.)

4ª *Petrus negavit Jesum* (S. *Matth. XXVI*. 69.)

5ª *Jesus coram Herode* (S. Luc. *XXIII*. 11.)

6ª *Apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit* (S. Jo. *XIX*. 1.)

7ª *Et plectentes Coronam de Spinis* (S. *Matth. XXVII*. 29.)

8ª *Pilatus lavit manus coram populo* (*ibid.* 24.)

9ª *Ecce homo* (S. Jo. *XIX*. 4. 5.)

10ª *Et bajulans sibi Crucem* (S. Jo. *XIX*. 17.)

11ª *O Vos omnes qui transitis per viam, etc.* (*Thren. I*. 12.)

12ª *Et inclinato capite tradidit Spiritum* (S. Jo. *XIX*. 30.)

13ª *Et depositum involvit Sindone* (S. Luc. *XXIII*. 52.)

14ª *Et posuit illud in Monumento* (S. *Matth. XXVII*. 59.)

Sac. Congregatio respondit « Negative » Innocentius enim Papa XII approbavit, et approbatum declaravit exercitium visitandi *Pia Loca Viae Crucis, seu Calvarii ad recolendam et meditandam Christi Domini Passionem ad instar Stationum Calvarii Montis erecta*, et participes fecit Indulgentiarum, et Privilegiorum omnes exercitium Viae Crucis hujusmodi peragentes.

Benedictus vero XIV (Constitutione « *Cum tanta* ») easdem Indulgentias confirmavit pro visitantibus *Pia Loca Viae Crucis, seu Calvarii nuncupata ad instar Stationum Montis Calvarii.*

Clemens tandem XII Huic Sac. Congregationi mandavit nonnulla monita publicare pro devoto Viae Crucis exercitio hisce verbis « *Che cioè devono erigersi nella forma consueta, e fin ora praticata nell' Ordine dei Frati Minori*, e che sieno quattordici le Stazioni, etc. e che chiunque s'impiegherà a meditare la Passione *in questo Santo Esercizio*, acquisterà le stesse Indulgenze, che acquisterebbe se visitasse *le Stazioni della Via Crucis di Gerusalemme* (1) ». Ex quibus clare patet non esse liberum cuique statuere qualitatem Stationum, sed Indulgentias fuisse concessas taxative pro quatuordecim Stationibus Viae Crucis jam cognitis, atque probatis, proindeque standum in decisis.

3° *An sit necessarium pro consideratione hujusmodi Mysteriorum Passionis nonnullas Medita-*

(1) « Erigi debere in forma consueta et hactenus practicata in ordine fratrum Minorum, et quatuordecim debere esse stationes, etc. et omnes qui meditabuntur in hoc pio exercitio passionem Domini lucrari easdem indulgentias quas lucrarentur si visitarent stationes viae crucis in Jerusalem. »

Digitized by Google

tiones, Preces, et Aspirationes componere eisdem Mysteriis correspondentes?

Sac. Congregatio respondit « Negative quoad necessitatem; expediens tamen erit legere meditationes, seu preces illis Passionis Mysteriis correspondentes : sic enim habet citatum monitum jussu Clementis XII emissum » *Che praticandosi l' Esercizio della Via Crucis privatamente non è necessario recitare sei* Pater *et* Ave *ad ogni Stazione, come alcuni suppongono, ma basti meditare, benchè brevemente, la Passione del Signore, che è l' opera ingiunta per fare acquisto delle SS. Indulgenze; ed alle persone semplici basterà il pensare in qualche modo, conforme alla loro capacità, alla suddetta Passione, benchè si esortino tutti, senza però obligarli a recitare un* Pater, *ed* Ave *ad ogni Croce, e fare un atto di Contrizione, conforme all' uso introdotto* (1) « Et ita declaravit, et confirmavit Eadem Sacra Congregatio die 16 Februarii 1839 ».

CDLXXXVIII.

PARISIEN.

Dubia circa Rescriptum Indulgentiarum, quas concessit Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI Catechismo Perseverantium Juvenum Parochiae San-Sulpitianae Parisiensis.

1° *An sub nomine* Congregationis Juvenum, *cui ex Rescripto concessae sunt Indulgentiae, intelligantur omnes de quibus mentio fit in precibus?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

2° *An necesse sit, ut Catechismi Juvenum perseverantium ad quos extendi possunt praedictae Indulgentiae sint ad normam Catechismi, id est, ut inter Juvenes perseverantes sint socii Sanctissimo Sacramento addicti?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

3° *An necesse sit, ut Juvenes perseverantes Catechismorum nostro Catechismo aggregatorum sint a puellis perseverantibus separati?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

4° *An sub vocibus istis Rescripti* « Servato in omnibus etiam quoad tempus tenore primarum concessionum » *intelligatur nihil aliud, nisi quod istae Indulgentiae sint in perpetuum concessae, et fidelibus defunctis applicabiles?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

Et ita declaravit die 26 Februarii 1839.

(1) « Quando exercitium viae crucis practicatur privatim, non est necesse recitare sex *Pater* et *Ave* ad singulam stationem sicut aliqui supponunt, sed sufficit meditari, quamvis breviter, passionem Domini, quod est opus injunctum ad lucrandas sacras indulgentias; et personis simplicibus sufficit cogitare aliquo modo, juxta earum capacitatem, de supradicta passione, quamvis exhortentur omnes ad recitandum unum *Pater* et *Ave* ad singulam crucem, et ad eliciendum actum contritionis, juxta usum introductum. »

CDLXXXIX.

VIVARIEN.

Vicarius Generalis, et Officialis Dioecesis Vivarien. exponit quod juxta Rescriptum Sac. Congregationis Indulgentiarum datum die 15 *Januarii* 1839, *simplici Coronae precatoriae quinque, scilicet, vel quindecim decadibus constanti, adnecti non potest Indulgentias S. Birgittae nuncupatas, nisi hoc Apostolica dispensatione indulgeatur. Quaerit nunc utrum haec dispensatio, quae ut supra requiritur, in sequenti concessione contineatur; videlicet* « Sanctissimus, etc. Oratori est elargitus facultatem benedicendi Cruces, Crucifixos, Sacra Numismata, et Coronas precatorias; Eisdemque applicandi omnes, et singulas Indulgentias a Sanctitate Sua concessas, ut in elencho Typographiae R. C. A. edito anno 1831; ac etiam Indulgentias S. Birgittae nuncupatas ». *Quaerit insuper, utrum Indulgentiae applicari possint Coronis precatoriis* Chalibe polito (acciajo polimentato) *factis?*

Sac. Congregatio respondit « Ad primum, et secundum « Affirmative ».

Die 22 Martii 1839.

CDXC.

MELITEN.

Caeremoniarius Ecclesiae Cathedralis Dioecesis Meliten. quaerit a Sac. Congregatione : An Sacerdos, qui gaudet privilegio Altaris personalis, si aggregatus alicui Congregationi, quae etiam dicto privilegio gaudet, possit adhuc frui hoc alio privilegio, cum aliunde jam habeat per tres, aut quatuor vices in hebdomada tale privilegium?

Sac. Congregatio respondit, auditis quoque Consultorum votis « Affirmative, dummodo in Indultis, de quibus mentio fit in ipso dubio, aliter expresse non disponatur ».

Die 27 Maii 1839.

Digitized by Google

CDXCI.

INCERTI LOCI.

1° *Quando Coronis B. M. V. de licentia S. Sedis Apostolicae applicata fuit benedictio cum Indulgentiis Divae Birgittae nuncupatis, fideles illas Coronas recitantes tenenturne meditari quindecim Mysteria D. N. J. C. ut Indulgentias percipere valeant?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

2° *Daturne eadem obligatio Mysteria meditandi, quando Coronis applicata fuit benedictio cum Indulgentiis ordinariis?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, si benedictio respiciat Indulgentias consuetas, quae citantur ut in elencho ex Typographia R. C. A. anno 1831 edito » ; Affirmative si Coronae benedicantur cum Indulgentiis pro recitatione Rosarii ».

3° *Si affirmative respondeatur, oblatio specialis Mysteriorum debetne fieri antequam singulae decades recitentur?*

Respondetur Negative ».

4° *Debetne fieri mentio specialis Mysterii in recitatione Salutationis Angelicae, dicendo, verbi gratia, post haec verba :* Ventris tui Jesus *haec alia :* quem concepisti, *vel* quem visitando Elisabeth, *vel* quem peperisti, etc.?

Sac. Congregatio respondit « Negative, quia quando requiritur meditatio Mysteriorum pro acquirendis Indulgentiis, sufficit meditatio mentalis eodem tempore quo recitantur Oratio Dominicalis, et Angelicae Salutationes, ut ex alio Decreto Sacrae hujus Congregationis diei 12 Augusti 1726 in quo etiam mentio fit de personis idiotis, pro quibus sufficit tantum recitatio Rosarii absque Mysteriorum meditatione ».

5° *Estne libera electio Mysteriorum, quae honorari debent in recitandis Coronis B. M. V., aut danturne dies stricte determinati pro tali, vel tali genere Mysteriorum recolendo, ita ut tali die determinato recoli debeant Mysteria Gaudiosa, tali die Dolorosa, tali die Gloriosa?*

Respondetur « Affirmative quoad primam partem; quoad vero secundam, invaluit consuetudo (ut per gyrum cujuslibet hebdomadae singula Mysteria percurrantur) recolendi Gaudiosa nempe in secunda et quinta feria : Dolorosa in tertia et sexta : Gloriosa tandem in Dominica, quarta feria, et sabatho, si tamen tertia tantum Rosarii pars in qualibet die recitetur ».

6° *Quando Summus Pontifex Indulgentiam quamlibet concedit Urbi et Orbi, ut fideles talem Indulgentiam in variis Dioecesibus lucrari possint, requirituine ut haec Indulgentia ab Ordinariis Locorum promulgetur, an sufficit e contra ut certi sint praedictam Indulgentiam a Summo Pontifice concessam?*

Respondetur « Negative quoad primam partem « Affirmative quoad secundam ».

Die 1 Julii 1839.

(*Vide* Decreta CDLXXXIV, DV.)

CDXCII.

RHEDONEN.

Instabat Rhedonensis Antistes ad Sacram hanc Indulgentiarum, et Sacrarum Reliquiarum Congregationem, ut opportune aliquid decernendum curaret circa authenticitatem corporis Beati Joannis nuncupat. *De la Grille*, quod ab immemorabili tempore a fidelibus venerabatur quodque ob gallicam perturbationem ante annum 1793 ab Ecclesia in qua servabatur ablatum, et si a nonnullis Ecclesiasticis viris tandem obtentum, et caute custoditum, tamen tempus amotionis ejusdem corporis ipsum Episcopum Oratorem in dubium non leve vocavit de identitate, atque authenticitate praefati corporis, nunc iterum ad eamdem Ecclesiam restituti; Sacra igitur Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita, visis, et exploratis exhibitis documentis, auditis Consultorum votis, rebusque mature perpensis, declaravit « *Constare de identitate, et authenticitate corporis Beati Joannis* » ac propterea publicae iterum fidelium veneration exponendum esse censuit, dummodo tamen ipse Episcopus Orator signa recognoscat Capsulae, quae Sacrum Corpus includit, vel quatenus opus sit, denuo suis signis authenticet, dimisso penes Ecclesiam, in qua custoditur, testimonio recognitionis authenticitatis Ejusdem, ne in posterum novum dubium exoriatur. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulg. die 10 Septembris 1839.

C. CARD. CASTRACANE PRAEF.

H. Ginnasi Secret.

CDXCIII.

ANICIEN.

Postulaverat Ecclesiae Aniciensis Antistes ab Apostolica Sede renovationem Indulgentiae Plena-

Digitized by Google

riae, quae inter gratias, quibus ipsa Ecclesia fuerat ditata, celebris et singularis eminebat in forma Jubilaei, quaeque lucrifacienda fidelibus proponebatur in festivitate et octiduo Beatissimae Virginis ab Angelo Annunciatae, praesertim quando haec ipsa festivitas cum sexta feria Majoris Hebdomadae concurrit. Hinc est quod Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI ejusdem Antistitis precibus inclinatus, cum Indulgentias Jubilaei nisi ex expresso ejus mandato, si opportunum judicaverit, indiciendas omnino prohibuit, supraenunciatam Induigentiam Plenariam confirmatam esse voluit, minime vero in forma Jubilaei, tam pro festo, quam pro octiduo Annunciationis, unica dumtaxat vice praefatorum dierum spatio per unumquemque Christifidelem acquirendam; dummodo tamen rite dispositi fuerint, caeterasque appositas conditiones adimpleant, ac servent; facta demum potestate praedictam Indulgentiam animabus in Purgatorio detentis per modum suffragii applicandi. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Septembris 1839.

C. Card. Castracane Praef.
H. Ginnasi Secret.

CDXCIV.

AGENNEN.

Vicarius Generalis Dioecesis Agennen. expostulat solutionem nonnullorum dubiorum de Indulgentiis, quibus gaudet Via Crucis rite erecta.

1° *An pereant Indulgentiae cum Cruces, vel Imagines quatuordecim Stationum aut partim, aut integre, quacumque de causa e loco suo amoveantur etiam ad breve tempus?*

Sac. Congregatio respondit « Si Cruces, vel Imagines quatuordecim Stationum Viae Crucis aut partim, aut integre e loco suo moveantur ad tempus, ut denuo eidem loco restituantur, Indulgentias non perire ».

3° *An pereant, cum novae Imagines, servatis Crucibus, aut vice versa, novae Cruces, servatis Imaginibus, in locum aliarum pariter aut partim, aut integre sufficerentur?*

Respondetur « Indulgentiae Viae Crucis Crucibus tantum sunt adnexae, minime vero Imaginibus, quae necessariae non sunt : hoc posito, si Cruces primitus benedictae omnino pereant, vel tollantur, iterum nova erectio, et benedictio requiritur ad acquirendas Indulgentias, si vero pereant, vel tollantur ex minori parte, licet alias illis substituere absque ulla nova erectione, et benedictione; ideoque Indulgentias perseverare ».

3° *An pereant, cum Ordo Crucium, et Imaginum potiori modo disponeretur, et generatim quoties mutatio quaedam fieret et quidem in melius?*

Respondetur « Circa ordinem, et dispositionem Crucium, et Imaginum, Indulgentias non amitti, dummodo tamen Stationes visitandae illae sint, quae hucusque ab universis Christifidelibus dignoscuntur ». Ita declaravit Sac. Congregatio die 20 Septembris 1839.

CDXCV.

CLAROMONTEN.

Episcopus Claromontensis gaudet facultate erigendi Stationes Viae Crucis sive per se, sive per suos Vicarios Generales, sive per Parochos; quaerit a Sac. Congr. an quivis Parochus subdelegari possit ad effectum de quo agitur in omnibus, et singulis Dioecesis Parochiis, aut in sua tantum Parochia?

Sac. Congregatio respondit « Cum Episcopo data sit facultas ab Apostolica Sede subdelegandi etiam Parochos indiscriminatim ad effectum erigendi Stationes Viae Crucis in Ecclesiis, Oratoriis, etc. idem Episcopus potest subdelegare quemvis Parochum non modo in sua respectiva Parochia, sed in qualibet Ecclesia Parochiali, etc. prout in Domino opportunum judicaverit ».

Die 23 Septembris 1839.

CDXCVI.

CLAROMONTEN.

Idem Episcopus quaerit « An ad lucrandas Indulgentias S. Scapularis necesse sit, ut una pars ab humeris, altera a pectore dependat, an vero sit sufficiens ipsum deferre absque distinctione circa modum?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative quoad primam partem » Negative quoad secundam.

Die 12 Februarii 1840.

Digitized by Google

CDXCVII.

LEMOVICEN.

Vicarius Generalis Dioecesis Lemovicensis expostulat a Sacra Congregatione solutionem dubiorum, nempe.

1° *Color* Taneus *pro Scapularibus benedicendis, et imponendis fidelibus tam stricte necne juxta regulas praescriptus est, ut diversitas coloris admissionem in dictam Confraternitatem nullam, irritamque reddat?*

2° *Hujusmodi coloris diversitas suspenditne saltem fruitionem Indultorum, et Indulgentiarum quae adscriptis in dictam Confraternitatem, et gestantibus Scapulare* Tanei *coloris sunt concessae?*

Sac. Congregatio auditis quoque Consultorum votis respondit « Negative quoad utrumque dubium, dummodo colori vulgo *Tanè* subrogetur tantum alter consimilis, seu niger ». Die 12 Februarii 1840.

(*Vide etiam* Decretum CDXCVIII.)

CDXCVIII.

INCERTI LOCI IN GALLIA.

Jacobus Parochus habens in Parochia sua Confraternitatem Sancti Scapularis docet fideles suos, ut plures ad illum Confraternitatem attrahat, nihil obstare pro quibuscumque etiam Officium divinum non recitantibus, pro lucrandis Indulgentiis.

1° *Si abstinentiam in feria quarta non servent.*

2° *Nec si septem* Pater, *et* Ave *in singulis diebus non recitent.*

3° *Si utrumque panniculum sancti habitus ex eadem parte pendentem et simul junctum deferant.*

4° *Si eumdem sanctum habitum non supra pectus portent, sed ab humero transversim sub brachio quolibet.*

Quaeritur de singulis utrum cum mente Indulgentias concedentis concordent?

Sac. Congregatio respondit « Posse fideles Confraternitati sacri Scapularis adscriptos frui omnibus Indulgentiis generaliter a Summis Pontificibus concessis utriusque sexus Christifidelibus, qui dictam Confraternitatem ingredientur, et habitum legitime receperint; licet nec servent abstinentiam a carnibus feria quarta, nec septies in die Orationem Dominicalem, et Angelicam Salutationem recitent; dummodo dicant orationes praescriptas, et peragant opera pia a Summis Pontificibus in concessione earumdem injuncta; inter quae illud locum habet, ut parvum Scapulare deferant continuo pendens a collo, unaque sui parte pectus, et altera Scapulas contegens ». Ita declaravit Sac. Congr.

Die 12 Februarii 1840.

CDXCIX.

CAMERACEN.

Quidam Parochus Dioecesis Cameracensis facultatem habet imponendi Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo : quaerit a Sac. Congr. utrum sibimet illud possit imponere?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative quatenus haec facultas habeatur indiscriminatim, minime vero taxative, ex. gr. pro aliqua Monialium communitate tantum, etc. »

Die 7 Martii 1840.

D.

INCERTI LOCI IN GALLIA.

Quaeritur in Sacra Indulgentiarum Congregatione :

1° *Utrum Sacerdos satisfaciat obligationi celebrandi Missam pro defuncto, servando Ritum* Feriae, vel cujuscumque Sancti, etiamsi non sit semiduplex, aut duplex?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

2° *Utrum qui privilegium habet, personale pro quatuor Missis in hebdomadis singulis, debeat cum paramentis colore nigro celebrare diebus non impeditis, ut possit Indulgentiam Plenariam pro animabus defunctorum lucrari?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

3° *Utrum qui celebrat in Altari Privilegiato pro singulis diebus, debeat semper uti paramentis nigris diebus non impeditis, ut Indulgentiam Privilegii consequatur?*

Sac. Congregatio respondit « Ut in secundo ».

4° *Utrum ad lucrandam Indulgentiam Plenariam Orationi :* O bone, et dulcissime Jesu, etc. *concessam, necesse sit aliam orationem addere pro intentione Summi Pontificis?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

5° *Utrum ad Indulgentias applicandas Crucibus, Rosariis, etc. alius ritus sit necessarius praeterquam signum crucis a sacerdote qui hanc facultatem accepit factum?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

Digitized by Google

6° *Utrum Indulgentia concessa cadat solum in Christo ex aere, ligno, vel alia quaque materia facto, ita ut possit ex una Cruce in aliam transferri absque periculo amittendi Indulgentiam ipsi collatam?*

Sac. Congr. respondit « Affirmative ».

Die 14 Aprilis 1840.

(*Vide etiam* Decreta DLXXXVI, DCXIX et DXLIV.)

DI.

LEMOVICEN.

Episcopus Lemovicensis facultatem obtinuit impertiendi bis in anno Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia Plenaria; sed in Ritu, et Formula hujus benedictionis praescribitur inter caetera ut legantur Litterae Apostolicae ad hoc concessae, ante benedictionem impertiendam, etiam post benedictionem impertitam publicetur latino, et vernaculo idiomate concessio Plenariae Indulgentiae. Mos autem in Ecclesa Lemovici a multis annis est, ut lectio Litterarum Apostolicarum supprimatur ne diutius populus in Ecclesia retineatur, loco vero Litterarum legitur latino, et vernaculo idiomate formula « Attentis facultatibus, etc. *ut de delegatione constet : quaerit an hic Ritus, et forma sufficiat ad lucrandam Indulgentiam Plenariam?*

Sac. Congregatio respondit « Ritum, et formam, de quibus in precibus, attenta rationabili causa supra exposita, revera sufficere ad lucrifaciendam Indulgentiam Apostolicae benedictionis, dummodo per formulam « *Attentis facultatibus*, etc. » Fidelibus constet ex Pontificia Delegatione tantum impertitam fuisse ». Et ita Sac. Congr. auditis quoque Consultorum votis declaravit.

Die 30 Junii 1840.

DII.

SANCTI FLORI.

Episcopus S. Flori in Gallia quaerit utrum per Indulgentiam Altari Privilegiato adnexam intelligenda sit Indulgentia Plenaria animam statim liberans ab omnibus Purgatorii poenis, an vero tantum Indulgentia quaedam secundum Divinae Misericordiae Beneplacitum applicanda?

Sac. Congregatio, votis Consultorum auditis, respondit « Per Indulgentiam Altari Privilegiato adnexam, si spectetur mens concedentis, et usus clavium potestatis, intelligendam esse Indulgentiam Plenariam, quae animam statim liberet ab omnibus Purgatorii poenis; si vero spectetur applicationis effectus, intelligendam esse Indulgentiam, cujus mensura Divinae Misericordiae Beneplacito, et acceptationi respondet ». Ita Sac. Congr.

Die 28 Julii 1840.

DIII.

TARRACONEN.

Beneficiatus Metropolitanae Ecclesiae Tarraconensis ab Apostolica Sede obtinuit plures facultates, nempe : impertiendi benedictionem cum Indulgentia Plenaria iis, quibus adstiterit in eorum agone : benedicendi Cruces, Numismata, etc. etiam cum Indulgentiis S. Birgittae : Indultum Altaris Privigiati personalis tribus diebus in hebdomada : Plenariam Indulgentiam ab ipso bis in mense acquirendam : Plenariam quoque in mortis articulo pro se, suis consanguineis, et affinibus ad tertium gradum, nec non pro quinquaginta aliis personis ab eodem designandis. Nunc dubitat quoad ipsarum facultatum usum licitum, et validum, orto dubio ex quadam declaratione Reverendissimi Domini Commissarii Generalis Cruciatae in Hispania. Iste enim anno 1833 *typis mandavit libellum, in quo postquam asseruit, omnes gratias, ac privilegia a Roma provenientia, in Hispania nullius esse valoris absque illius approbatione.* (*pag.* 44 *numero* 2 *ejusd. Libelli hispanico idiomate editi haec habet*) « Juxta ergo anteriorem facultatem, habet D. Commissarius Generalis facultatem agnoscendi, et examinandi omnes Indulgentias, gratias et privilegia quae a S. Sede conceduntur quibuscumque personis, seu corporationibus horum Regnorum, et effectum ullum habere nequeunt, dum non obtineant habilitationem, seu exequatur ejusdem D. Commissarii. Neque etiam possunt typis mandari, nec publicari aliquae ex istis gratiis, nisi praecedat ipsius approbatio, seu licentia ». *Quaeritur nunc ergo : Potest exponens absque approbatione, licentia, seu exequatur D. Commissarii Generalis Cruciatae valide, et licite uti, fruique facultatibus, et gratiis supradictis?*

Sac. Congregatio praeviis Consultorum votis respondendum esse duxit « Affirmative » videlicet, quoad usum et fruitionem dictarum Indulgentiarum posse oratorem licite, et valide, sed private tantum iisdem uti gratiis; dummodo in nullius gravamen cedant, aut in praejudicium tertii, aut scandali

Digitized by Google

occasionem praebeant; et dummodo orator hasce Apostolicas gratias et facultates sine licentia Commissarii praefati, typis mandare non praesumat.

Die 28 Julii 1840.

DIV.

TAURINEN.

Ex parte P. Praepositi Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii Civitatis Taurinen. exponitur, quod anno 1815 *transeunte Pio VII san. me. ex illa Civitate, sacerdotes ejusdem Congregationis, pedes Summi Pontificis obsculantes, illum humiliter exorarunt pro concessione, seu prorogatione Indulgentiarum, ac Privilegiorum, quibus jam ante suppressionem Eadem Congregatio gaudebat, quibus idem Pontifex pulchre respondit* « Indulgentias, et Privilegia non amisisse, nam : siete stati oppressi, (*inquit*) e non soppressi; la soppressione non è stata legale » *at vero pro majori eorum tranquillitate quaerunt a Sac. Congr. quid sentiendum sit hac super re?*

Sac. Congregatio respondit « Nulla Indulgentiarum, seu Privilegiorum nova concessione, ob allatam ab Eodem Pontifice rationem, indigere ».

Die 26 Augusti 1840.

DV.

ROTHOMAGEN.

Vicarius Generalis Dioecesis Rothomagensis Sacrae Congregationi proponit nonnulla dubia solvenda, ut infra.

1° *Utrum Sacerdotes qui a Sede Apostolica obtinuerunt licentiam benedicendi Coronas, iisdemque applicandi Indulgentias Birgittinas, recte agant, cum ad consequendum hunc effectum benedicunt Coronas ex quinque tantum decinis compositas?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, nisi Sacerdotes peculiares habeant facultates ab Apostolica Sede impetratas ».

2° *Utrum fideles recitando Coronas, de quibus agitur in dubio primo praecedente, eodem modo ac recitari solet Rosarium commune lucrentur Indulgentias Birgittinas?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, quatenus fideles praedictas Coronas quinque decadum habeant benedictas cum Indulgentiis Sanctae Birgittae ab habentibus facultatem ».

3° *Utrum fideles ad lucrandas hujusmodi Indulgentias, scilicet, S. Birgittae dictas, meditari teneantur eadem Mysteria ac si recitarent Rosarium commune, seu Dominicanum?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

4° *Utrum in hypotesi responsionis negativae ad dubium tertium proxime praecedens, teneantur meditari quidquam aliud, v. gr. Septem Dolores, aut Septem Gaudia B. M. Virginis?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

5° *Utrum Sacerdotes percipere queant, ut dictum est in tertio exposito, id quod ipsi impenserunt pro Coronis benedictis, quas fidelibus distribuunt?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, et juxta quamplurima Decreta Sacrae hujus Indulgentiarum Congregationis ».

6° *Utrum in hypotesi responsionis negativae ad quintum praecedens dubium, Sua Sanctitas dignetur :* 1° *Ratum facere quod usque modo factum est :* 2° *Permittere attento plurimorum Sacerdotum exiguo nimis peculio, ut in posterum, salva Indulgentiarum gratia, id fieri possit quod expositum est?*

Sac. Congregatio respondit « Supplicent Sacerdotes particulariter Sanctitatem Suam pro sanatione quoad praeteritum, quatenus bona fide se gesserint; quoad futurum Negative ». Ita respondit, et declaravit Sac. Congregatio.

Die 2 Octobris 1840.

(*Vide* Decreta CDLXXXIV, CDXCI.)

DVI.

VALENTINEN.

Vicarius Generalis Capitularis, ac Superior vulgo delle Dame Trinitarie *Civitatis, et Dioecesis Valentinensis quaerit in Sac. Congregatione :*

1° *Utrum praefatae Trinitariae per diversas Galliarum Dioeceses diffusae publicare possint in earum Ecclesiis singulas Indulgentias concessas earum Ordini Sancti Joannis de Matha usque in praesens, attenta revocatione san. me. Pauli V plurimarum Indulgentiarum Ordinibus Regularibus concessarum; et quatenus dictae Indulgentiae existant, possuntne ipsas publicare?*

Sac. Congregatio respondit « Possunt promulgare Indulgentias tantum earum Ordini concessas juxta Summarium recens constructum a Sac. Congregatione, ab eaque approbatum, non obstante revoca-

Digitized by Google

tione san. me. Pauli V ; dummodo vero praefatae Trinitariae canonice fuerint receptae ».

2° *Utrum qui obtinet diversas facultates ab Apostolica Sede, scilicet Altaris Privilegiati personalis; erigendi Stationes Viae Crucis; benedicendi Cruces, Numismata, etc. debeat exhibere dictas facultates Ordinario, etiamsi nulla mentio facta sit in concessionum Rescriptis?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative quoad Viae Crucis erectionem » Negative relate ad alias facultates, nisi aliter dispositum in obtentis concessionibus.

3° *Utrum valide erectae sint Sodalitates cum in Gallia, et praecipue in Dioecesi Valentinensi servatus non sit modus praescriptus in Bulla Clementis VIII relatus in Bibliotheca* Ferrari ; *impetrato tamen a Sede Apostolica Indulto, vi cujus, et juxta ejus tenorem erectio peracta sit, ac verbali processu uniuscujusque erectionis in qualibet respectiva Parochia dimisso?*

Respondetur « Affirmative quoad validitatem, extante jam Sanctae Sedis Indulto derogatorio Bullae, seu Constitutionis Clementis VIII ».

4° *Utrum in adscribendis fidelibus Sodalitati sacri Scapularis liceat uti in plurali parva formula* « Accipe vir devote, etc.? »

Respondetur « Affirmative juxta praepositam Rubricam in precibus benedictionis sacri Scapularis ».

5° *Utrum sufficiat recitatio Confessionis, idest* Confiteor, *etc. in Sacramento Poenitentiae habita, pro recitatione illius praescripta quando impertienda sit benedictio cum Indulgentia in Mortis Articulo?*

Respondetur « Negative juxta praxim, et Rubricas, nisi necessitas urgeat ».

6° *Utrum necesse sit tribus vicibus recitare* Confiteor, *etc. quando administratur Sacrum Viaticum, Extrema Unctio, ac Indulgentia in Mortis Articulo impertitur?*

Respondetur « Affirmative juxta Praxim, et Rubricas ».

7° *Utrum infirmus lucrari possit Indulgentiam Plenariam in Mortis Articulo a pluribus Sacerdotibus facultatem habentibus impertiendam?*

Respondetur « Negative in eodem Mortis Articulo ».

8° *Utrum Sacerdos valide conferat Indulgentiam Plenariam in Mortis Articulo, omissa formula a Summo Pontifice praescripta, ob libri deficientiam?*

Respondetur « Negative, quia formula non est tantum directiva, sed praeceptiva ».

Die 5 Februarii 1841.

(*Vide etiam* Decreta DXXVIII, DLXVI, DCXLVI.)

(*Vide* Summaria Indulg. in Appendice n° XLI, LII.)

DVII.

DITIONIS HELVETICAE.

Ex parte Cappuccinorum Helveticae Provinciae Dubium proponitur Sacrae Congregationi ut infra, nempe Benedictus XIV in suis Monitis ad recte peragendas Viae Crucis Stationes, editis die 10 *Maii* 1742 *et praecipue sub n° VII sic ait* « Che essendo eretta la Via Crucis nella Chiesa per quel tempo degli Uffizj Divini, e della S. Messa, e quando in Chiesa vi sia tal concorso di popolo, che possa cagionar tumulto e disturbo, si astengano di praticarla, tanto maggiormente, che non essendovi impedimento, si devono visitare ad una, ad una le Stazioni (1) » *Ex hujus moniti conclusione dubium oritur, an Christifideles in magno populi concursu, maxime cum Ecclesia repleta, et compressa sit devotis, possint sine corporis motu de loco in locum Indulgentias Viae Crucis lucrari?*

Sac. Congregatio respondit « Negative : singula enim Summor. Pontificum Decreta affirmant inter alias conditiones pro acquirendis Stationum Viae Crucis Indulgentiis, necessario requiri aliquem Corporis motum, ut clarius declaratum est a Sacra Congregatione die 30 Septembris 1837 nempe « *Che » si passi da una Stazione all' altra per quanto » permette o. la moltitudine delle persone, che la » visitano, o la ristrettezza del luogo dove sono » erette...* (2) » Et ita declarat Sac. Congregatio die 26 Februarii 1841.

DVIII.

MONASTERIEN.

Pro parte Episcopi Monasteriensis petitur resolutio decisiva ad quaestionem sequentem « Num is,

(1) « Si via crucis erecta sit in ecclesia, tempore divinorum officiorum et S. Missae, et quando tantus est concursus populi ut possit causare tumultum aut confusionem, ab ea practicanda obstineant, eo magis, quia secluso impedimento, stationes singultim sunt visitandae. »

(2) « Transeundum esse ab una statione ad aliam in quantum sinit aut multitudo personarum, quae eas visitant, aut angustia loci, ubi sunt erectae. »

Digitized by Google

qui in die festo Paschatis, quo Benedictio Papalis datur ab Episcopo, et ea de causa Indulgentiae Plenariae concessae sunt, pro lucrandis his Indulgentiis Sanctissima Sacramenta Poenitentiae, et Eucharistiae suscipit, per hanc Sacramentorum susceptionem etiam praecepto Ecclesiae de Communione Paschali simul satisfaciat, aut num adhuc iterato ad haec Sacramenta tempore Paschali accedere teneatur? »

Sac. Congregatio auditis Consultorum votis rescripsit « *Consulendum Sanctissimo* ». Quo audito, sequenti universali Decreto respondit.

URBIS ET ORBIS.

Delatis precibus ad hanc Sacram Congregationem Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositam ex parte Episcopi Monasteriensis, in quibus dubium proponebatur « Num is, scilicet, qui in die festo Paschatis, quo Benedictio Papalis datur ab Episcopo, et ea de causa Indulgentiae Plenariae concessae sunt, pro acquirendis his Indulgentiis Sanctissima Sacramenta Poenitentiae, et Eucharistiae suscipit, per hanc Sanctissimorum Sacramentorum susceptionem etiam praecepto Ecclesiae de Communione Paschali simul satisfaciat, aut num adhuc iterato ad haec Sanctissima Sacramenta tempore Paschali accedere teneatur? » Sacra Eadem Congregatio, auditis Consultorum votis, respondendum esse duxit « *Consulendum Sanctissimo* ». Factaque de omnibus Eidem Sanctissimo Domino Nostro Gregorio PP. XVI per me infrascriptum Cardinalen Praefectum relatione in Audientia habita die XIX Martii MDCCCXLI, Sanctitas Sua benigne declaravit « *Per Confessionem, et Communionem die Paschatis Resurrectionis peractam et Indulgentiam Plenariam Papali Benedictioni adnexam lucrari, et satis praecepto Paschatis fieri* ».

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die, et anno, quibus supra.

C. Card. Castracane Praef.
A. Canonicus Prinzivalli Substitutus.

(*Vide etiam* Decreta DXXVI, DLVI.)

DIX.

RHEDONEN.

Cum inter caetera Romani Pontificis Benedicti XIV Decreta de Servorum Dei Beatificatione, et Beatorum canonizatione praecipue sancitum sit, quod de Sanctorum Corporum et Reliquiarum identitate per probationes firmas, etsi non metaphysica, vel physica, saltem morali evidentia certas constare debeat, cumque Sacra haec Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita Congregatio ex allata relatione Presbyteri Joannis Nevot Vicarii Generalis Rhedonensis Dioecesis, atque ex adnexis documentis super Lypsana seu Reliquias Sanctae Benitae firmis, certisque probationibus ex morali evidentia deductis careat omnino, auditis Consultorum votis, rebusque mature libratis, sic respondendum putavit « *Ordinario, qui utendo jure suo, examen instituat hac super re, adhibitis in consilium duobus vel tribus probatissimis viris in aliqua Ecclesiastica dignitate constitutis, simulque oculari recognitione signorum peracta, auditisque nonnullis Monialibus Carmelitis, apud quas praefatae olim asservabantur Reliquiae, ut de visu certum testimonium perhibeant, hisque praehabitis quae veritati et pietati consentanea judicaverit, definiat atque decernat* ». De quibus omnibus facto verbo cum Sanctissimo Domino Nostro Gregorio PP. XVI, Sanctitas Sua ejusdem Sac. Congretationis Decretum approbavit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum. Die 19 Martii 1841.

C. Card. Castracane Praef.
H. Ginnasi Secret.

DX.

PLACENTINA.

Fratres Ordinis Minor. Reformatorum Civitatis Placentinae quaerunt a Sac. Congregatione « Utrum in Ecclesiis Seraphici Ordinis, quae tempore gallicae suppressionis ablatae fuerint a praefati Ordinis subjectione, quaeque sub cura modo tenentur a Presbyteris Saecularibus, quin Regulares ullo modo suis juribus renuntiassent, Indulgentiae vulgo Portiunculae, *atque aliae vigore praefati Ordinis concessae, adhuc a fidelibus lucrari possint, eo magis quod san. me. Pium PP. VII hac super re aliquid declarasse affirmatur?*

Sac. Congregatio auditis Consultorum votis, respondit « Non constare de Summi Pontificis Pii VII san. me. declaratione, ac proinde « Negative ». Pro iis vero locis, ubi affirmativa sententia tenetur, ne scandalum in fideles oriatur, recurrendum erit ad

Digitized by Google

Sanctam, et Apostolicam Sedem pro ipsius Indulgentiae vulgo *Portiunculae* concessione, exposita tamen causa in allato dubio citata ». Ita Sac. Congr.

Die 29 Maii 1841.

DXI.

BRIOCEN.

Parochus Ecclesiae Curialis vulgo Rosternen. in Dioecesi Briocensi; idem Rector Congregationis B. M. V. in minori Seminario vulgo Plouguernevel ejusdem Dioecesis Sac. Congregationem Indulgentiarum demisse supplicant sequentia dubia declarare.

1° *An eodem die lucrari possint plures Indulgentiae Plenariae, quando pro unaquaque praescripta est perceptio divinae Eucharistiae?*

Sac. Congregatio « Affirmative, servatis tamen respective aliis appositis conditionibus ».

2° *An possit per preces jam obligatorias v. gr. per Horas Canonicas satisfieri precibus a Summo Pontifice praescriptis ob lucrandam Indulgentiam Plenariam?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

3° *An sufficiat quinquies* Pater, *et* Ave, *quae recitari solent ad adimplendam Summi Pontificis intentionem, quando praescriptum est, ut visitetur Ecclesia, vel Altare, ibique fundantur preces, quemadmodum ex. gr. pro lucranda Indulgentia Plenaria praescriptum est associatis Operi Propagationis Fidei?*

Respondetur « Preces requisitae in Indulgentiarum concessionibus ad adimplendam Summi Pontificis intentionem sunt ad uniuscujusque fidelis libitum, nisi peculiariter adsignentur ».

4° *Intra quotas horas diei ipsius, vel diei pridianae recitari debeant preces a Summo Pontifice praescriptae ad lucrandam Indulgentiam Plenariam?*

Respondetur « Intra idem tempus designatum pro Indulgentiarum acquisitione ».

5° *An possit Indulgentia Altaris Privilegiati lucrifieri a Sacerdote, qui celebrat Missam de feria non privilegiata, seu de festo, quod non sit duplex, nec infra Octavam?*

Respondetur « Negative, et standum Indulto san. me. Clementis VIII sub die 7 Martii 1771 ».

6° *An in facultate a S. Sede concessa benedicendi pro numero* mille *Cruces, Crucifixos, Numismata, etc. Haec verbo* pro numero mille *intelligenda sint de mille Crucibus, mille Crucifixis, mille Numismatibus, etc.?*

Respondetur « Negative, sed mille in totum ».

7° *An qui obtinuit facultatem benedicendi Coronas precatorias, iisdemque Indulgentias impertiendi, habeat absque speciali privilegio facultatem quoque benedicendi, et ditandi Indulgentiis Coronas Domini, vulgo dictas* Camaldulensium?

Respondetur « Negative ».

8° *An fideles, qui non intenderent recitare Coronam precatoriam, recitant quasdam preces manu tenent Coronam sive Domini, sive Beatae Virginis, et grana volvent, lucrantur pro unoquoque* Pater, *vel* Ave, *vel* Credo, *vel alia oratione easdem Indulgentias quas ipsi lucrarentur pro iisdem precibus, si recitarent Coronam precatoriam?*

Respondetur « Negative ».

9° *An qui quotidie recitat Hymnum* Veni Creator Spiritus, *et Sequentiam* Veni Sancti Spiritus *possit in eodem mense lucrari duas Indulgentias Plenarias?*

Respondetur « Negative : legitur enim in Decreto Sac. Congregationis » *Veni Creator Spiritus* « vel » *Veni Sancte Spiritus* ».

10° *An idem vir possit aggregare multis Sodalitatibus, et lucrari Indulgentias unicuique concessas, dummodo conditiones praescriptas impleat?*

Respondetur « Affirmative ».

11° *An idem Altare in eadem Ecclesia possit assignari ut Altare proprium variis Sodalitatibus, v. gr. Sanctissimo Rosario, Beatae Virgini de Carmelo, Sanctissimo Cordi Jesu?*

Respondentur « Affirmative in genere, et de consensu uniuscujusque Rectoris respectivae Sodalitatis ibi erectae, sed ad praecavendas quaestiones, quae facile oriri solent quoad functiones peragendas, aut Altare custodiendem, etc. magis expedit, si fieri potest, ut quaelibet Sodalitas suum habeat Altare.

12° *An, quando possessor Coronae Domini, vel Crucis, cui applicatae sunt Indulgentiae Viae Crucis, praeces praescriptas recitat una cum aliis, qui sibi non habent sive Coronam, sive Crucem tali privilegio ditatam, possint adstantes, et simul recitantes, easdem Indulgentias lucrari, quas lucratur possessor Coronae, seu Crucis?*

Respondetur « Negative absque speciali facultate ». Ita declaravit Sac. Congr.

Die 29 Maii 1841.

(*Vide etiam* Decretum DXCIV.)

Digitized by Google

DXII.

VENETIARUM.

Ad humillimas preces Eminentissimi Jacobi S. Romanae Ecclesiae Cardinalis Monaco Venetiarum Patriarchae Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui publice, vel privatim Sanctissimo Redemptori Nostro peculiaria honoris obsequia in mense Julii corde saltem contrito, ac devote, praestaverint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam tercentum dierum semel tantum singulis diebus lucrandam; ac Plenariam etiam Indulgentiam una ejusdem mensis die, uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo tamen ipsi Christifideles eadem die vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ac ut supra oraverint clementer pro Venetiarum tantum Dioecesi concessit; facta quoque facultate easdem Indulgentias animabus in Purgatorio detentis applicandi. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secret. Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Junii 1841.

C. CARD. CASTRACANE PRAEF.
H. Ginnasi Secret.

DXIII.

MECHLINIEN.

Cum in Kalendario Liturgico Dioecesis Mechliniensis annuntiari soleant Indulgentiae in quibusdam festis omnibus fidelibus concessae, Cardinalis Archiepiscopus dictae Dioecesis infrascripta dubia Sac. Congregationi decidenda proponit.

Dubium Primum. *Ex concessione Eugenii IV lucratur Indulgentias* 400 *dierum quilibet fidelis devote assistens Matutino in festo Corporis Christi; totidem qui Missae, et totidem qui utrisque Vesperis interfuerit; item indulgentias* 200 *dierum lucratur quicumque illa die communicaverit, et totidem qui Processionem devote fuerit comitatus; qui autem interfuerit cuilibet ex parvis horis lucratur Indulgentias* 160 *dierum : quaeritur:*

1° *An istae Indulgentiae translatae sint in Dominicam proxime sequentem, seu Solemnitatem (pro qua Pius VII concessit Indulgentiam Plenariam, servatis servandis, per totam Dioecesim Mechlinien-sem), ita ut in ipso festo Corporis Christi (quando in praefata Dioeci initium habet Octava quoad omnia Officia, translata sola Processione in Dominicam) fideles tantum lucrentur mediam partem praedictarum Indulgentiarum, sicut reliquis diebus Octavae?*

2° *An qui memoratas Indulgentias lucrari cupiunt, debeant esse non tantum vere poenitentes, et contriti sed etiam confessi?*

3° *An omnes et singulae Indulgentiae ab Eugenio IV ut supra concessae valeant per modum suffragii animabus in Purgatorio applicari, ut fertur declarasse Benedictus XIV die* 13 *Septembris* 1749?

4° *An authenticum sit Rescriptum diei* 12 *Maii* 1817 *quo Pius VII concessisse dicitur, ut omnia Altaria cujuslibet Ecclesiae sint privilegiata tempore Orationis Quadraginta Horarum (quocumque anni tempore fiant) et Indulgentiae concessae applicari valeant fidelibus defunctis?*

Sac. Congregatio respondit « In festo Corporis Christi omnes Christifideles, qui contriti, et confessi, devote interfuerint primis et secundis Vesperis, Matutino, et Missae, Indulgentiam quatuorcentum dierum consequentur pro unaquaque ex praefatis functionibus; ac centumsexaginta dierum Indulgentiam pro qualibet ex Horis Minoribus, Prima nempe, Tertia, Sexta, Nona, et Completorio. In qualibet vero die octidui praefatae solemnitatis Indulgentiam biscentum dierum pro Vesperis, ut supra, Matutino, ac Missa; octoginta autem dierum pro qualibet Hora Minori. Comitantibus vero Sacram Sanctissimi Sacramenti supplicationem sive in festo, sive in octiduo, dummodo fuerint Communione refecti, Indulgentiam biscentum dierum. Talis est genuina concessio Eugenii PP. IV ut in sua Constitutione *Excellentissimum* diei 26 Maii 1433; ac proinde lucrentur, ut supra, etiam in Dominica infra octavam absque praejudicio in dicta Dominica acquirendi Indulgentiam Plenariam, servatis servandis, quae, uti asseritur, reperitur concessa a san. me. Pio PP. VII.

Ad 2m Confessio requiritur tantum in die festo, ut ex citata Constitutione.

Ad 3m Affirmative.

Ad 4m Affirmative.

Dubium Secundum. *In multis libris, seu Summariis Indulgentiarum fit mentio de quodam Rescripto Sanctissimi Domini Pii VII de die* 7 *Julii* 1815; *quo concedit in perpetuum Indulgentiam Plenariam, defunctis etiam applicabilem, omnibus*

Digitized by Google

Christifidelibus, qui positis conditionibus requisitis, visitarent in festo Sanctissimi Cordis Jesu Ecclesiam, seu Oratorium publicum, ubi praedictum festum celebratur; quaeritur an revera haec Indulgentia a Pio VII sit concessa, et quatenus affirmative, an ad illam lucrandam in praedictis Ecclesiis, seu Oratoriis requiratur quaedam externa solemnitas, an e contra sufficiat quod Officium Divinum, vel saltem Missa ibidem dici consueverit de festo Sanctissimi Cordis Jesu, juxta praescriptum Directorii, seu Kalendarii Dioecesis?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative quoad primam, et secundam partem : Negative quoad tertiam : Decretum enim concessionis sic habet « *Ubi celebratur dictum festum Sanctissimi Cordis Jesu, vel in Feria VI post Octavam Corporis Christi, vel alia die de Ordinarii licentia* ». Ita Sac. Congr. die 28 Junii 1841.

(*Vide etiam* Decretum CDII.)

DXIV.

AMBIANEN.

Parochus Loci de la Savante *Dioecesis Ambianensis petens a S. Sede Indultum benedicendi sacrum Scapulare quaerit :*

1° *An hoc idem Indultum communicare possit tribus aliis suis Confratribus?*

2° *An fideles dispensari possint ab obligatione vescendi, ut dicitur* di magro *feria IV cujuslibet hebdomadae, quae praescripta est gestantibus sacrum Scapulare?*

Sac. Congregatio respondit « Ad primum » Recurrat unusquisque singulariter pro impetratione facultatis benedicendi, et imponendi sacra Scapularia. « Ad secundum » Accedente gravi impedimento non teneri Confratres neque ad jejunium, neque ad recitationem Horarum Canonicarum, aut Officii Parvi B. M. V.; neque ad abstinentiam diebus Mercurii, et Sabbati : Consulendi tamen fideles, ut hoc in casu se subjiciant judicio docti, et prudentis Confessarii pro aliqua commutatione impetranda ». Ita declaravit Sac. Congr. die 6 Augusti 1841 ad formam aliorum Decretorum.

DXV.

TARANTASIEN.

Episcopus Tarantasiensis quaerit a Sac. Congr. utrum Breve ab eo acceptum pro facultate erigendi, seu declarandi ad septemnium proximum unum Altare Privilegiatum in qualibet Ecclesia suae Dioecesis, validum sit tantum pro primo septemnio immediate sequenti suam Consecrationem, ita ut, si, hoc perdurante septemnio, nondum omnia Altaria declarasset privilegiata, poterit ea declarare, hoc ipso septemnio absoluto; et in primo casu per quot annos Altare privilegiatum putandum erit? An vel facultas sit ad vitam Episcopi, et Altare tantum ad septemnium privilegiatum? Vel an facultas Episcopi, et Privilegium Altaris ad septemnium tantum sint duratura?

Sac. Congregatio respondit « Vigore Litterarum Apostolicarum in forma Brevis dat. sub Annulo Piscatoris die 13 Februarii 1838, Episcopus Orator facultatem obtinuit semel per seipsum in qualibet ex Parochialibus, et Collegiatis Ecclesiis suae Dioecesis unum dumtaxat Altare ad septemnium proximum privilegio Apostolico decoratum declarare, ita ut haec facultas quoad Episcopum Oratorem perduraverit usque dum in unaquaque ex praefatis Ecclesiis unum Altare tali privilegio ditatum designaverit; quoad vero Altare, simili indulto decoratum erit per septemnium proximum incipiendum a die respectivae designationis uniuscujusque Altaris; ac proinde absoluto septemnio, pro Altaribus designatis, etiamsi in caeteris Ecclesiis nondum ea declaraverit, recurrendum erit ad S. Apostolicam Sedem pro talium facultatum prorogatione ». Sic Sac. Congr. declaravit die 22 Septembris 1841.

DXVI.

PARISIEN.

Parochus Ecclesiae Sancti Sulpitii in Civitate Parisiensi petit a Sac. Congr. utrum ad lucrandas quasdam Indulgentias particulares, in quarum tenore nulla fit mentio clausulae infra exprimendae, v. gr. ad lucrandam Indulg. Plenariam applicatam Orationi « En Ego, bone, et dulcissime Jesu, etc. » (*ex Pio VII in Decreto* « Urbis, et Orbis » *die* 10 *Aprilis* 1821) *necesse sit recitare insuper* quinque Pater, *et* quinque Ave *pro finibus a Summo Pontifice praescriptis, uti specialiter notatur in pluribus Rescriptis : An sufficiat praefatam Orationem solam a fidelibus confessis, et communicatis, coram Crucifixo recitari?*

Sac. Congregatio respondit « Standum absolute terminis in concessionibus enunciatis : nullum vero

Digitized by Google

verbum fit in praecitata Orationis concessione de necessitate recitandi quinque *Pater*, etc. sed exprimitur tantum Sacramentorum susceptio, Orationisque coram cuicumque crucifixi Imagini recitatio » diei 25 Septembris 1841.

(*Vide* Decreta CDXXV, CDXXXIX, CDLXXVIII, D, DCLXXVII.)

DXVII.

ATREBATEN.

Cum quidam Sacerdos Dioecesis Atrebatensis dubia seminaverit inter fideles circa modum recitandi Coronas Divae Birgittae nuncupatas, asserens absolute necessarium esse ad lucrandas Indulgentias supradictis Coronis adnexas, recitare post Angelicam Salutationem decies repetitam, Symbolum quoque Apostolicum; quae quidem methodus hac in Dioecesi numquam viguit, nam Coronae Divae Birgittae recitantur sicut Coronae ordinariae, hinc a Sac. Congregatione declarandum superest : utrum Christifideles tali recitatione lucrentur saltem Indulgentias Coronis ordinariis adnexas?

Sac. Congregatio respondit « Coronam Divae Birgittae nuncupatam revera constare sex decadibus, et in qualibet decade recitatur Oratio Dominica, Angelica Salutatio decies repetita, et Apostolorum Symbolum, et in fine aliud *Pater noster*, cum tribus aliis Angelicis Salutationibus; at vero ex pluribus Decretis adservatis in actis Sac. Congregationis, Indulgentias Sanctae Birgittae lucrari posse cum Coronis etiam ordinariis sive quindecim, sive quinque tantum decadum, dummodo sint benedictae ab habentibus facultatem *cum Indulgentiis quoque divae Birgittae* nuncupatis » Sac. Congreg. ita declaravit.

Die 25 Septembris 1841.

DXVIII.

APAMIEN.

Vicarius Generalis Apamiensis expostulat an pro validitate erectionis Viae Crucis, et ad lucrandas Indulgentias ipsi adnexas, sit absolute necessarius Processus Verbalis ab Episcopo, vel ab ejus Vicario conficiendus, an sufficiat facultas a Sancta Sede per Rescriptum obtenta?

Sac. Congregatio respondit « Circa erectionem Stationum Viae Crucis, impetratis antea ab Apostolica Sede necessariis, et opportunis facultatibus, omnia ac singula quae talem erectionem respiciunt, scripto fiant, tam nempe postulatio, quam erectionis ejusdem concessio, quam Instrumentum in Codicibus, seu in actis Episcopatus remaneat, et testimonium saltem in Codicibus Paroeciae, seu loci ubi fuerint erectae praefatae Stationes, inseratur ».

Die 25 Septembris 1841.

(*Vide etiam* Decretum DLXI.)

DXIX.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI, ETC.

Decimae Editionis Romanae.

Coelestis Indulgentiarum thesauri dispensatio magni semper fuit in Ecclesia momenti, ut Christifidelium devotio augeretur, Fides splendesceret, Spes vigeret, et Charitas vehementer incalesceret. Sacris proinde Indulgentiis varias pluresque Orationes ac pia Opera Summi Romani Pontifices ditare omni tempore studuerunt. Sed aliquando, immo etiam saepe evenire solet, ut Indulgentiae ipsae, quarum usus Christiano populo maxime est salutaris, non lucrentur vel quia earum concessiones ignorantur, vel quia ad eas acquirendas, quae indiscriminatim in nonnullis opusculis, aut foliis reperiuntur, nec singulae nec integrae praescriptae conditiones declarantur. Quamobrem opportunum, ac necessarium jamdudum videbatur, ut quamplurimae Orationes, nec non pia opera, praecipue illa, quibus ex generalibus concessionibus Summorum Pontificum Indulgentiae sunt adnexae, ex suis germanis fontibus fideliter hausta, atque ordine digesta, et simul collecta in vulgus ederentur. Id quod erat in votis superioribus annis perfecit alter ex iis, qui a consultis sunt praeelecti hujus Sacrae Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae. Praedictas enim Orationes, ac pia Opera in unum Volumen accurate sed non levi labore redegit, injunctasque conditiones pro ipsius Indulgentiis assequendis singillatim exposuit, typisque nona vice evulgavit Anno millesimo octingentesimo trigesimo septimo, annuente ipsa Sac. Congregatione.

Cum vero idem Auctor decimam hujusmodi Collectionis Romanam Editionem, auctam, modo imprimere studuerit; Eadem Sac. Congregatio praelaudatum opus haud dubie perutile iterum probat,

Digitized by Google

ac uti authenticum publicari posse censet. Monet tamen quod si in quacumque ejusdem operis editione, seu versione cujuscumque idiomatis tam in Urbe, quam extra exarata vel quae exarari contingat, dubium aliquod subinde emerserit, sive quoad Indulgentiarum concessiones, sive quoad praescriptas conditiones adimplendas, ad postremam hanc editionem typis Michaelis Perego-Salvioni gnaviter excusam et in ipsius Sac. Congregationis Secretaria asservatam recursus habeatur; ac praeterea praesens Decretum, ut omnibus Christifidelibus patefiat, typis pariter tum itala, cum latina lingua impressum ad calcem memoratae editionis apponi mandat, atque decernit.

Datum Romae ex Sac. Congregationis Indulgentiarum ac Sac. Reliquiarum Secretaria die 30 Septembris 1841.

C. Card. Castracane Praef.
Aloisius Can. Prinzivalli Subst.

(*Vide* Decreta CDXL, CDLVI, CDLXIV, CDLXVII, DLIX, DCVII, DXLV)

DXX.

URBIS.

AEterni Dei inscrutabilis Altitudo nullis compraehensa limitibus, sed ineffabilis et immensa sic per eos, qui hactenus in Sede Beati Petri Romanae Ecclesiae gubernacula tenuerunt, Populum Christianum spiritualibus alimentis nutriri voluit ut per ejus dona gratiae, fide et charitate muniti coelestis Regni praemia consequi mereantur. Hinc cum jam erecta canonice reperiatur piissima Sodalitas Sanctissimi Cordis Jesu cultui propagando, quae in Alma hac Urbe sub Eminentissimi Card. Vicarii ductu penes pium coetum a S. Paulo Apostolo nuncupatum subcrescit et longo lateque per Orbem diffunditur, quaeque innumeris propemodum Indulgentiis, ac privilegiis a Summis Pontificibus ditata fuerit, ex qua, postulantibus nonnullis Ecclesiasticis viris tum dignitatis honore fulgentibus, tum doctrinae ac probitatis laude, atque animarum zelo vel maxime commendatis, nova quaedam, ac peculiaris Societas in Templo Deiparae Virginis de Pace sub certis regulis et modis efformata, atque per ejusdem Eminentissimi Urbis Vicarii recognita, ac probata fuerit cui sub ipsius pii coetus Moderatoribus regimine ac tutela munus sit cum Sacratissimo Jesu Corde solidior, ac perpetua conjunctio, Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI omnibus Christifidelibus huic selectae Societati adscriptis, ac in posterum adscribendis, firmis remanentibus singulis Indulgentiis a suis Praedecessoribus Sodalitati Sanctissimi Cordis Jesu elargitis benigne concessit Indulgentiam Plenariam die eorum receptionis in praefatam Selectam, ac peculiarem perpetuae Adorationis ipsius Sanctissimi Cordis Societatem si eadem die vere poenitentes confessi ac S. Communione insuper fuerint refecti, nec non publicam aliquam Ecclesiam seu Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint. Similiter septem annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam peramanter est impertitus, dummodo corde saltem contrito tribus injunctis operibus satisfecerint, tum nempe semel in die, pro Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti visitatione absolvenda, tum semel in qualibet prima feria sexta cujuslibet mensis pro piis exercitiis in Ecclesia praedicta B. M. V. de Pace peragendis, tum denique in actu Consecrationis Sanctissimi Jesu Cordi ac Deiparae sine labe conceptae emittendo; Plenariam pariter Indulgentiam uno tantum ex ultimis tribus cujuslibet mensis diebus, uniuscujusque arbitrio eligendo, quatenus supraenunciatam Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti visitationem quotidie peregerint, eodemque die Ecclesiae Sacramentis, ut supra rite susceptis, aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ac juxta supraenunciatos fines pias ad Deum preces effuderint. Et tandem ut quadraginta dierum Indulgentiam pro quolibet alio pio opere, quod corde saltem contrito ac devote persolverint, consequantur, clementer indulsit, facta quoque singulis hujusce selectae Societatis sodalibus potestate tam Plenarias, quam Partiales Indulgentias praefatas animabus in Purgatorio detentis applicandi, ac in reliquis quoque servatis servandis juxta Constitutionem Clementis VIII san. mem. quae incipit « Quaecumque a S. Sede Apostolica die 7 Decembris 1604 ». Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Decembris 1841.

C. Card. Castracane Praef.
H. Ginnasi Secret.

DXXI.

MECHLINIEN.

Publicus Professor Sacrorum Canonum in Universitate Catholica Lovaniensi Dioecesis Mechli-

Digitized by Google

niensis ad Sacram Congregationem recurrit pro decisione subsequentium Dubiorum.

Dubium primum. « *Per Decretum Sac. Congregationis Indulgentiarum datum die* 12 *Junii* 1822 *conceditur, Confessionem Sacramentalem peractam infra hebdomadam ante festivitatem suffragari posse ad Indulgentiam lucrandam : quaeritur :*

1° *An Verba* infra hebdomadam *significent octo dies tantum quae festivitatem immediate praecedunt, an vero hebdomadam illam totam, et integram, quae ante festum decurrit, ita ut ex. gr. Confessio facta die dominica suffragetur ad lucrandam Indulgentiam die Sabbati hebdomadae sequentis in quam diem festum incideret, tametsi tunc tresdecim dies inter Confessionem, et festivitatem intercessissent?*

2° *An Confessio octava die ante festivitatem peracta vi hujus Indulti suffragetur tantum ad unam Indulgentiam lucrandam, an vero per hanc Confessionem aliae etiam lucrifieri possint Indulgentiae, quae infra praedictum tempus occurrent, et ad quas lucrandas Sacramentalis Confessio caeteroquin requireretur?*

Sac. Congregatio respondit « Ad primum » Affirmative quoad primam partem ; Negative quoad secundam.

Ad secundum » Negative quoad primam; Affirmative quoad secundam.

Dubium secundum « *Quaeritur utrum cum in Bulla vel Brevi, quo conceditur Indulgentia, Confessio tamquam conditio* sine qua non *praescribitur, necesse sit ut Sacramentalis absolutio poenitentibus detur ad Indulgentiam lucrandam?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

Dubium tertium « *Quaeritur si a Sancta Sede Indultum locale Altaris Privilegiati conceditur, neque ulla facta sit mentio nec in supplici Libello, nec in Rescripto de qualitate Altaris, sitne fixum scilicet, vel portatile, an Altare censeri possit Privilegiatum, etiamsi sit portatile?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, excepto casu Indulti Altaris Privilegiati personalis, quo frui potest Sacerdos in quocumque Altari sive fixo, sive portatili celebraturus ». Ita declaravit Sac. Congr. die 15 Decembris 1841.

(*Vide etiam* Decretum DXLVI.)

DXXII.

QUEBECEN.

Episcopus Quebecensis Sacrae Congregationi Dubium solvendum proposuit : utrum tempore Visitationis Pastoralis, et Spiritualium Recessuum, seu Exercitiorum, quae frequenter peraguntur in Paroeciis dictae Dioecesis lucrari possit Indulgentia Plenaria a fidelibus, Sacra Communione peracta eodemque tempore per ipsam unicam Communionem Praecepto Paschali satisfieri? Et rursum : An idem dicendum sit de Indulgentia Jubilaei?

Sac. Congregatio auditis Consultorum votis, declaravit respondendum esse « Affirmative quoad primam partem, quemadmodum responsum fuit Episcopo Monasteriensi die 19 Martii currentis anni relate ad acquisitionem Indulgentiae Plenariae Papali Benedictioni adnexae, quae in Paschate Resurrectionis impertitur, una eademque Communione tantum in Paschalis Praecepti adimplementum peracta ». Quoad secundam partem similiter Affirmative « nisi aliter constet ex Bulla indictionis Jubilaei ». Ita Sac. Congr. die 15 Decembris 1841.

DXXIII.

QUEBECEN.

Idem Episcopus quaerit, utrum Paroeciae, quae gaudent Indulgentia Plenaria propria pro festivitate respectivi patroni, lucrari quoque possint Indulgentiam Plenariam concessam per Dioecesim diebus festivis patronalibus omnium Paroeciarum?

Sac. Congregatio, auditis pariter Consultorum votis, respondit « Negative, quia in tali Indulgentiarum concessione, mens est concedentis, ut una tantum acquiratur Indulgentia Plenaria, minime vero duae, quod accideret, si quaelibet Paroecia, quae gaudet Indulgentia ob festum sui Patroni, lucrari posset illam, quamvis affirmatur concessam per Dioecesim absque limitatione ob festa Patronalia omnium Paroeciarum ». Sic Sac. Congr. die 15 Decembris 1841.

DXXIV.

ROTHOMAGEN.

Cum ad Dubium propositum a Vicario Generali Dioecesis Rothomagensis circa Coronarum benedictionem cum Indulgentiis S. Birgittae, Sac. Congr. die 2 *Octobris* 1840 *respondisset* « Negative, nisi Sacerdotes peculiares habeant facultates ab Apostolica Sede impetratas », *nova nunc eidem Vicario dubia exoriuntur, quae Sacrae pariter Congrega-*

Digitized by Google

tioni enodanda proponit : videlicet 1° *Utrum per haec verba* « peculiares facultates ab Apostolica Sede impetratas » *intelligatur, ac sufficiat ad consequendum praedictum illum effectum facultas illa, quae ordinario conceditur, et exprimitur his verbis, aut aliis* « ac etiam applicandi Indulgentias Sanctae Birgittae nuncupatas » ? 2° *Utrum habeant peculiares illas facultates saltem ii Sacerdotes, qui ab Apostolica Sede petierunt facultatem benedicendi Coronas B. V. Mariae cum applicatione Indulgentiarum Sanctae Birgittae nuncupat. et quibus fuit responsum* « Sanctitas Sua Oratori concedit facultatem benecendi (v. gr. mille quotannis) Coronas deprecatorias cum applicatione Indulgentiarum Divae Birgittae nuncupatarum eorum arbitrio distribuendas » ?

Sac. Congregatio inhaerendo responsionibus datis sub die 2 Octobris 1840 ad nonnulla dubia ab eodem Oratore proposita, et praecipue sub numero primo, iterum respondit » Affirmative in omnibus ».

Die 24 Januarii 1842.

(*Vide etiam* Decretum DXXVIII.)

DXXV.

CAMERACEN.

Cum Episcopus Cameracensis in erigendis Sodalitatibus cujuscumque tituli, unicuique Sodalitati eadem statuta servanda tradiderit, quin mentio fiat in ipsis de aliquo pio opere a Sodalibus exercendo, quaerit a Sac. Congregatione :

1° *Utrum Indulgentiae talibus Sodalitatibus ab Apostolica Sede concessae validae sint, et an Sodales eas lucrari possint, adimpletis tantum conditionibus in Pontificiis Concessionibus praescriptis?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

2° *Utrum praefata statuta servanda sint sub poena nullitatis Indulgentiarum, ita ut fideles Indulgentiis priventur ob eorum inobservantiam sive integram, sive ex parte tantum?*

Sac. Congregatio respondit « Dummodo Sodalitates sint canonice erectae, et Sodales adimpleant opera injuncta a Summis Pontificibus pro lucrandis Indulgentiis suae respectivae Confraternitati adnexis, ipsique Sodales legitime descripti fuerint in Confraternitatem, inobservantia partialis, seu generalis Statutorum non obest acquisitioni Indulgentiarum, ex eo quod Statuta sunt potius ad Regimen, et ad rectam Sodalitatis administrationem data, minime vero tamquam injuncta opera ad Indulgentias acquirendas ».

3° *Utrum receptio fidelium, seu adscriptio in Sodalitatem sufficiens sit ad lucrandas adnexas Indulgentias facta a Parocho respectivo illius Ecclesiae in qua Sodalitas reperitur erecta, quamvis Statuta mentionem non faciant quod Parochus debeat esse Sodalitatis Rector?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative quatenus Parochus sit ab Episcopo erigente deputatus ad recipiendos Sodales, etiamsi nulla de eo facta sit mentio in Statutis ».

4° *Utrum Episcopi, qui ab Apostolica Sede facultatibus sunt muniti communicandi Indulgentias Sodalitatibus, quas in propriis Dioecesibus erexerunt, debeant sub poena nullitatis necessario uti formula a san. me. Clemente VIII approbata; an satis erit eas erigendi cum Diplomate cujuscumque formulae, episcopali signo obsignato, in quo, citato Apostolico Indulto, mentio quoque fiat tum de necessitate adscribendi Sodalium nomina in Sodalitatis album, tum de distantia servanda, prout Clemens VIII san. me. in sua Constitutione praescribit?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, sed conformari debent Litteris Apostolicis particularibus ab ipsis Ordinariis obtentis, et ubi in concessionibus enunciatur » *Servata Constitutione Clementis VIII* « hoc respicit conditiones in ipsa Constitutione enunciatas, quae sunt observandae, minime vero formulam, quae respicit Superiores Regulares in eorum Ordinis tantum Sodalitatibus erigendis ». Ita Sac. Congr. die 25 Januarii 1842.

(*Vide etiam* Decreta DXLII, DCXXXIX.)

DXXVI.

ANICIEN.

Episcopus Aniciensis efflagitat, ut tempore proximi Jubilaei, quem Sanctissimus, etc. Ecclesiae B. M. V. Aniciensi, occasione concursus festi Annunciationis cum feria sexta in Parasceve in perpetuum renovare dignatus est, una eademque Communione Christifidelibus hanc Plenariam Indulgentiam lucrari simul et Paschale Praeceptum adimplere possint. Haec postulatur gratia propter magnum qui praevidetur fidelium concursum, et forsan imparem Confessariorum copiam.

Sac. Congregatio, ad preces Aniciensis Episcopi

Digitized by Google

respondendum censuit « Standum responsis Episcopo Monasteriensi, die 19 Martii superiori anno datis pro Indulgentiis Papali Benedictioni adnexis, nempe « *Per Confessionem et Communionem die Paschatis Resurrectionis peractam, et Indulgentiam Plenariam Papali Benedictioni adnexam lucrari, et satis Praecepto Paschatis fieri* ». Ita Sac. Congr. in Monasteriensi die 19 Martii 1841. In Quebecen die 15 Decembris 1841, et die 25 Januarii 1842.

(*Vide etiam* Decreta DVIII, DLVI.)

DXXVII.

ANICIEN.

Idem Episcopus Indulgentiam Plenariam in forma Jubilaei pro Ecclesia Cathedrali suae Dioecesis a Benedicto XIII confirmatam, sub datum 6 Augusti 1841 *a Sede Apostolica extensam pro hoc anno ad duodecim dies a praecedenti feria quinta in Coena Domini incipiendos, et enumerandos obtinuit, quaerit nunc a Sac. Congr. utrum in enumeratione duodecim dierum comprehendatur integra feria quinta; aut pars tantum, nempe ab occasu solis feriae quintae?*

Sac. Congregatio respondit « Standum ad verbum concessionis, quae non exprimit talem Indulgentiam incipiendam esse ab occasu solis feriae quintae, sed potius ab integra feria, quae prima erit ex duodecim designatis diebus computanda ». Ita declaravit Sac. Congr. die 28 Januarii 1842.

DXXVIII.

ROTHOMAGEN.

Plures Sacerdotes Dioecesis Rothomagensis Sac. Congregationi dubia quaedam solvenda proponunt, ut infra.

1° *An benefaciant benedicendo Coronas ordinarias quinque decadum cum applicatione Indulgentiarum Divae Birgittae nuncupatarum?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, nisi Sacerdotes peculiares habeant facultates ab Apostolica Sede impetratas, quaeque in concessionibus exprimuntur per illa verba, aut similia « *ac etiam applicandi Indulgentias Sanctae Birgittae nuncupatas* » per ista enim verba, aut similia, non datur facultas benedicendi Coronas Birgittinas, (quae sex decadibus constant, totidemque orationibus dominicis, et Apostolicis Symbolis, atque in fine una alia Oratione Dominica, tribusque Salutationibus Angelicis) sed traditur potestas benedicendi Coronas communes (idest quinque, vel quindecim decadum) cum Indulgentiis quoque, quae propriae sunt Coronarum Divae Birgittae ». Ita Sac. Congr. in Atrebatensi 25 Septembris 1841, in Rothomagensi 24 Januarii 1842, et nunc 28 ejusdem mensis.

2° *An fideles illas Coronas sic benedictas recitando, revera Indulgentias Birgittinas lucrentur?*

Sac. Congregatio respondit « Satis responsum in primo ».

3° *An ad lucrandas istas Indulgentias meditandum sit in singulis decadibus super uno ex quindecim mysteriis laetis videlicet, dolorosis, et gloriosis?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, et juxta Decretum Sacrae Congregationis diei 12 Augusti 1726 ».

4° *An sufficiat ad hanc meditationem praemittere sequentes, aut similes formulas : in prima decade :* In hoc primo Mysterio laeto considerabimus, ut Angelus Gabriel nuntiavit B. M. Illam concepturam, et parituram Dominum Nostrum Jesum Christum : *in secunda decade :* in secundo Mysterio laeto considerabimus, ut B. V. audito suam cognatam Sanctam Elisabeth esse praegnantem, statim ad illam profecta est, et ad illam mansit tribus mensibus, *et sic in caeteris?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, et juxta Constitutionem sa. me. Benedicti XIII quae incipit « *Pretiosus* » sub die 26 Maii 1727. Animadvertendum autem est, quod pro personis idiotis, quibus nulla est capacitas talia mysteria meditandi, satis est Rosarium tantum *devote* recitare ».

5° *An, quando Sanctissimus, etc. concessit aliquam Indulgentiam ab omnibus fidelibus lucrandam, sua intentio sit, ut omnes fideles illam possint lucrari statim ut illis de concessione Sanctissimi constat, an necessarium sit antea ut Ordinarii Locorum hanc Indulgentiam recognoverint, ac in suis Dioecesibus respectivis promulgaverint?*

Sac. Congregatio respondit « Negative quoad primam partem ; Affirmative quoad secundam ».

Die 28 Januarii 1842.

(*Vide etiam* Decreta DVI, DLXVI, DXXIV.)

DXXIX.

GANDAVEN.

Cum Episcopus Gandavensis in Belgio Dubia sibi a Confessariis suae Dioecesis proposita solvere, et

Digitized by Google

praxim uniformem in eadem Dioecesi introducere cupiat, enixe a Sac. Congregatione quaerit :

1° *Utrum Benedictio in articulo mortis juxta formulam Benedicti XIV in Constitutione* « Pia Mater » *reiterari possit in eodem morbi statu?*

2° *Quatenus affirmative, an ea toties iterari possit quoties aegrotus in peccata saltem venialia relapsus ab eis absolvetur?*

Sac. Congregatio in una Veronen. die 24 Septembris 1838 responsum dedit cuidam Dubio illius Episcopi « *An scilicet Benedictio Apostolica pluries impertiri posset novo mortis periculo redeunte?* » et responsum fuit « *Negative, permanente infirmitate etsi diuturna; Affirmative vero si infirmus convaluerit, ac deinde quacumque de causa in novum mortis periculum redeat* ». Et ita Sac. Congr. respondit Episcopo Gandavensi.

Die 12 Februarii 1842.

DXXX.

METEN.

Cum in Ecclesia Cathedrali Metensi existat Sodalitas B. M. V. de Monte Carmelo, cui per Indultum Apostolicum anni 1822 assuetae Indulgentiae in perpetuum concessae sint, tamen Episcopus Metensis praefatarum Indulgentiarium prorogationem a Sac. Congr. exposcit, cum juxta plurimos Canonistas, Indulgentiae licet in perpetuum concessae, renovari debeant post viginti annos.

Sac. Congregatio respondit « Idem esse dicere in perpetuum, ac sine ullo temporis termino; praesertim cum ea sit Praxis Apostolicae Sedis in gratiis elargiendis absque ullo discrimine omni aevo observata ideoque non oportere gratias ab ipsa Apostolica Sede in perpetuum concessas, post viginti, et amplius annorum spatium renovare ». Ita Sac. Congr. die 14 Februarii 1842.

(*Vide etiam* Decretum CCIX.)

DXXXI.

INCERTI LOCI.

Proposito Dubio « An in designatione Altarium pro acquirendis Indulgentiis, nomine Ordinarii in privilegio intelligatur sola persona Episcopi, vel etiam Praelatus, qui gaudet ordinaria jurisdictione in suo Districtu? Sac. Congregatio respondit « Praelatus, qui jurisdictione gaudet, potest deputari ad designandum Altare pro acquirendis Indulgentiis, et nomine Ordinarii hoc in casu non solum intelligitur Episcopus, sed etiam Praelatus jurisdictione praeditus ». Ita declaravit Sac. Congr. die 7 Junii 1842.

DXXXII.

CAMERACEN.

Quaedam Sanctissimi Rosarii Sodalitas in Dioecesi Cameracensi dubium solvendum Sac. Congr. proponit, ut infra « Altare Sanctissimi Rosarii Privilegiatum putatur a jure pro Sacerdotibus Sodalibus; at vero in Ecclesia dictae Sodalitatis plura existunt Altaria, minime vero illud B. M. V. de Rosario dicatum; quid ergo sentiendum de tali privilegio in Ecclesia hujusmodi Altari carente?

Sac. Congregatio auditis Consultorum votis, respondit « Sodalitates canonice erectae privilegiis, et Indulgentiis gaudent illorum Ordinum Regularium, quorum fruuntur titulis juxta Constitutionem san. mem. Clementis VIII; ita Sacerdotes Sodalitati Sanctissimi Rosarii adscripti, gaudent privilegio Altaris eo modo quo presbyteri Ordinis Praedicatorum, qui in respectivis eorum Ecclesiis habent Privilegiatum Altare B. M. V. de Rosario dicatum; cum vero privilegium hoc sit tantum locale, minime vero personale, sequitur quod ea Ecclesia Sodalitatis Rosarii, ubi hoc Altare non reperitur, privilegio quoque Altaris omnino careat, nisi tamen in Decreto erectionis Sodalitatis hujusmodi facultas tradita sit Ordinario aliud Altare ad hunc finem designandi.

Die 7 Junii 1842.

DXXXIII.

CORISOPITEN.

Episcopus Dioecesis Corisopitensis Decreta seu Responsiones expostulat a Sac. Congr. ad sequentes proponendas quaestiones :

1° *Quando Episcopus, virtute Delegationis Apostolicae in Ecclesia Parochiali, seu Succursali erexit aliquam Sodalitatem, de Monte Carmelo, scilicet, Rosarii, etc. nec specialem Rectorem designavit, numquid praedictae Ecclesiae Pastor hoc ipso et absque alia designatione, institutae Sodalitatis Rector censetur, et haberi debet, ita ut in illam admittere valeat et suos, et aliorum Parochianos, completis formalitatibus aliunde praescriptis, speciatim benedicere, et imponere Scapularia?*

Digitized by Google

Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, respondit « Negative : excepto solummodo casu, quod in illa Ecclesia seu Paroecia nullus alius esset, qui possit destinari et tunc eo ipso quod Episcopus ibi erigit Sodalitatem, tacite videtur Rectorem designare Ecclesiae Pastorem non juro suo utendo, sed Sodalitatis necessitate Rectorem exigentis ».

2° *Impedito Pastore, numquid ejus Vicario competunt supraenumeratae facultates?*

Sac Congregatio respondit « Affirmative, dummodo Vicarius sit de Gremio Sodalitatis ».

3° *Hoc recepto : Ubi Pia Sodalitas alicubi erigitur, nominatim designandum esse istius Sodalitatis Rectorem ; potestne Episcopus declarare Rectoris munus ab Ecclesiae Pastore, quae Sodalitate donatur, in perpetuum fore obeundum, et Pastor pro tempore fruiturne virtute hujus declarationis facultatibus in prima, et secunda quaestione memoratis?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, nisi Episcopus speciales habeat facultates; nam generice loquendo, quotannis fieri debet Rectoris, aliorumque officialium Sodalitatis eclectio ». Ita declaravit Sac. Congreg.

Die 7 Junii 1842.

(*Vide etiam* Decreta DXXXVI, DCXC.)

DXXXIV.

BRIOCEN.

Vicarius Generalis Dioecesis Briocensis quaerit a Sacra Congregatione « An Sacerdos, qui obtinet facultatem benedicendi ac imponendi Scapularia, habeat eo ipso facultatem commutandi obligationes commutabiles Confratrum, quando opus est, scilicet cum recursus ad alterum sit impossibilis ut hoc commodo fideles non priventur?

Sac. Congregatio respondit « Negative : vigore enim obtentae facultatis benedicendi, ac imponendi Scapularia non sequitur quod Sacerdos ea quoque gaudeat potestate commutandi obligationes injunctas, nisi expresse enuncietur in Rescripto Concessionis pro benedictione, et impositione Scapularium ». Et rursus eadem Sacra Congregatio « Accidente gravi impedimento non teneri Confratres neque ad jejunia, neque ad recitationem Horarum Canonicarum, aut officii Parvi B. M. V.; neque ad abstinentiam diebus Mercurii, et Sabbati; consulendi tamen fideles ut hoc in casu se subjiciant judicio docti et prudentis confessarii pro aliqua commutatione impetranda. ». Ita declaravit Sacra Congreg.

Die 22 Junii 1842.

DXXXV.

CLAROMONTEN.

Ex parte cujusdam Parochi Dioecesis Claromontensis solutio quaeritur nonnullorum dubiorum, quae Sac. Congr. proponuntur :

1° *An quando Cruces quaedam, seu Imagines Stationum Viam Crucis repraesentantes ob reparationem, seu ornamentum Templi, vel ob quoddam aliud motivum legitimum sunt provisorie tantum translatae ad paucum, vel ad longum tempus, istud sacrum exercitium Viae Crucis amittat Indulgentias sibi adnexas?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

2° *An in casu amissionis Indulgentiarum ob translationem provisoriam quarumdam Imaginum, necessaria sit nova istarum, seu omnium Imaginum benedictio?*

3° *An supposita illa nova Imaginum benedictione requirantur denuo omnes Caeremoniae praescriptae sicut pro prima institutione Viae Crucis?*

Sac. Congregatio respondit « Ad secundum, et tertium jam responsum in primo ».

4° *An sex* Pater, Ave, *et* Gloria *requirantur ad lucrandas Indulgentias Viae Crucis, sive Stationes visitentur privatim, sive solemniter, et cum concursu?*

Sac. Congregatio respondit « Talem recitationem esse tantum pium usum, laudabilemque consuetudinem a fidelibus inchoatam, ut patet ex monitis Sacrae Congregationis jussu Clementis XII sub die 3 Aprilis 1731 editis ».

5° *An quaedam Stationes ex. gr. prima, decimaquarta, et quaedam aliae, si solae visitentur, habeat unaquaeque Indulgentiam Plenariam?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

6° *An omnes Christifideles ex adversa valetudine, vel ex justa aliqua causa praepediti quin valeant visitare Viam Crucis in Ecclesiis, possint Viae Crucis Indulgentias lucrari meditando de Passione Christi coram Tabulis lineari pictura expressis in libro ad hoc composito, prout fuit concessum a san. me. Pio VII in Brevi ad Venerabilem Archiepiscopum Burdigalensem transmisso sub die* 20 *Augusti anno* 1822?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, dummodo libellus quem in lucem prodiit clar. vir Petrus Bombelli ex speciali privilegio Pii VII sub die 10 Januarii 1804 ac Pii VIII sub die 23 Novembris 1830 habeat in calce Decretum hujusmodi Concessionis

Digitized by Google

subscriptum a Reverendissimo Patre Ministro Generali, seu Commissario Generali Ordinis Minor. Observ. S. Francisci » Sic declaravit Sac. Congreg.

Die 3 Augusti 1842.

(*Vide etiam* Decretum DXLI.)

DXXXVI.

AUXIEN.

Archiepiscopus Auxiensis Sac. Congr. Dubia ut infra solvenda proponit :

1° *Utrum Parochus, seu Moderator Confraternitatis cujuscumque, sive legitime impeditus, sive non, possit licite et valide sibi Vicarium, vel alium Presbyterum quemcumque approbatum subrogare ad recipiendum fideles Confraternitati adscribendos?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, nisi in commissione ei facta ab habente auctoritatem delegandi, expresse cautum sit, ut Vicarius, sive alius Presbyter subrogari possit ».

2° *Utrum Vicarius, vel alius Presbyter ita subrogatus pro una vice, vel ad tempus, possint habitus Confratrum, vel Sororum, nec non Coronas deprecatorias, seu Rosaria benedicere cum applicatione Indulgentiarum, non secus, ac ipsemet Parochus vel Moderator legitimus Confraternitatis?*

Sac. Congregatio respondit « Provisum in primo ».

3° *Utrum haec omnia absque ullo fidelium Confraternitati adscribendorum, seu adscriptorum detrimento fieri possint?*

Sac. Congregatio respondit « Negative : deficiente in Sacerdote adscribente, seu benedicente legitima auctoritate ». Ita Sacra Congr.

Die 22 Augusti 1842.

(*Vide etiam* Decreta DXXXIII, DCXC.)

DXXXVII.

ENGOLISMEN.

Vicarius Generalis Dioecesis Engolismensis implorat a Sacra Congregatione responsum ad dubia, scilicet :

1° *Utrum color coeruleus sit color necessarius in Scapulari Beatae et Immaculatae Mariae Virginis?*

2° *Utrum qui Scapularia Montis Carmeli, et Immaculatae Conceptionis accepit, utrumque gestare debeat?*

Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, ad praefata dubia respondit « Affirmative ».

Die 22 Augusti 1842.

DXXXVIII.

LEMOVICEN.

Episcopus Lemovicen. sequentium dubiorum solutionem a Sac. Congregatione expostulat ; nempe :

1° *An Confraternitates Sanctissimi Sacramenti, Ordinaria Auctoritate erectae, virtute Decreti Sac. Congregationis sub die 16 Februarii anni 1608 et Constitutionis Innocentii XI,* « Injuncti nobis » *anno 1678 sine ulla Aggregatione, vel nova Concessione fruantur gratiis omnibus, et Indulgentiis Archiconfraternitati, quae Romae est, concessis?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

2° *Quaenam formula adhiberi debeat in communicatione Indulgentiarum concessarum Archiconfraternitatibus Romae erectis, quam communicationem idem Episcopus diversis Confraternitatibus in sua Dioecesi erectis, vel erigendis elargitur, auctoritate sibi ab Apostolica Sede per diversa Rescripta delegata, servatis tamen servandis juxta Constitutionem Clementis VIII? « Num necesse sit singulas Indulgentias* nominatim *communicare, et hoc agere cum interventu duorum de Capitulo? » Utrum defectus Statutorum, vel Officialium in dictis Confraternitatibus, tum et si in his pia opera vel usus singulares adhibeantur non conformes illis quae in Archiconfraternitatibus Romae servantur, officiat id validae erectioni, vel Indulgentiarum communicationi?*

Sac. Congregatio respondit « Ad primam partem » nullam determinatam formulam praescriptam esse Episcopis Sodalitates erigentibus, sed tantum Ordinibus Regularibus juxta Clementis VIII Constitutionem, proindeque Decretum solummodo Episcopi erigentis satis erit ad canonicam erectionem. « Ad secundam partem » Negative. « Ad tertiam partem » Negative, dummodo opera exerceantur, quibus adnexae sunt Indulgentiae.

8° *Cum Paroeciae non distant invicem una leuca, si tamen sunt in separatis oppidis constitutae, poterunt erigi in ambabus Confraternitates eaedem?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, si agatur de Confraternitatibus Sanctissimi Corporis Christi, et de Doctrina Christiana, quae praeter

Digitized by Google

Indulgentias hujusmodi Sodalitatibus a Paulo V concessas, singulari quoque privilegio gaudent, juxta Sac. Congregationis Decreta, quod nempe in singulis quoque Paroeciis possint institui; Negative vero si agatur de Confraternitatibus in genere ».

4° *Confraternitates ab Episcopo auctoritate a S. Sede delegata erectae, fruuntur necne eadem bonorum operum, et orationum communione cum Archiconfraternitate, et iisdem privilegiis, et Indulgentiis ac illae, quae aggregatae ordinario more fuerunt?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative si agatur de Confraternitate SS. Corporis Christi; si vero de Doctrina Christiana, quoties in una Dioecesi aggregata est una istiusmodi Confraternitas, caeterae etiam erectae, aut erigendae, aggregatae censentur; Negative quoad alias Confraternitates in genere ». Ita declaravit Sac. Congr.

Die 22 Augusti 1842.

(*Vide etiam* Decreta DLI, XII, DXCIII.)

DXXXIX.

BITURICEN.

Superior Minoris Seminarii Bituricensis gaudet facultate imponendi sacrum Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo, ac adscribendi fideles, ea tamen conditione ut nomina eorum, qui huic Confraternitati sociantur, ad proximum Conventum ejusdem Ordinis mittantur, et nisi sit in Urbe Conventus ipsius Ordinis, cum in Urbe Bituricensi reperiatur Sodalitas Sororum Carmelitarum, quaerit 1° *An facultate concessa uti possit in Urbe Bituricensi, ubi adest Sodalitas Sororum Carmelitarum?* » 2° *An sufficiat, ut nomina eorum qui hanc Confraternitatem ingrediuntur, ad Sodalitatem Carmelitarum Sororum dictae Civitatis mittantur?* »

Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, tam ad primum, quam ad secundum dubium respondit « Affirmative ».

Die 22 Augusti 1842.

DXL.

VIRDUNEN.

In concedentis Indulgentiis a S. Sede saepius requiritur, ut pie visitetur Ecclesia Parochialis, seu Oratorium publicum : quaeritur ergo utrum ad implendam hujusmodi conditionem, publicum sit censendum Oratorium sive in Monasteriis, sive in Seminariis, aut aliis Conventibus, canonice dedicatum, cui tamen christiana plebs publice non solet accedere? » *In hypothesi, quod negative respondeatur, rogat Episcopus Virdunensis, ut quodcumque ut supra Oratorium in sua Dioecesi existens, aut extiturum, visitari deinceps valeat ad Indulgentias lucrandas.*

Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, rebusque mature perpensis, ad praefatum dubium respondit « Negative, ac propterea recurrat in casibus ». Ita Sac. Congreg. die 22 Augusti 1842.

DXLI.

INCERTI LOCI.

Nonnulli Sacerdotes supplicarunt Sac. Congregationem declarari 1° *An qui habet facultatem erigendi Viam Crucis, benedictione Tabularum, et Crucium prius facta, teneatur ipse Tabulas collocare, et Stationes percurrere, ut valida sit erectio?* » Respondetur « Negative ».

2° *An benedictione Tabularum, et Crucium facta a Sacerdote legitime delegato, alter quicumque Tabulas collocare possit privatim sine caeremoniis, et etiam in alio tempore?* » Respondetur « Affirmative ».

3° *An quando in priorum Tabularum locum, aliae substituuntur, nova requiratur facultas illas benedicendi, et Viam Crucis erigendi?* » Respondetur « Negative, dummodo substitutio non sit majoris partis Crucium ».

4° *An mutatio Tabularum, et Crucium de loco in locum in eadem Ecclesia secum importat annihilationem Indulgentiarum Viae Crucis adnexarum?* Respondetur « Negative quando sit in eadem Ecclesia ». Ita declaravit Sac. Congregatio die 22 Augusti 1842 praemittendo dictis responsionibus, quod in erectione Viae Crucis benedicendae tantum sint Cruces, minime vero Tabulae, seu Picturae ».

(*Vide etiam* Decretum DXXXV.)

DXLII.

CAENOMANEN.

In variis Galliarum Dioecesibus, et specialiter in Dioecesi Caenomanensi permultae existunt Confraternitates SS. Rosarii, B. M. V. de Monte Carmelo,

Digitized by Google

et SS. Cordis Jesu. Diversae illae Confraternitates ex speciali S. Sedis facultate ab Episcopis, cum brevi formula fuerint erectae : nomina Confratrum et Consororum in particularibus regestris inscribuntur, sed ad Directorem Archiconfraternitatis non mittuntur, nec administratores pro unaquaque Confraternitate eliguntur. Caenomanensis Episcopus omnes fidelium anxietates praecavere, aut sedare volens, expostulat a Sac. Congregatione :

1° *An aliqua determinata formula necessaria fuerit sub poena nullitatis?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, quia formula prescribitur tantum pro erectione Sodalitatum a Regularibus peragenda ».

2° *An necesse sit sub eadem poena ut administratores eligantur?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, quia administratorum electio erit tantum ad bonum Sodalitatum regimen, minime vero ad validitatem erectionis necessaria ».

3° *An Episcopus designare possit Directorem uniuscujusque Confraternitatis suae Dioecesis sive jam existentis, sive ab ipso ex speciali Apostolica facultate erectae?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

4° *An Director ab Episcopo sic designatus, eo ipso Rosaria cum applicatione Indulgentiarum, et Scapularia benedicere, ac imponere possit?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, nisi in hujusmodi concessionibus facta sit mentio de facultate Rectoris pro tempore tradenda pro Rosariorum, Coronarum, seu Scapularium benedictione ».

Die 18 Novembris 1842.

(*Vide etiam* Decreta DXXV, DCLXXXIX et DXLIII.)

DXLIII.

CAMERACEN.

Idem Dubium ut supra sub num. 4° proposuit Vicarius Generalis Cameracensis; eademque responsio a Sac. Congregatione data fuit sub eadem die 18 Novembris 1842.

DXLIV.

BRIOCEN.

Vicarius Generalis Episcopi Briocensis implorat a Sac. Congr. solutionem dubiorum, de quibus infra.

1° *Qui obtinuit facultatem benedicendi Cruces, sacra Numismata, et Coronas precatorias cum applicatione Indulgentiarum, potestne ea facultate legitime uti coram publico, verbi gratia, in Ecclesia, vel Oratorio coram fidelibus inibi congregatis, et res benedicendas manu tenentibus, si in Indulto facultatis sit clausula* « Privatim? »

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

2° *Quando in Indulto existit clausula* « In forma Ecclesiae consueta » *sufficitne signum Crucis manu efformare super res benedicendas absque pronuntiatione verborum formulae Benedictionis, et sine aspersione aquae benedictae?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

3° *Si necessaria est formula verborum, utrum sufficiat quaecumque formula modo ab Ordinario approbata, an necessario adhibenda sit formula Ritualis Romani?* »

Sac. Congregatio respondit « Responsum in secundo ».

4° *Quando in Indulto facultatis non existit clausula* « In forma Ecclesiae consueta, » *sufficitne efformare manu signum Crucis super objecta benedicenda?*

Sac. Congregatio respondit pariter « Responsum in secundo ». Ita declaravit Sac. Congreg. die 7 Januarii 1843.

(*Vide* Decretum D.)

DXLV.

RUTHENEN.

Superior Seminarii S. Petri Civitatis Ruthenensis expostulat a Sac. Congr. an Indultum Apostolicum quod specificat quasdam Indulgentias cuidam Sodalitati concessas, excludat alias Indulgentias non specificatas in praefato Indulto, quarum tamen mentionem faciunt nonnulli Auctores de Indulgentiis pertractantes?

Sac. Congregatio respondit « Standum esse verbis Indulti, ex quo, si nulla sit expressa conditio, verbi gratia, « *dummodo nulla alia Indulgentia reperiatur concessa, aut similia, etc.* » eruitur firmas remanere singulas Indulgentias etiam praecedenti tempore elargitas, de quibus mentio quoque apud Auctores de Indulgentiis pertractantes. » Ita Sac. Congreg. declaravit die 30 Januarii 1843.

Digitized by Google

DXLVI.

TORNACEN.

Pro parte J. Desquesnes Sacerdotis, et Canonici Honorarii Ecclesiae Cathedralis Tornacensis exponitur Sac. Congr., quod Confratres..... supplicem libellum obtulerint Summo Pontifici Pio VII san. me. qui per Rescriptum diei 18 *Augusti* 1818 *dignatus est declarare Altare Privilegiatum, etc.* nulla facta mentione qualitatis Altaris, quod in supplici libello declaratum fuerat Portatile : *Quidam inde sentiunt mentionem portatilitatis requiri tum in supplici libello, tum in Rescripto; alii vero sufficere si in alterutro; quaeritur an requiratur dicta mentio in utroque?*

Sac. Congregatio censuit declarari « Constare de privilegio etiamsi mentio de Altaris portatilitate in supplici tantum libello sit expressa, minime vero in concessionis Rescripto ».

Die 31 Januarii 1843.

(*Vide etiam* Decretum DXXI.)

DXLVII.

CARNOTEN.

Moniales Carmelitae Urbis Carnotensis quaerunt a Sacra Congregatione utrum haec clausula facultati imponendi sac. Scapularia nonnumquam apposita, scilicet « Praesentibus valituris iis in locis, in quibus non adest Sacerdos Carmelita, aut Sodalitas ejusdem Ordinis canonice erecta » *utrum, inquam, haec clausula obstet ne Sacerdotes praefata facultate gaudentes, sacra Scapularia in ipsamet Urbe Carnotensi, et in locis tribus milliaribus ab ea non distantibus valide imponant?*

Sac. Congregatio respondit « Non obstare ».

Die 3 Martii 1843.

DXLVIII.

NANCEJEN.

Episcopus Nacejensis exponit, quod anno 1835 *Altare Majus Ecclesiae Parochialis de Bening Privilegiatum in perpetuum declaratum fuit : cum vero idem Altare marmoreum hodie constructum sit, supponitur quod privilegium peremptum sit, supplicatur hinc pro opportuna declaratione?*

Sac. Congregatio respondit « Dummodo Altare sit iterum sub eodem titulo constructum, non amisisse Privilegium ab Apostolica Sede concessum ».

Die 24 Aprilis 1843.

DXLIX.

SANCTI FLORI.

Episcopus Sancti Flori exponit Sac. Congr. virtute Brevis Apostolici sibi concessi designasse in plurimis Dioecesis suae Parochialibus Ecclesiis privilegiatum ad Septennium unum Altare; Altare autem sic designatum erat portatile, *et hujus qualitatis non est facta mentio in litteris designationis; quaerit hinc Episcopus Orator :*

1° *Utrum virtute Brevis Apostolici praefati potuerit declarare privilegiata Altaria portatilia?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

2° *Utrum ad validitatem concessionis debuerit exprimere in litteris concessionis qualitatem portatilis non memoratam in libello supplici a Parochis directo?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

3° *Utrum possit defectum hunc si subest, sanare?*

Sac. Congregatio respondit « Supplicet Episcopus Orator pro opportuna sanatione ».

Die 24 Aprilis 1843.

DL.

CARNOTEN.

Moniales Carmelitae in Urbe Carnotensi a Sac. Congregatione quaerunt.

1° *Utrum duo Cappellani, qui ipsis simul assignarentur, simul gauderent facultate Sac. Scapulare imponendi?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, nisi expresse facultas utrique fuerit impertita ».

2° *Utrum, absentibus Cappellanis, quilibet Sacerdos, qui locum eorum suppleret, Sacrum Scapulare imponere possit?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

Die 24 Aprilis 1843.

DLI.

PINEROLIEN.

Episcopus Pineroliensis cupiens in sua Dioecesi Sodalitatem erigere sub titulo Immaculati Cordis

Digitized by Google

Mariae pro conversione peccatorum cum omnibus Indulgentiis, quibus virtute Brevis diei 24 Aprilis 1838 *ditata fuit ipsa Archisodalitas in Ecclesia B. M. V. de Victoriis Urbis Parisiensis, prae manibus habuit illius Archisodalitatis Statuta sub die* 16 *Decembris* 1836 *ab Archiepiscopo Parisiensi approbata; sed cum ad trutinam revocarentur omnia, atque perpenderentur hujus Pinerolien-sis Dioecesis circumstantiae, in quibus praedicta Statuta haud possent in integrum observari, dubium exortum fuit, num omnes horum Parisiensium Statutorum articuli necessarii, et essentiales essent ad lucrandas Indulgentias; hinc quaerit a Sacra Congregatione :*

1° *Omnesne et singuli articuli Parisiensium Statutorum sunt necessarii, et essentiales ad constituendam in suo esse hanc societatem pro lucrandis Indulgentiis eidem concessis?*

2° *Si non omnes, et singuli, quinam sunt ita essentiales, ut nullo modo variari possint?*

3° *Facultasne facta fuit per citatum Apostolicum Breve Praeposito Ecclesiae B. M. V. de Victoriis determinandi Statuta, quae sic determinata sufficiant ad Indulgentias lucrandas?*

Sac. Congregatio respondit quoad primum « Negative, et dummodo Sodalitas canonice erigatur, Sodalesque adimpleant Opera pro acquirendis Indulgentiis ab Apostolica Sede praescripta, varietas partialis, seu generalis Statutorum (quae ab Ordinariis respectivorum locorum pro diversitate temporum, et circumstantiarum erunt constituenda) non obest acquisitioni Indulgentiarum, ex eo quod Statuta sunt potius ad regimen, et ad rectam Sodalitatis administrationem data, minime vero tamquam injuncta opera ad Indulgentias lucrifaciendas; quod si tamen nonnulli Statutorum articuli aliqua peragenda opera Sodalibus proponant, quae ex Pontificia concessione ditata sint Indulgentiis, ipsi tamquam essentiales habendi sunt, ut nullo modo variari possint, ne tali spirituali emolumento Sodales sint fraudati.

Quoad secundum, et tertium « Responsum in primo ». Ita declaravit Sac. Congregat. die 12 Maji 1843.

(*Vide etiam* Decretum DXXXVIII.)

DLII.

GRATIANOPOLITANA.

Episcopus Gratianopolitanus licentiam obtinuit erigendi in sua Dioecesi plures Sodalitates, pium quoque Viae Crucis exercitium, nec non declarandi unum Altare privilegiatum in Ecclesiis parochialibus, ac denique Parochos deputandi pro impertienda Indulgentia Plenaria in Mortis Articulo : quaerit a Sac. Congregatione utrum duo Vicarii Generales (Titulares) ejusdem Episcopi, qui cum ipso unam personam moralem efficiunt, saltem quoad jurisdictionem ordinariam, uti fatentur omnes, gaudeant facultatibus praedictis, scilicet Sodalitates erigendi, instituendi Viam Crucis, Altaria declarandi, etc.?

Sac. Congregatio respondit « Indulta, seu facultates, de quibus in proposito Dubio, etsi non cedant in propriam Episcopi utilitatem, sed in gratiam Dioecesanorum, non sunt tamen de ordinaria sua potestate ad rectam necessariamque animarum sibi commissarum administrationem ordinata, ita ut, eo absente, vel morbo laborante, sive nimiis occupationibus impedito, vices pro eo alius gerat tamquam ab ipso legitime delegatus; sed cum sint potius favores, quos idem Episcopus ab Apostolica Sede personaliter impetraverit, tunc ab Episcopo tantum erunt fidelibus sibi creditis distribuendi, nisi in precibus Apostolicae Sedi delatis eos expostulasset iis verbis, aut similibus, nempe sive per se, vel per suos Vicarios Generales erigendi, communicandi, etc. » Ita Sac. Congreg. die 24 Maji 1843.

DLIII.

AUXIEN.

In Brevi Apostolico diei 28 *Aprilis* 1840 *a Sede Apostolica concesso Archiepiscopo Auxiensi pro facultate decorandi Altaria privilegio Apostolico in gratiam animarum defunctorum haec leguntur* « Revocatis in eis (Ecclesiis Parochialibus, et Collegiatis) Privilegiatis Altaribus intuitu Paroeciae, sive in perpetuum, sive ad tempus jam concessis, tibi, ut semel per teipsum in qualibet ex Parochialibus, et Collegiatis Ecclesiis hujusmodi unum dumtaxat Altare ad septemnium proximum designare valeas, etc. » *Unde quaeritur :*

1° *Utrum vi verborum* Revocatis in eis, etc. *omnia omnino Altaria privilegiata in quibuslibet Ecclesiis, privilegio sive perpetuo, sive ad tempus excidant, et sic privata privilegio remaneant usque dum Archiepicopus praefatus denuo Altaria priri-*

Digitized by Google

legio Apostolico decorare, et designare virtute Brevis praecitati designatus fuerit?

Sac. Congregatio respondit ad primum « Negative ».

2° *An vero utrum vi eorumdem verborum* Revocatis in eis, etc. *priora Altaria Privilegiata cessent in eis tantum Ecclesiis in quibus praefatus Archiepiscopus denuo decoratum privilegio Altare designaverit virtute ejusdem Brevis praecitati?*

Sac. Congregatio respondit ad secundum « Affirmative circa ea tamen Altaria, quae intuitu Paroeciae privilegio decorata sunt ».

3° *Utrum Altaria Privilegiata semper gaudeant privilegio antea concesso, quamdiu Archiepiscopus non fuerit usus facultate denuo decorandi hujusmodi Altaria privilegio Apostolico?*

Sac. Congregatio respondit ad tertium « Affirmative ». Ita die 24 Maji 1843.

DLIV.

MONIALIUM *vulgo* OSPEDALIERE.

Beatissimo Padre.

La Superiora e Monache Ospedaliere delle tre case di Roma presso il Laterano, S. Giacomo in Augusta, e S. Gallicano espongono umilmente alla Santità Vostra che essendo il loro Istituto sprovisto del tesoro delle S. Indulgenze, e per l' assistenza che prestano alle inferme essendo impedite di potersi recare ne' luoghi ove si trovano concesse, supplicano umilmente Vostra Santità che si degni concedere tanto ad esse, quanto alle Novizie e Probande col visitare l' interna Cappella delle respettive case alcune Indulgenze Plenariae, premessa la Confessione e Communione, e preghiera secondo la mente di Vostra Santità, ed alcune Indulgenze Parziali, previa la contrizione del cuore. Le Indulgenze poi che implorano sono le seguenti:

Indulgenza Plenaria nel giorno della loro vestizione.

Plenaria nel giorno della loro professione.

Plenaria nel dì in cui o in publico, o in privato fanno la rinnovazione dei voti.

Plenaria ai 16 Maggio per la festa di Maria Santissima della Misericordia speciale protettrice del loro Istituto.

Plenaria una volta al mese nel giorno in cui ciascuna fa il ritiro spirituale.

Plenaria nella festa di S. Vincenzo de Paolis.

Plenaria nella festa di S. Camillo de Lellis.

Plenaria nella festa di S. Giovanni di Dio.

Plenaria nella festa del S. Cuore di Gesù.

Plenaria nella festa e sei Domeniche di S. Luigi Gonzaga.

Plenaria e Parziali nel giorno delle Stazioni descritte nel Messale Romano.

Plenaria in articulo mortis.

E finalmente Parziale di sessanta giorni per ogni opera pia, non che l' Indulgenza del Perdono d'Assisi.

MONIALIUM, VULGO HOSPITALARIARUM.

Beatissime Pater.

Superiorissa et Moniales hospitalariae trium domuum Urbis Romae, apud Lateranum, S. Jacobi in Augusta et S. Gallicani, Sanctitati Vestrae humiliter exponunt earum institutum de thesauro S. Indulgentiarum provisum non esse; sese autem assistentia quam infirmis praestant impediri quominus se conferant ad locum ubi illae concessae sunt; quapropter humiliter supplicantur Sanctitatem Vestram ut dignetur concedere tam ipsis, quam Novitiis et probandis aliquas indulgentias plenarias pro visitatione sacelli interioris suarum respective domuum, praemissa confessione et communione, et orando secundum intentionem Sanctitatis Vestrae; necnon aliquas Indulgentias partiales, praevia contritione ex corde. Indulgentiae autem quas petunt sunt sequentes.

Indulgentia plenaria in die earum vestitionis.

Plenaria in die earum professionis.

Plenaria in die qua sive publice sive privatim faciunt renovationem votorum.

Plaria pro die 16 Maji, festo B. M. V. de misericordia, specialis protectricis sui instituti.

Plenaria semel in mense pro die qua quaelibet facit exercitia spiritualia.

Plenaria in festo S. Vincentii a Paulo.

Plenaria in festo S. Camilli de Lellis.

Plenaria in festo S. Joannis de Deo.

Plenaria in festo SSmi Cordis Jesu.

Plenaria in festo et in sex Dominicis S. Aloysii Gonzaga.

Plenaria et partiales in die stationum, quae notantur in Missali Romano.

Plenaria in articulo mortis.

Tandem partialis sexaginta dierum pro quocumque opere pio, necnon Indulgentiam vulgo dictam remissionis de Assisio.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI attentis expositis, supradictis Monialibus, caeterisque tantum de quibus in precibus, benigne, concessit Indulgentias Plenarias et Partiales, prout in ipsis precibus enunciatas; servatis tamen singulis conditionibus, ut supra memoratis. Praesenti in

Digitized by Google

perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secret. Sac. Congregationis Indulgentiarum die 21 Junii 1843.

G. Card. Ferretti Praef.
H. Ginnasi Secret.

DLV.

CONGREGATIONIS PRETIOSISSIMI SANGUINIS.

Beatissimo Padre.

I Missionarj della Congregazione del Preziosissimo Sangue per dilatare maggiormente la devozione al prezzo inestimabile di nostra salute supplicano la Santità Vostra della grazia, che ogni fedele cristiano possa godere le S. Indulgenze annesse alla Coroncina del Preziosissimo Sangue, recitando i trentatre Pater Noster, *riflettendo ai Misterj, che in essa si propongono a considerare. Supplicano inoltre, che le persone idiote incapaci di tal considerazione possano godere le medesime Indulgenze con la sola recita dei trentatre* Pater Noster, *come benignamente acccordò per il S. Rosario Benedetto XIII, e dichiarò nella Constituzione,* Pretiosus § 4.

Beatissime Pater.

Missionarii congregationis pretiosissimi sanguinis ad magis dilatandam devotionem erga pretium inaestimabile nostrae salutis, supplices petunt a Sanctitate Vestra gratiam ut omnis fidelis christianus possit lucrari Indulgentias annexas brevi coronae pretiosissimi sanguinis, recitando triginta tria *Pater noster* et reflectendo ad mysteria quae in illa consideranda proponuntur. Petunt insuper ut personae rudiores talis considerationis incapaces possint lucrari easdem indulgentias sola recitatione triginta trium *Pater noster*, ut benigne concessit pro S. Rosario Benedictus XIII, et declaravit in constitutione *Pretiosus*, § 4.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI benigne annuit in omnibus juxta petita, et ad formam Constitutionis, sa. me. Benedicti XIII, quae incipit « *Pretiosus* » circa Rosarii recitationem. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 5 Julii 1843.

G. Card. Ferretti Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Substitutus.

CORONA BREVE DEL PREZIOSISSIMO SANGUE.

℣. *Deus in adjutorium meum intende.*
℟. *Domine ad adjuvandum, etc. Gloria Patri, etc.*

1° *Mistero-Gesù versò sange nella Circoncisione.*

Cinque Pater, un Gloria. Te ergo quaesumus tuis famulis subveni quos pretioso sanguine redemisti.

2° *Mistero-Gesù versò sangue nell' Orazione all' Orto.*

Cinque Pater, etc.

3° *Mistero-Gesù versò sangue nella Flagellazione.*

Cinque Pater, etc.

4° *Mistero-Gesù versò sangue nella Coronazione di Spine.*

Cinque Pater, etc.

5° *Mistero-Gesù versò sangue nel portare la Croce.*

Cinque Pater, etc.

6° *Mistero-Gesù versò sangue nella Crocefissione.*

Cinque Pater, etc.

7° *Mistero-Gesù versò sangue ed acqua nella lanciata.*

Cinque Pater, etc.

ORAZIONE.

O sangue preziosissimo di vita eterna mercede e riscatto di tutto l' Universo, bevanda e lavacro delle anime nostre, che proteggete continuamente la causa degli uomini presso il trono della suprema misericordia. Ah! profondamente io vi adoro e vorrei per quanto mi è possibile compensarvi delle ingiurie e degli strapazzi che voi ricevete di continuo dalle umane creature e specialmente da quelle che ardiscono temerariamente di bestemmiarvi. E chi non benedirà questo sangue d' infinito valore? chi non si sentirà infiammata d' affetto verso Gesù che lo sparse? chi sarei io se ricomprato non fossi da questo sangue divino? Chi vi ha cavato dalle vene del mio Signore fino all' ultima stilla? Ah! questo è stato certamente l'amore. Oh amore immenso che ci hai donato questo balsamo salutevolissimo! Oh balsamo inestimabile scaturito dalla sorgente di un' amore immenso. Fà deh! fà che tutti i cuori tutte le lingue ti possano lodare, encomiare e ringraziare adesso e per sempre e fino al giorno dell' eternità. Amen.

BREVIS CORONA PRETIOSISSIMI SANGUINIS.

℣. Deus in adjutorium.
℟. Domine ad, etc. Gloria, etc.

Digitized by Google

1m Mysterium. Jesus fudit sanguinem in circumcisione. Quinque *Pater*, unum *Gloria*. Te ergo quaesumus tuis famulis subveni quos pretioso sanguine redemisti.

2m Mysterium. Jesus fudit sanguinem in oratione in horto. Quinque *Pater*, etc.

3m Mysterium. Jesus fudit sanguinem in flagellatione. Quinque *Pater*, etc.

4m Mysterium. Jesus fudit sanguinem dum spinea ipsi corona imponebatur. Quinque *Pater*, etc.

5m Mysterium. Jesus fudit sanguinem dum portabat crucem. Quinque *Pater*, etc.

6m Mysterium. Jesus fudit sanguinem dum crucifigebatur. Quinque *Pater*, etc.

7m Mysterium. Jesus fudit aquam et sanguinem dum lancea latus ejus perfodebatur. Quinque *Pater*, etc.

ORATIO.

O pretiosissime sanguis vitae aeternae, merces et lytrum totius mundi, potus et lavacrum animarum nostrarum, qui continuo defendis causam hominum ante thronum supremae misericordiae. Ah te profunde adoro, et vellem, in quantum mihi possibile est compensationem tibi rependere pro injuriis et contumeliis quae continuo recipis a creaturis humanis, praecipue ab iis quae ausu temerario te blasphemant. Et quis non benedicet istum infiniti valoris sanguinem? Quis se non sentiet inflammatum amore erga Jesum qui illum effudit? Quid essem ego ni divino isto sanguine forem redemptus? Quis te de venis Domini mei expressit usque ad ultimam guttam? Ah! procul dubio hoc fecit amor. O amor immense qui dedisti nobis salutare hoc balsamum! O balsamum inaestimabile scaturiens de fonte amoris immensi. Fac, Ah fac, ut omnes linguae, omnia corda possint te laudare, extollere, et benedicere nunc et semper et usque ad diem aeternitatis. Amen.

℣. *Redemisti nos Domine in sanguine tuo.*
℟. *Et fecisti nos Deo nostro regnum.*

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus qui Unigenitum filium tuum Mundi Redemptorem constituisti, ac ejus sanguine placari voluisti : concede nobis quaesumus, salutis nostrae praetium ita venerari, atque a praesentis vitae malis ejus virtute defendi in terris, ut fructu perpetuo laetemur in coelis. Qui tecum, etc. Amen.

DLVI.

VICARIATUS APOSTOLICI LIMBURGENSIS.

In Parochia Beatae Mariae Virginis in Civitate Mosae Trajectensi Vicariatus Apostolici Limburgensis in Neerlandia existit Indulgentia Plenaria omnibus diebus Hebdomadae Paschatis cum magno populi concursu, Parochus dictae Ecclesiae a Sacra Congregatione quaerit an necne una eademque Communio Eucharistica sufficere queat pro adimplemento Praecepti Paschalis, et simul pro lucranda Indulgentia Plenaria, quae Communionem requirit?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, et ad formam Decreti diei 19 Martii 1841 ; et communicetur Decretum ».

Die 9 Augusti 1843.

(*Vide etiam* Decreta DVIII, DXXVI.)

DLVII.

LEODIEN.

I. V. Houben Sacerdos Begginagii Hasseletensis Dioecesis Leodiensis petit a Sac. Congr. solutionem dubiorum, de quibus infra.

1° *An cesset Indulgentia Sanctissimi Rosarii, vel aliae Indulgentiae si nova aedificetur Ecclesia fere in loco, ubi vetus existebat?*

Sac. Congregatio respondit « Negative, dummodo sub eodem titulo aedificetur ».

2° *An cesset Indulgentia si nova Ecclesia aedificetur in Coemeterio, non in loco veteris Ecclesiae?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

3° *An cesset Indulgentia si nova Ecclesia aedificetur in alio loco, et non in Coemeterio veteris Ecclesiae?*

Sac. Congregatio respondit « Ut in secundo » die 9 Augusti 1843.

DLVIII.

LEODIEN.

Item ex praefata Leodiensi Dioecesi petitur declarari : An Indulgentia seu Privilegium Altaris a S. Sede concessum sit lapidi consecrato, plerumque portatili in quacumque Ecclesia, et cuicumque Altari fixo imposito, an vero determinato Altari fixo, quod proinde alio consecrato lapide imposito, privilegium minime amitteret?

Sac. Congregatio respondit « Negative quoad primam partem » Affirmative quoad secundam : videlicet Privilegium de quo supra, datum est Altari determinato, et in honorem alicujus Sancti specialiter dicato, ita ut Privilegium ipsum Altari fixo exclusive inhaereat, nec ad aliud Altare etsi fixum, transferendum ».

Die 27 Septembris 1843.

Digitized by Google

DLIX.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI, ETC.

Undecimae Editionis Romanae.

Coelestis Indulgentiarum thesauri dispensatio magni semper fuit in Ecclesia momenti, *ut Christi-fidelium devotio augeretur, fides splendesceret, spes vigeret, et charitas vehementer incalesceret.* Sacris proinde Indulgentiis varias pluresque Orationes, ac pia Opera Summi Romani Pontifices ditare omni tempore studuerunt, sed aliquando, immo saepe evenire solet, ut Indulgentiae ipsae, *quarum usus Christiano populo maxime est salutaris* non acquirantur, vel quia earum concessiones non dignoscuntur, vel quia ad eas acquirendas, quae indiscriminatim in nonnullis opusculis, aut impressis foliis reperiuntur, nec singulae, nec integrae praescriptae conditiones declarantur. Quamobrem opportunum ac necessarium jamdudum videbatur, ut quamplurimae Orationes, nec non pia opera, praecipue illa, quibus ex generalibus concessionibus Summorum Pontificum Indulgentiae sunt adnexae ex suis germanis fontibus fideliter hausta, atque ordine digesta, et simul collecta in vulgus ederentur. Id quod erat in votis, superioribus annis perfecit alter ex iis, qui a Consultis sont praeelecti hujus Sac. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae. Praedictas enim Orationes, ac pia opera in unum Volunem accurate sed non levi labore redegit injunctas conditiones pro ipsis Indulgentiis assequendis singillatim exposuit, typisque pluries hac in Urbe evulgavit.

Cum vero idem auctor undecimam hujusmodi collectionis romanam editionem ab eo ipso revisam et auctam ex typographia Perego-Salvioniana excussam anno millesimo octingentesimo quadragesimo primo annuente ipsa Sac. Congregatione edidit, eadem Sac. Congregatio non solum praelaudatum opus omnibus Christifidelibus vivis atque defunctis maxime perutile fore probavit, et uti authenticum recognovit, verum etiam monuit, quod si in quacumque ejusdem operis editione, seu versione cujuscumque idiomatis tam intra quam extra Urbem jam exarata vel in posterum exaranda dubium aliquod subinde emerserit, sive quoad Indulgentiarum concessiones, sive quoad praescriptas conditiones adimplendas, ad praedictam editionem romanam in ipsius Sac. Congregationis Secretaria asservatam recursus habeatur.

Firmis autem manentibus praescriptionibus enunciatis cum ex Mariniana Typographia idem opus nunc iterum in lucem profertur, Ipsa Sac. Congregatio non modo authenticum recognoscit et probat, sed etiam ut ab omnibus recognitum et probatum habeatur praesens Decretum typis pariter tum italo cum latino idiomate impressum ad calcem praefatae operis editionis apponi mandat et decernit.

Datum Romae ex ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum Secretaria die 13 Novembris 1843.

GABRIEL CARD. FERRETTI PRAEF.
A. Archipr. Prinzivalli Substitutus.

(*Vide* Decreta CDXL, CDLVI, CDLXIV, CDLXVII, DXIX, DCVII, DCXLV.)

DLX.

BAJOCEN.

Episcopus Bajocensis, qui pro sua Dioecesi obtinuit Indultum vi cujus Christifideles hujusce Dioecesis, qui infra unam, vel duas hebdomadas Sacramentalem Confessionem peragere solent, lucrari possunt Plenarias Indulgentias in qualibet Ecclesia, seu publico Oratorio ejusmodi intervallo elargitas, etiam absque Sacramentali Confessione, quaerit utrum agatur de Indulgentiis localibus tantum, aut de Indulgentiis Plenariis quibuscumque?

Sac. Congregatio respondit « Intelligendum esse de omnibus et singulis Indulgentiis tam localibus, quam personalibus, pro quibus acquirendis Sacramentalis Confessio tamquam injuncta conditio requiritur ». Ita declaratum est a Sac. Congr.

Die 4 Decembris 1843.

DLXI.

APPAMIEN.

Episcopus Appamiensis quaerit a Sac. Congr. utrum in erectione Stationum Viae Crucis necessarium omnino sit redigere quod appellatur Proces Verbal *intra spatium viginti quatuor horarum?*

Sac. Congregatio respondit « Non esse determinatum tempus ad documentum erectionis conficiendum ; sed ratio per se patet, ut quamcitius hoc fiat

Digitized by Google

ne dubium in posterum oriatur circa praedictam canonicam erectionem ». Ita Sac. Congr. die 10 Februarii 1844.

(*Vide etiam* Decreta CDLXX, DXVIII.)

DLXII.

APPAMIEN.

N. Bovin Parochus in Dioecesi Appamiensi gaudet facultate benedicendi, ac imponendi fidelibus Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo; postulat ut a Sac. Congr. declaretur utrum intra limites suae Paroeciae facultate illa uti possit, an per totam Dioecesim Appamiensem?

Sac. Congregatio respondit « Ex allato concessionis, seu traditae facultatis documento evidenter eruitur, Oratorem non modo intra limites suae Paroeciae eadem facultate uti posse, sed ubique locorum; ipsa enim concessio excipit tantum loca, in quibus adest Sacerdos aliquis Carmelita, aut Sodalitas illius Ordinis canonice erecta ». Ita declaravit Sac. Congr. die 10 Maii 1844.

DLXIII.

MECHLINIEN.

Professor Publicus Ordinarius Sac. Canonum in Academia Catholica Lovaniensi Dioecesis Mechliniensis ad Sac. Congr. recurrit ut decisionem sequentium dubiorum de Indulgentiis obtinere possit.

1° *An Christifideles, secundum Canonem* Omnes utriusque sexus Sacramentum Eucharistiae suscipientes tempore Paschali *possint per hanc Sacram Communionem lucrari Indulgentiam Plenariam, ad quam lucrandam inter caetera praescribitur S. Communio; ea praesertim de causa de hac re dubitat Orator, quod a san. me. Benedicto PP. XIV in litteris Encyclicis* « Inter praeteritos, etc. » *videtur definitum, unam Communionem pro Indulgentia in forma Jubilaei concessa, et pro Paschali etiam praecepto sufficere non posse?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, dummodo Indulgentia lucrifacienda, non sit in forma Jubilaei, pro qua tantum requiritur peculiaris Confessio, atque Communio; satis enim declaratum est a Sanctissimo Domino Nostro Gregorio PP. XVI per Decretum Sacrae hujus Congregationis in una Monasterien. sub die 19 Martii anni 1841 ».

2° *An Sacerdos, qui Missam celebrat ex. gr. pro defuncto, eidemque applicat Indulgentiam Plenariam Altaris Privilegiati, potest eodem die vi S. Communionis in Missae Sacrificio peractae lucrari aliam Indulgentiam Plenariam vel sibi, vel defunctis applicabilem, si ad hanc lucrandam praescribitur Sacra Communio?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

3° *An Sacerdos in honorem B. M. V. Missam celebrans pro accepta eleemosyna, potest per Sac. Communionem in Missae Sacrificio peractam lucrari Indulgentiam vel sibi, vel defunctis applicandam, si ad hanc lucrandam praescribitur Sac. Communio?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative » die 10 Maii 1844 ».

DLXIV.

ROTHOMAGEN.

Curatus Parochialis Ecclesiae de Saint-Ouen *nuncupat. Civitatis Rothomagensis petit a Sac. Congr. potestatem permutandi quoad locum Viae Crucis Stationes in propria Ecclesia existentes, eisque substituendi alias Stationes seu Tabellas absque ulla peculiari caeremonia, ita tamen ut hae postremae iisdem fruantur Indulgentiis?*

Sac. Congregatio respondit « Ex pluribus hujus Sac. Congr. Decretis colligitur minime necessariam esse facultatem commutandi Stationes, seu Cruces quoad locum, dummodo agatur de eadem Ecclesia, minimeque facultate indigere substituendi Stationes, seu Tabellas, dummodo tamen Cruces *omnes* superpositae, vel *in majori numero* perseverent; secus vero nova erectio, novaque benedictio omnino requiritur, impetrata tamen ab Apostolica Sede potestate ».

Die 20 Augusti 1844.

DLXV.

URBIS.

Ad Sacram hanc Indulgentiarum Congregationem delata fuerunt infrascripta dubia solvenda.

1° *An Superiores Generales Ordinis Carmelitarum concedere possint facultatem Sacerdotibus vel Saecularibus, vel Regularibus (non Carmelitis) ac-*

Digitized by Google

cipiendi fideles in Confraternitatem Beatissimae Mariae Virginis de Monte Carmelo nuncupatam iis in locis, in quibus adsunt Conventus Carmelitarum, sive aliqua Confraternitas ejusdem B. M. V. de Monte Carmelo jam canonice erecta?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ».

2° *An a Sacerdotibus vel Saecularibus, vel Regularibus facultatem habentibus exercendi munera Confraternitatis, permutari valeant obligationes, quae per Summos Pontifices praescriptae sunt ad consequendas Indulgentias, et Privilegia Ordinis Carmelitarum assequenda, in alia Religionis opera arbitrio, et prudentia illius, qui facultatem habet adscribendi fideles eidem Confraternitati?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

3° *An rata sit fidelium adscriptio Confraternitati supra dictae, quae fit a Sacerdotibus quidem facultatem habentibus, non servata tamen forma in Rituali, et Breviario Ordinis Carmelitarum adscripta?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, dummodo Sacerdotes facultatem habentes, non deficiant in substantialibus, nempe in Benedictione, et impositione Habitus ac in receptione ad Confraternitatem ». Ita declaravit Sac. Congr. die 24 Augusti 1844.

DLXVI.

ROTHOMAGEN.

Archiepiscopus Rothomagensis ex responsis Sacrae Congregationis diei 28 *Januarii* 1842 *iterum quaerit.*

1° *Utrum Indulgentiae locales, id est, quae cuidam loco verb. gr. Ecclesiae, Altari affiguntur, nullae sint, et nullius valoris ita ut frustra conarentur fideles illas lucrari, quamdiu eas non publicari permisit illius loci Episcopus?*

Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, respondit « Negative quoad nullitatem Indulgentiarum, expectanda tamen erit publicatio Ordinarii, postquam illas recognoverit, ut sciant fideles an sint Indulgentiae Plenariae, vel Partiales, et quae conditiones sint adsignatae ad illas acquirendas; et hic sensus est responsionis datae sub die 28 Januarii 1842 in una pariter *Rothomagen.* pro Indulgentiis localibus, minime vero generalibus, seu personalibus, ut infra dicetur. ».

2° *Utrum Indulgentiae, privilegia, et facultates personales, idest quae alicui personae privatae conceduntur, verb. gr. Indulgentia alicui concessa pro articulo mortis; Indultum personale Altaris Privilegiati; facultas benedicendi Coronam B. M. V. cum applicatione Indulgentiarum sint pariter nullae, et nullius valoris, quamdiu Episcopus loci illa non recognovit, et executioni mandari non permisit?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

3° *Utrum Indulgentiae, quas Summi Pontifices omnibus totius Orbis fidelibus concessere in Bullis, seu Rescriptis jam publicatis, et ab auctoribus probatissimis citatis, sint nullae, et nullius valoris, ita ut illas fideles lucrari non valeant, nisi antea ab Ordinariis locorum in suis respectivis Dioecesibus promulgatae fuerint?*

Sac. Congregatio respondit « Negative ».

4° *Utrum supposita illius promulgationis necessitate Episcopus quicumque possit illas Indulgentias, de quibus in* 3° *Dubio agitur, promulgare in sua Dioecesi, modo eas reperiet relatas apud Auctores fide dignos, verb. gr. apud* Ferraris, *vel in* La Raccolta, etc.?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative ex supra expositis, et in casu, de quo in dicto dubio ». Ita declarandum putavit Sac. Congr. die 31 Augusti 1844.

(*Vide etiam* Decreta DVI et DXXVIII.)

DLXVII.

QUEBECEN.

Archiepiscopus Quebecensis Sacrae Congregationi quaestiones solvendas proposuit, ut infra.

1° *Cum virtute Rescripti* 11 *Decembris* 1842 *concessa fuerit ipsi Oratori facultas declarandi privilegiata Altaria Ecclesiarum, quamvis tota mensa consecrata non sit, quaerit an duo Altaria possint declarari privilegiata in eadem Ecclesia, enixeque supplicat ut privilegium applicandi Indulgentiam sic concessam extendatur ad omnes, et singulos Sacerdotes in iisdem Altaribus sacrum peragentibus quocumque die per annum, Dominicis tantum, et festis primae, et secundae classis exceptis, ita tamen ut idem privilegium valeat etiam si Missa festi occurrentis, et non Missa de requiem celebretur?*

Sac. Congregatio respondit « Posse Ordinarium virtute Rescripti in eadem Ecclesia secundum Altare Privilegiatum declarare, si unum jam ab Apo-

Digitized by Google

stolica Sede tali privilegio fuerit decoratum, dummodo tamen in enunciato Rescripto nulla adsit conditio restrictiva; itemque ad omnes et singulos Sacerdotes in iisdem Sacrum peragentes, et ad quoscumque dies extensum habetur Privilegium, quando Altaria declarantur Privilegiata *Quotidiana;* minime exceptis Dominicis, ac solemnioribus festis, ex Decreto Sacrae hujus Congregationis sub die 20 Julii 1751 quod confirmavit san. me. Clemens XIV die 7 Martii 1771 declarando « *Constare de privilegio ad formam Resolutionis Sac. Congregationis Indulgentiarum* ».

2° *Supplicat insuper Orator, ut Sac. Congr. dignetur declarare utrum Cruces et Imagines pro pio Exercitio Viae Crucis benedictae amoveri possint e loco, ubi primum collocatae fuerint, pro earum meliori dispositione, vel separatione, vel pro Ecclesiae, aut Cappellae decoratione, quin cessent Indulgentiae pro iisdem concessae; et utrum si quando eaedem Cruces, vel Imagines destructae, vel vitiatae fuerint, aliae substitui possint de concessione Episcopi singulatim benedictae absque cessatione Indulgentiarum?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative quoad primam partem » quoad secundam vero possunt substitui aliae Cruces (quae ex ligno tantum esse debent, et in quibus tantum cadit Benedictio, minime vero in Tabulis pictis, seu Imaginibus) absque Indulgentiarum cessatione, quatenus destructae, seu vitiatae sint minor pars, secus vero necessario requiritur nova canonica erectio, et benedictio ». Ita declaravit Sac. Congr. die 14 Junii 1845.

DLXVIII.

CLERICORUM REGULARIUM THEATINORUM.

Beatissimo Padre.

Il Preposito Generale dei CC. RR. Teatini umilmente espone che dal suo Ordine è stato di immemorabile tempo promosso e propagato in varie parti la divozione del digiuno perpetuo ad onore dell' Immacolata Concezione di Maria Vergine. Or a maggiormente promuovere e compensare una tale divozione implora la grazia che coloro che sono aggregati, e nel giorno che faranno il digiuno confessandosi e communicandosi, e visitando la Chiesa dei PP. Teatini o qualunque altra della Vergine Santissima possano una volta l' anno conseguire l' Indulgenza Plenaria.

Beatissime Pater.

Praepositus generalis clericorum regularium Theatinorum humiliter exponit ab immemorabili tempore a suo ordine variis in regionibus propagatam fuisse devotionem jejunii perpetui in honorem immaculatae conceptionis B. M. V. Nunc ut magis propagetur et diffundatur ista devotio implorat gratiam ut ii qui sunt adscripti, in die in qua servabunt jejunium, confitendo, sacramque Communionem sumendo, et visitando ecclesiam PP. Theatinorum, aut quamcumque aliam Beatissimae Virgini sacram, possint semel in anno lucrari indulgentiam plenariam.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI attentis expositis, omnibus ubique locorum Christifidelibus Plenariam Indulgentiam semel in anno acquirendam ea videlicet cujuslibet anni die, quae ipsis fuerit pro Jejunio, prout in precibus, assignata, si vere (minime vero sub ejusdem Jejunii conditione) poenitentes, confessi, sacraque Communione refecti aliquam Ecclesiam Clericorum Regularium Theatinorum, vel quodcumque B. M. V. Altare, in Ecclesiis seu publicis Oratoriis erectum visitaverint, juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie orando, peramanter est impertitus. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congr. Indulgentiarum die 10 Septembris 1845.

G. CARD. FERRETTI PRAEF.
A. Archipr. Prinzivalli Substitutus.

DLXIX.

VERSALIEN.

Quidam Sacerdotes apud Episcopum Versaliensem debite delegati ad recipiendos fideles in Confraternitatem Carmeli, et ad benedicendum habitum hujusce Confraternitatis, non habent potestatem inscribendi nomina receptorum in Registro Sodalitatis, nec mittunt eorum nomina ad Monasteria Religiosorum S. Carmeli, quaerunt utrum ejusmodi fideles sic recepti Indulgentias dictae Confraternitati a S. Sede concessas lucrari possint?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, quatenus Sacerdotes debite delegati sint ad recipiendos fideles in Sodalitatem; monendi tamen sunt praefati Sacerdotes, ut nomina Receptorum in album ipsius Sodalitatis vicinioris, sive Monasterii Religiosorum respective adscribere non omittant, ne in eorum obitu suffragiis priventur ».

Die 17 Septembris 1845.

Digitized by Google

DLXX.

NANNETEN.

Episcopus Nannetensis quaerit :

1° *An Indulgentiae subsistant cum Cruces a vetusta Tabula ad novam transferuntur (loco affixionis ad parietem non immutato) ita ut superflua sit nova erectio Viae Crucis?*

2° *An subsisterent Indulgentiae si Cruces cum Tabulis in unum corpus non coalescerent, sed totaliter ab illis sejungerentur, ita ut nec minime tangerentur cum vetustis Tabulis, et Imaginibus novae substituuntur?*

Sac. Congregatio ad praefata dubia respondit « Affirmative ».

Die 15 Novembris 1845.

DLXXI.

SYRACUSANA.

Archiepiscopus Syracusanus supplicat Sacr. Congr. declarari utrum vi dispositionum Capitis « Cum ex eo » 14 de Poeniten. et Remiss. *quae concedunt Archiepiscopis, et Episcopis facultatem quadraginta dierum occasione sacrar. functionum, quae ipsis praesentibus, vel absentibus peraguntur, possint quoque adnectere Indulgentiam quadraginta dier. aliquibus Imaginibus, seu Statuis ab ipsis designandis, lucrandam a visitantibus, seu recitantibus ante eas nonnullas praescribendas orationes?*

Sac. Congregatio respondit « Affirmative, servatis tamen Apostolicis ordinationibus, circa fragilitatem objectorum, quibus non sunt adnectendae Indulgentiae ».

Ita Sac. Congregat. die 24 Januarii 1846.

DLXXII.

INCERTI LOCI.

Quidam Sacerdos Hispanus in Gallia degens quaerit an cessent Indulgentiae Viae Crucis, si una dumtaxat Crux affixa sit in suo loco a laico?

Sac. Congregatio respondit « Negative, dummodo Cruces benedictae sint ab uno ex fratribus Ordinis Min. Observ. ad hoc deputato, vel ab alio saeculari Presbytero facultatem habente ».

Ita declaravit Sac. Congr. die 20 Martii 1846.

(*Vide* Decretum DLXXIII.)

DLXXIII.

INCERTI LOCI.

Idem postulat an facultatus ad benedicendum Stationes Viae Crucis teneatur post Crucis, seu Imaginis benedictionem per se respectivis locis illas affigere; vel saltem ex Cathedra exponere populo mysterium considerandum, si alius sive Sacerdos, sive laicus imaginum efficiat confictionem?

Sac. Congregatio respondit « Non teneri : satis enim declaratum est ab hac. Sac. Congr de mandato Clementis XII san. me. sub die 3 Aprilis 1731 circa modum erigendi praefatas Viae Crucis Stationes ». Et ita declarat Sac. Congr.

Die 20 Martii 1846.

DLXXIV.

MECHLINIEN.

Professor Publicus Ordinarius Sac. Canonum in Academia Catholica Lovaniensi Dioecesis Mechliniensis ex responsionibus hujus Sac. Congregationis sub die 15 Decembris 1841 ad dubia ab ipso Oratore proposita, iterum quaerit :

1° *Quid intellexit Sac. Congr. per verba* « Altare Fixum seu Locale? »

2° *Quid per vocem* « Altare Portatile? »

Sac. Congregatio respondit ad primum « Intellexisse *Altare fixum* quidem quod a loco dimoveri non possit, sed non tamen cujus superior pars, sive mensa sit ex integro lapide vel adeo calce conjuncta, ut lapis consecratus amoveri non possit; secus enim diruto Altari quod privilegiatum concessum erat ob alicujus Sancti Imaginem, post novam constructionem, novo indigeret privilegio ».

Item ad secundum « Intellixisse Altare, ut dicitur *Viaticum*, quod constat tantum ex unico lapide integro tantae magnitudinis, ut Calicis pedem cum Patena saltem quoad majorem partem capere possit, vel quod de uno in alium locum transfertur ». Ita Sac. Congr. die 20 Martii 1846.

DLXXV.

CONGREGATIONIS CLERIC. REGUL. THEATINORUM.

Beatissimo Padre.

Quei funesti casi di morte già si rari divenuti ogni si frequenti e giornalieri nel mentre deggiono a ca-

Digitized by Google

gione far palpitare ciascuno nella sua sorte, non possono non attristare i cuori cristiani eziandio sull' altrui disavventura. Il benignissimo Iddio però ha fornito ai fedeli un mezzo efficacissimo a campar dagli accidenti improvisi, o almeno a non mancare in quel terribile istante di conforti della Religione nell' intercessione potente del glorioso S. Andrea Avellino. A fine sempre più infervorare i fedeli nella devozione di questo gran santo, gloria e splendore della Congregazione de' Chierici Regolari, il Preposito Generale della stessa Congregazione prostrato ai piedi di V. B. umilmente implora, che per tutte le Chiese del suo ordine l' Altare del santo sia in perpetuo privilegiato, non ostante che vi abbiano nella detta Chiesa, sia per generale o speciale grazia altri Altari privilegiati. L' esempio di altre Chiese che godono più Altari privilegiati sebbene non vi abbia quella frequenza di Messe e di culto che si ha nelle Chiese dell' Ordine Teatino, la maggior gloria del Santo, il miglior bene, che ne ritrarranno i fedeli sono ragioni che ispirano fiducia grandissima al supplicante di ottenere dalla pietà di V. B. la grazia che implora.

Beatissime Pater.

Dum funesti illi repentinae mortis casus, quondam tam rari, nunc autem tam frequentes et quotidiani, debent, ubi accidunt, unumquemque timore pro sorte sua replere, simul non possunt christiana corda non contristare pro alterius infortunio. Benignissimus tamen Deus in potenti gloriosi S. Andreae Avellini intercessione subministravit fidelibus medium efficacissimum vitandi casus improvisos aut saltem non carendi in tremendo illo momento Religionis solatio. Ad excitandos semper magis fideles ad devotionem erga magnum illum Sanctum, qui gloria et splendor est congregationis clericorum regularium, praepositus generalis ejusdem congregationis ad pedes Beatitudinis Vestrae prostratus humiliter implorat ut in omnibus ecclesiis sui ordinis altare illius Sancti sit in perpetuum privilegiatum nonobstante quod in ecclesia praedicta sive per generalem sive per specialem gratiam habeantur alia altaria privilegiata. Exemplum aliarum ecclesiarum, quae gaudent pluribus altaribus privilegiatis quamvis in iis tanta non habeatur missarum et cultus frequentia, quanta habetur in ecclesiis ordinis Theatinorum; major gloria illius Sancti; majus bonum quod inde reportaturi sunt fideles, sunt totidem rationes quae supplicanti magnam inspirant fiduciam obtinendi a pietate Beatitudinis Vestrae gratiam quam implorat.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX in singulis Ecclesiis Congregationis Clericorum Regul. Theatinorum declaravit privilegiatum Altare S. Andreae Avellino dicatum pro quatuor tantum feriis in qualibet hebdomada a P. Praeposito Generali actuali semel designandis, non obstantibus aliis privilegiis.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 17 Augusti 1846.

G. CARD. FERRETTI PRAEF.
J. Gallo Secret.

DLXXVI.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces Piae cujusdam Unionis sub invocatione Passionis Domini Nostri Jesu Christi, ac ejusdem Sanctissimi Cordis Urbis erectae Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX benigne inclinatus omnes et singulas Indulgentias hucusque a Praedecessoribus suis concessas pro recitatione precum (*vulgo Dolori ed Allegrezze di S. Giuseppe* (1)), clementer extendit ad easdem breviores preces in ipsius S. Patriarchae honorem pro infirmis tantummodo Christifidelibus, ut facilius ab ipsis recitari possint, servatis tamen singulis conditionibus servandis, prout in concessionibus diei 9 Decembris 1819 ac diei 22 Januarii 1836. Praesenti in pertuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Septembris 1846.

G. CARD. FERRETTI PRAEF.
J. Gallo Secret.

DOLORI ED ALLEGREZZE DI S. GIUSEPPE

Deus in adjutorium meum intende.
Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri, etc.

1° *Vi compatisco purissimo sposo di Maria caro S. Giuseppe pel dolore che vi afflisse quando steste perplesso di abbandonare la vostra illibatissima sposa, ma ne foste subito consolato dall' angelo che vi svelò il mistero dell' incarnazione: ne lodo e benedico la Santissima Trinità supplicandovi ad ottenermi una santa vita ed una santa morte.* Gloria, etc. *Giuseppe all' agonia mi assisti con Gesù, con Maria.*

2° *Vi compatisco castissimo S. Giuseppe pel dolore che aveste nel vedere nascere con tanta povertà il Bambino Gesù, ma mi consola la vostra allegrezza nell' udire le melodie angeliche e nel vedere lo splendore di quella beata notte: ne lodo e benedico la Santissima Trinità e vi supplico di*

(1) Vulgo dolores et gaudia S. Joseph.

Digitized by Google

ottenermi che dopo di aver patito in questa terra per amor di Gesù Cristo venga a regnare con Voi in cielo. Gloria, etc. *Giuseppe, etc.*

3° *Vi compatisco amabile S. Giuseppe pel dolore che sentiste nella Circoncisione di Gesù e nel vedergli spargere per la prima volta il suo preziosissimo sangue in prova dell' infinito amor suo, ne foste però ricolmato di allegrezza nel sentirlo chiamare col nome di Gesù : ne lodo e benedico la Santissima Trinità supplicandovi ad ottenermi di morire col nome di Gesù sulle labra unitamente a quello di Maria e vostro.* Gloria, etc. *Giuseppe, etc.*

4° *Vi compatisco o gran Patriarca S. Giuseppe pel dolore che vi trafisse nella profezia di Simeone di ciò che Gesù e Maria erano per patire; ma ne foste ricolmato di allegrezza per la salute predetta di tante anime : ne lodo e benedico la Santissima Trinità, e vi prego ad ottenermi di perseverare nel bene fino alla morte.* Gloria, etc. *Giuseppe, etc.*

5° *Vi compatisco custode fedele di Gesù rassegnatissimo S. Giuseppe pel dolore provato allorchè doveste fuggire in Egitto, mi consola però l'allegrezza che senti il vostro cuore nel vedere gl' Idoli Egiziani cadere in terra : ne lodo e benedico la Santissima Trinità, e vi prego ad ottenermi la rassegnazione ai divini voleri e il distacco dai beni di questa vita.* Gloria, etc. *Giuseppe, etc.*

6° *Vi compatisco Angelo della terra caro S. Giuseppe pel dolore che agitò il vostro cuore nel ritornare dall' Egitto pel timore d' Archelao, assicurato però dall' Angelo con Gesù e Maria ritornaste in Nazaret pieno di allegrezza : ne lodo e benedico la Santissima Trinità, e vi prego ad ottenermi pace di coscienza in vita ed in particolare in punto di morte.* Gloria, etc. *Giuseppe, etc.*

7° *Vi compatisco esemplare di ogni santità glorioso Patriarca S. Giuseppe pel dolore che trapassò l' anima vostra quando smarriste Gesù, ma grande fu la vostra allegrezza ritrovandolo dopo tre giorni nel tempio : ne lodo e benedico la Santissima Trinità, e vi supplico ad ottenermi piuttosto la morte che perdere la grazia di Dio : ma se per la mia miseria la perdessi, fate che subito la ritrovi mediante una buona e santa confessione per quindi godere con voi in cielo.* Gloria, etc. *Giuseppe, etc.*

ORAZIONE.

M' inchino profondamente al vostro gran merito o purissimo Sposo di Maria Vergine e Madre di Dio, ammiro la vostra sublime santità. Voi o S. Giuseppe siete un candidissimo giglio. Voi il custode di quel Signore che venuto dal Cielo in terra s' è degnato farsi uomo, ed essere mio Redentore. Mi rallegro che tanto aggraziato voi siate e tanto favorito dalla Santissima Trinità. Vi amo teneramente, mi offerisco a voi ed a voi mi raccomando. Siate voi mio avvocato appresso la regina degli Angeli vostra Immacolata sposa, impetratemi dal suo divin Figliuolo il perdono dei peccati, visitatemi nel punto della morte mia e guidatemi a godere la beata gloria del Paradiso. Amen.

DOLORES ET GAUDIA S. JOSEPH.

Deus in adjutorium, etc.

1° Compatior tibi purissime sponse B. V. Mariae, S. Joseph pro dolore qui te contristavit quando anxius eras de relinquenda illibatissima tua sponsa ; sed subito consolationem accepisti ab angelo, qui revelavit tibi mysterium incarnationis : laudo et benedico pro eo Sanctissimam Trinitatem, orans te ut impetres mihi sanctam vitam et sanctam mortem. *Gloria*, etc. Sancte Joseph in mea agonia assiste mihi cum Jesu et Maria.

2° Compatior tibi castissime Joseph pro dolore quem expertus es videns sanctum puerum Jesum nasci in tanta paupertate ; sed consolatur me gaudium tuum dum audiebas concentus angelorum et videbas splendorem beatae illius noctis : laudo et benedico pro eo Sanctissimam Trinitatem ; obtine mihi, quaeso te, ut postquam in hac terra pro amore Jesu passus fuerim, tecum reguem in coelo. *Gloria*, etc. S. Joseph, etc.

3° Compatior tibi, amabilis S. Joseph, pro dolore quem sensisti in circumcisione Jesu, videns ipsum prima vice fundentem pretiosissimum suum sanguinem in ostensionem infiniti sui amoris : sed gaudio repletus fuisti audiens ipsi imponi nomen Jesu : laudo et benedico pro eo Sanctissimam Trinitatem, rogans te ut obtineas mihi ut nomen Jesu simul cum nomine Mariae et tuo in ore habens moriar. *Gloria*, etc. S. Joseph, etc.

4° Compatior tibi, o magne patriarche S. Joseph, pro dolore qui te transfixit dum Simeon praedicebat quid Jesu et Mariae patiendum foret : sed gaudio repletus fuisti pro praenuntiata salute tot animarum : laudo et benedico de eo Sanctissimam Trinitatem, et rogo te ut impetres mihi perseverantiam in bono usque ad mortem. *Gloria*, etc. S. Joseph, etc.

5° Compatior tibi fidelis custos Jesu, patientissime S. Joseph pro dolore quem subiisti tunc quando in AEgyptum fugiendum tibi fuit ; sed consolatur me gaudium quod implebat cor tuum quando videbas idola AEgyptiaca in terram cadentia ; laudo et benedico pro eo Sanctissimam Trinitatem, et rogo te ut impetres mihi conformitatem cum divina voluntate, et indifferentiam circa bona hujus vitae. *Gloria*, etc. S. Joseph, etc.

6° Compatior tibi Angele terrene, care S. Joseph pro dolore qui exagitavit cor tuum in reditu ex AEgypto propter timorem Archelaï ; confortatus tamen ab angelo cum Jesu et Maria gaudio plenus reversus es in Nazareth : laudo et benedico pro eo Sanctissimam Trinitatem et rogo te ut obtineas mihi tranquillitatem conscientiae in vita et praecipue in hora mortis. *Gloria*, etc. S. Joseph, etc.

Digitized by Google

7° Compatior tibi exemplar omnis sanctitatis, gloriose patriarcha S. Joseph pro dolore qui transfixit animam tuam quando amiseras Jesum; sed magnum fuit gaudium tuum quando post triduum invenisti eum in templo; laudo et benedico pro eo Sanctissimam Trinitatem, et rogo te ut impetres mihi ut potius moriar quam perdam gratiam Dei : sed si infeliciter illam perderem fac ut statim illam recuperem mediante bona et sancta confessione, ut deinde tecum gaudeam in coelo. *Pater*, etc. S. Joseph, etc.

ORATIO.

Ante magna tua merita profunde me inclino, o purissime sponse Virginis et matris Dei Mariae; miror sublimen tuam sanctitatem. Tu o S. Joseph es candidissimum lilium : Tu es custos illius Domini, qui de coelo veniens in terram dignatus est fieri homo et esse redemptor meus. Gaudeo quod tot gratias et favores receperis a Sanctissima Trinitate. Tenere te amo, offero et commendo me tibi. Tu sis advocatus meus apud Angelorum Reginam, Immaculatam Sponsam tuam : impetra mihi a divino ejus filio remissionem peccatorum : visita me in hora mortis meae, et perduc me ad gaudium beatae gloriae in paradiso. Amen.

℣. *Ora pro nobis S. Joseph.*
℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS.

Deus qui ineffabili providentia Beatum Joseph, etc.

(*Vide quoque* Decreta CCLXXII, DXCI.)

DLXXVII.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces P. Praepositi Generalis Societatis Jesu Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito sequentem Orationem latino vel italico idiomate, dummodo versio sit fidelis, devote recitaverint, Indulgentiam tercentum dierum pro qualibet vice acquirendam peramanter est impertitus. Iis vero Christifidelibus, qui praefatam Orationem semel singulis saltem diebus cujuslibet mensis recitare pro more habuerint Indulgentiam Plenariam unica dumtaxat vice in quolibet mense lucrifaciendam, die nempe uniuscujusque arbitrio eligenda; in qua vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, clementer est elargitus. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 23 Septembris 1846.

GABRIEL CARD. FERRETTI PRAEF.
J. Gallo Secret.

ORATIO.

Ave augustissima Regina Pacis, Sanctissima Mater Dei, per Sacratissimum cor Jesu Filii tui Principis Pacis, fac ut quiescat ira ipsius et regnet super nos in pace. Memorare o piissima Virgo Maria non esse auditum a saeculo quemquam tua petentem suffragia esse derelictum. Ego tali animatus confidentia ad te venio. Noli Mater Verbi, verba mea despicere, sed audi propitia et exaudi o clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

DLXXVIII.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces P. Peruzzo ex Ordine Minorum Conventualium S. Francisci, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX benigne inclinatus omnibus utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito Jaculatoriam « *Gesù mio misericordia* » devote pronuntiantibus Indulgentiam centum dierum pro singulis vicibus animabus quoque in Purgatorio detentis applicabilem tam a Leone XII quam a Gregorio XVI fel. rec. vivae vocis oraculo concessam, non modo confirmavit, verum etiam perpetuis futuris temporibus valituram esse voluit, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Septembris 1846.

GABRIEL CARD. FERRETTI PRAEF.
J. Gallo Secret.

DLXXIX.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces Patris Laurentii Mariae a S. Francisco Xaverio Consultoris Provincialis Congregationis Passionis Domini Nostri Jesu Christi, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX benigne inclinatus omnibus utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito Novendialem in honorem Sanctissimi Pueri Jesu ante diem vigesimam quintam

Digitized by Google

cujuslibet mensis devote sive publice, sive privatim peragentibus, dummodo in qualibet ex praefatis diebus quinque orationes (*vulgo Offerte*) quarum initium *Padre Eterno* et cum versiculo *Verbum caro, etc.* et alia Oratione *Deus, cujus Unigenitus, etc.* devote recitaverint, Indulgentiam unius anni, fidelibus quoque defunctis applicabilem ac in perpetuum duraturam peramanter est impertitus absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregat. Indulg. die 23 Septembris 1846.

G. Card. Ferretti Praef.
J. Gallo Secret.

1ª Offerta-*Padre Eterno, io offerisco o vostro onore e gloria e per la mia salute e di tutto il mondo il mistero della nascita del nostro Divin Redentore.* Gloria Patri, etc.

2ª Offerta-*Padre Eterno, io offerisco a vostro onore e gloria e per la mia eterna salute i patimenti della Santissima Vergine e di S. Giuseppe, in quel lungo e faticoso viaggio di Nazaret in Betlemme, e l' angoscia del loro cuore per non trovar luogo da mettersi al coperto, allorchè era per nascere il Salvatore del Mondo.* Gloria, etc.

3ª Offerta-*Padre Eterno, io offerisco a vostro onore e gloria e per la mia eterna salute il presepio dove nacque Gesù Cristo, il duro fieno che gli servì di letto, il freddo che egli soffrì, le fascie che lo strinsero, le lagrime che sparse, ed i suoi teneri vagiti.* Gloria, etc.

4ª Offerta-*Padre Eterno, io offerisco a vostro onore e gloria e per la mia eterna salute il dolore che sentì il Divino infante Gesù nel suo tenero corpicciuolo, allorchè si assoggettò al duro taglio della Circoncisione, vi offerisco quel sangue prezioso che allora egli sparse la prima volta per la salvezza di tutto il genere umano.* Gloria, etc.

5ª Offerta-*Padre Eterno io offerisco a vostro onore e gloria e per la mia eterna salute, l' umiltà, la mortificazione, la pazienza, la carità la virtù tutte di Gesù bambino e vi ringrazio, amo e benedico infinitamente per questo ineffabile mistero dell' incarnazione del Divin Verbo.* Gloria, etc.

1ª Oblatio. Pater aeterne, pro tuo honore et gloria, et pro mea totiusque mundi salute offero mysterium nativitatis Divini nostri Redemptoris. *Gloria Patri*, etc.

2ª Obl. Pater aeterne, pro tuo honore et gloria et pro mea aeterna salute offero dolores Sanctissimae Virginis et S. Josephi in longo ac molesto illo itinere de Nazareth in Bethlehem, eorumque cordis angustiam dum non inveniebant refugium quando nasciturus erat Salvator mundi. *Gloria Patri*, etc.

3ª Obl. Pater aeterne, pro tuo honore et gloria et pro mea aeterna salute offero praesepe in quo natus est Jesus Christus, durum foenum quod illi fuit pro lecto, frigus quod passus est, pannos quibus fuit involutus, lacrymas quas fudit tenerosque ejus vagitus. *Gloria*, etc.

4ª Obl. Pater aeterne, pro tuo honore et gloria et pro mea aeterna salute offero dolorem quem sensit divinus infans Jesus in tenero suo corpusculo, quando dolorissimae circumcisionis sectioni se subjecit : offero tibi sanguinem illum pretiosissimum, quem tunc primum fudit pro salute totius generis humani. *Gloria*, etc.

5ª Obl. Pater aeterne, pro tuo honore et gloria et pro mea aeterna salute offero humilitatem, mortificationem, patientiam, caritatem, omnesque virtutes infantis Jesu : gratias tibi ago, amo et benedico te sine fine pro ineffabili hoc mysterio incarnationis Verbi divini. *Gloria*, etc.

℣. *Verbum caro factum est.*
℟. *Et habitavit in nobis.*

OREMUS.

Deus cujus Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit, praesta, quaesumus, ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur. Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

DLXXX.

URBIS ET ORBIS.

Ut in fideles erga Beatissimam, semperque Virginem Mariam devotio magis, ac magis incrementum suscipiat, Eminentissimus, et Reverendissimus Cardinalis Ludovicus Jacobus Mauritius de Bonald Archiepiscopus Lugdunensis, nomine quoque quamplurium Sacerdotum, atque utriusque sexus Christifidelium praefatae suae Archidioecesis, Sanctissimo Domino Nostro Pio IX Pontifici Maximo preces instanter porrexit, ut omnibus recitantibus Orationem *Memorare, etc.* nonnullas Indulgentias tam Plenarias quam Partiales elargiri dignaretur. Sanctitas Sua sub die 25 Julii labentis anni 1846 per Sacrae hujus Indulgentiarum Congregationis Decretum clementer indulsit pro enunciata Dioecesi, nec non pro toto Galliae Regno, ut omnes utriusque sexus Christifideles, corde saltem contrito, Orationem, ut supra, quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, devote recitantes, Indulgentiam tercentum dierum pro qualibet vice lucrari possint, et valeant; ac insuper ipsis Christifidelibus praefatam Orationem semel singulis saltem cujuslibet mensis diebus recitare pro more

Digitized by Google

habentibus, Indulgentiam Plenariam unica dumtaxat vice in quolibet mense lucrifaciendam, die nempe uniuscujusque arbitrio eligenda, in qua vere poenitentes, et confessi, sacraque Synaxi refecti, aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, pari benignitate concessit. Porrectis tandem ad Sacram hanc Congregationem humillimis votis a quampluribus Ecclesiasticis viris, nobilibusque civibus in hac alma Urbe degentibus pro extensione ad caeteros Christifideles superioris Decreti, factaque de his omnibus per me infrascriptum Secretarium eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua praedictas Indulgentias ad universos Catholici Orbis Christifideles cum iisdem conditionibus ex Apostolica Auctoritate extendit, et in perpetuum confirmavit absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Sec. ejusdem S. Congregationis Indulgentiarum die 11 Decembris 1846.

G. Card. Ferretti Praef.
J. Gallo Secret.

ORATIO

DIVI BERNARDI DOCTORIS AD BEATISSIMAM DEIPARAM VIRGINEM.

Memorare, o Piissima Virgo Maria, non esse auditum a saeculo, quemquam, ad tua currentem praesidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia, esse derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad te, Virgo Virginum, Mater, curro, ad te venio, coram te gemens peccator assisto; noli Mater Verbi verba mea despicere, sed audi propitia, et exaudi. Amen.

DLXXXI.

URBIS ET ORBIS.

Ut devotissima Oratio « *Obsecro te dulcissime Jesu, etc.* » quae in recentioribus Tabellis reperitur inter preces pro opportunitate Sacerdotis ante, vel post Missam recitandas, quaeque apocryphum Indulgentiarum concessionem habet adnexam, non sine spirituali Sacerdotum celebrantium certo emolumento recitetur, plures Romani Cleri Sacerdotes per hanc Sacram Congregationem Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositam Sanctissimo Domino Nostro Pio IX Pontifici Maximo enixis precibus supplicarunt, ut aliquam Indulgentiam, praefatam Orationem post peractum Missae Sacrificium recitantibus elargiri dignaretur. Quare Sanctitas Sua, precibus clementer exceptis, Sacerdotibus, qui ipsam Orationem inter alias preces pro gratiarum actione post Missam recitaverint, Indulgentiam trium annorum benigne concessit, ac mandavit, ut praesens Decretum in Sacrario cujuscumque Ecclesiae, seu Oratorii publice affigeretur, usque dum apocrypha concessio in supradictis Tabellis apposita emendetur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 11 Decembris 1846.

G. Card. Ferretti Praef.
J. Gallo Secret.

ORATIO

A SACERDOTIBUS POST MISSAM RECITANDA.

Obsecro te dulcissime Domine Jesu Christe, ut Passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar, atque defendar; Vulnera tua sint mihi cibus, potusque, quibus pascar, inebrier, atque deleçter; aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum, mors tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exultatio, sanitas, et dulcedo cordis mei. Qui vivis, et regnas in saecula saeculorum. Amen.

DLXXXII.

DIVIONEN.

Extant apud Divionensem Antistitem quamplurimae sanctorum Reliquiae, quae tempore Gallicae perturbationis, anno praesertim 1793 e propriis Thecis, seu Capsulis pretiosis avulsae in unum collectae fuerunt, inter quas celebris Crux Palatina, quam Venerabiles Monachi Ordinis S Benedicti loci Sancti Germani vulgo Des-Pres *in eorum Ecclesia publicae fidelium pietati in ara principe venerandam praebebant; itemque nonnullae aliae quoque tum chartulis inclusae, sigilloque munitae, tum aliae denique nullo roboratae documento, de quarum omnium authenticitate, etsi ex testium depositione idem Episcopus minime dubitandi locum esse putet, ab hac Sacra tamen Congregatione In-*

Digitized by Google

dulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita, ut in rebus tanti momenti tuto procedi possit, quid de his Reliquiis agendum enixis precibus postulavit. Propositis itaque dubiis in generalibus Eminentissimorum Patrum Cardinalium Comitiis apud Quirinales AEdes habitis die 22 Februarii 1847.

1° *An liceat indiscriminatim omnes, et singulas inventas Reliquias fidelium venerationi exponere; eisque distribuere?*

Et quatenus negative

2° *An Cruci saltem, Palatinae, ac Reliquiis, quae chartulis fuerunt inclusae, cultus sit permittendus, ipsaeque fidelibus sint distribuendae?*

3° *Quid agendum ab Episcopo circa caeteras Reliquias nullo documento roboratas?*

Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, rebusque maturo examine discussis, respondendum esse decrevit « Ad primum » Negative « Ad secundum » Affirmative quoad Crucem Palatinam, caeterasque Reliquias, quae ab Episcopo fide munitae sunt « Ad tertium » Quoties constet de authenticitate, audito etiam Capitulo suae Cathedralis Ecclesiae, poterit Episcopus vel in propria Cathedrali Ecclesia servare, vel aliis Ecclesiis suae Dioecesis servandas distribuere cum solo titulo « Reliquiae Sanctorum ». Ita declaravit die 22 Februarii 1847.

DLXXXIII.

CAMERINEN.

Proposito dubio ab Archiepiscopo Camerinensi « Utrum Archiepiscopi ratione dignitatis impertiri possint fidelibus Indulgentiam octoginta dierum post benedictionem cum Ven. Eucharistiae Sacramento, seu post quascumque alias peractas functiones, cum Pontificale Romanum quadraginta tantum dierum Indulgentiam praescribat?

Sac. Congregatio respondit « Servandum esse Pontificale Romanum ». Et ita decrevit die 22 Februarii 1847.

DLXXXIV.

BITURICEN.

Propositis dubiis ab Archiepiscopo Bituricensi.
1° *Utrum imponendo Sacrum Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo, sufficiat inscribere nomina fidelium, ut lucrentur Indulgentias in proximiori Societate Carmelitarum?*

2° *Utrum Carmelitae sint Sodalitas, an Conventus?*

Sac. Congregatio, auditis quoque Consultoribus, respondendum esse censuit. Ad primum « Negative. »

Ad secundum « Qui in Ordine Carmelitarum professi sunt, sunt Religiosi, et componunt Conventum; qui vero Sodalitati S. Scapularis simpliciter adscripti sunt, Confratres dicuntur, et Sodalitatem constituunt ». Ita respondit die 22 Februarii 1847.

DLXXXV.

AVENIONEN.

A quodam Sacerdote Avenionensis Dioecesis proposita fuere dubia.

1° *Utrum Missa quae celebratur ad agendas gratias Sanctissimae Trinitati pro universis beneciis B. M. V. collatis, applicari possit non solum pro defunctis, sed etiam pro vivis, vel aliis quibusvis intentionibus applicabilibus, absque amissione Indulgentiarum?*

2° *Utrum Altare in quo celebratur necessario esse debeat Beatae Mariae Virginis?*

3° *Utrum celebratio fieri debeat semper ad idem Altare?*

4° *Utrum posito quod Altare fixum requiratur, Episcopus possit aliud determinare, ut deinceps inserviat ad hujus Missae celebrationem, si rationes habeat hujus mutationis?*

Sac. Congregatio respondit « Ad primum » Affirmative, attento Rescripto Secretariae supplicum libellorum diei 10 Januarii 1817 in quo haec habentur « *La suddetta Messa può applicarsi secondo l'intenzione dei benefattori, ovvero per qualunque altro pio motivo, ed altresi in suffragio dei defonti anche nei giorni, nei quali secondo la Rubrica si dovrebbe celebrare la Messa di Requiem* (1) »

Ad secundum, et tertium « Negative ». Ad quartum vero « Non indigere responsione ». Ita decrevit, ac servari mandavit Sac. Congregatio die 22 Februarii 1847.

(1) « Praedicta missa potest applicari juxta intentionem benefactorum, aut in quemcumque alium finem pium, et etiam in suffragium defunctorum iis quoque diebus quibus secundum Rubricam celebranda esset missa de Requiem »

Digitized by Google

DLXXXVI.

BRIOCEN.

Vicarius Generalis Episcopi Briocensis infrascripta dubia proposuit enodanda.

1° *Utrum ad acquirendam Plenariam Indulgentiam pro defunctis Sacerdos qui sacrum facit in Altari Privilegiato, pro singulis diebus, teneatur paramentis nigri coloris uti diebus non impeditis?*

2° *Utrum Sacerdos, qui privilegio personali pro quatuor diebus qualibet hebdomada fruitur, teneatur iisdem paramentis uti, diebus pariter non impeditis, pro ejusdem Indulgentiae acquisitione?*

3° *Utrum Sacerdos qui bona fide hisce desuper errasset, sive alios in errorem traxisset, ita ut defunctorum animae praedicta Indulgentia frustratae fuissent, ad aliquod remedium teneatur, et in eventum quo hacce obligatione sit adstrictus, quaenam debeat esse ista reparatio?*

Sac. Congregatio cum jam sub die 11 Aprilis 1840 ad primum, et secundum respondisset « Affirmative » quoad tertium respondendum esse decrevit « Affirmative quoad illos Sacerdotes, qui pacto obligabantur, ut Missam agerent in Altari Privilegiato, eosque debere lucrari Indulgentiam Plenariam pro iis defunctis, quibus Missae fructum applicuerunt toties, quoties diebus non impeditis usi non sunt indumentis nigri coloris ». Et ita decrevit die 22 Februarii 1847.

(*Vide etiam* Drecreta D et DCXIX.)

DLXXXVII.

BRUGEN.

Cum in Sacra Indulgentiarum Congregatione ab Episcopo Brugensi propositum fuerit dubium, utrum, scilicet, abrogatio Brevis « Quaecumque a Sede Apostolica » *Clementis VIII facta per litteras Gregorii XV,* « Alias pro parte » *et Benedicti XIV,* « Gloriosae Dominae » *extendatur etiam ad Congregationes extra Domus, et Collegia Societatis Jesu existentes, quae licet per Patres dictae Societatis eriguntur, a Sacerdotibus tamen Saecularibus per Episcopum designatis diriguntur, et quatenus affirmative, ut ad vitandas difficultates, Sanctitas Vestra dictas Sodalitates erectas, vel erigendas iterum regimini Brevis* « Quaecumque » *submittere dignetur* ».

Eadem Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, rebusque mature perpensis, respondendum esse decrevit « Negative ad primam partem ». Ad secundam partem « Jam provisum ». Ita Sac. Congreg. die 22 Februarii 1847.

DLXXXVIII.

SANCTI FLORI.

Episcopus Sancti Flori exponit nonnullos theologos, aliis contradicentibus, dicere fidelem peccato mortali inquinatum posse lucrari, non quidem in suum subsidium, sed in levamen animarum in purgatorio detentarum Indulgentias, pro quibus lucrandis non praescribitur S. Eucharistiae communio : unde discussio exorta inter presbyteros suae Dioecesis.

Pro tollendo dubio Episcopus Orator supplex recurrit postulans responsum S. Sedis.

Et quaerit insuper utrum Sacerdos Missam dicens peccato mortali inquinatus sive ad Altare Privilegiatum in suffragium fidelium defunctorum, sive cum applicatione Indulti Altaris privilegiati personalis revera animam pro qua S. Sacrificium offert gaudere faciat etiam gratia Altaris Privilegiati?

Sac. Congregatio habita in Palatio Apostolico Quirinali die 22 Februarii 1847 ad primum, et secundum dubium censuit respondere « *Consulant probatos auctores* ».

DLXXXIX.

CAENOMANEN.

Sac. Congregatio ad dubium Caenomanensis Episcopi « *An, scilicet praxis separandi reliquias Sanctissimae Crucis D. N. J. C. a Reliquiis Sanctorum sit accurata, et sequenda?* » Auditis Consultorum votis, rebusque mature perpensis, respondendum esse decrevit « Affirmative ».

Die 22 Februarii 1847.

DXC.

Beatissimo Padre.

Moltissimi Ecclesiastici si secolari che regolari e specialmente Irlandesi devoti di S. Stanislao Kostka della Compagnia di Gesù bramando a maggior gloria di Dio che detto Santo venga sempre meglio onorato dai fedeli, ed in modo anche speciale

Digitized by Google

dalla gioventù, che in questi tempi ha bisogno di più protettori, supplicano V. B. a degnarsi concedere l' Indulgenza di 300 giorni a tutti i fedeli, che reciteranno le tre preghiere seguenti per la Purità, Carità, Buona morte solite a dirsi in moltissimi luoghi, ed a chi l' avrà recitate per un mese l' Indulgenza Plenaria confessandosi e comunicandosi, et dette Indulgenze cho siano applicabili alle anime del Purgatorio. Che, etc.

Beatissime Pater.

Plurimi ecclesiastici tam saeculares quam regulares, et praecipue Hiberni, devoti erga S. Stanislaum Kostka societatis Jesu, ad majorem Dei gloriam desiderantes ut dictus Sanctus semper magis honoretur a fidelibus, et speciali quidem modo a juventute, quae hisce temporibus pluribus indiget protectoribus, supplicantur Beatitudinem Vestram ut dignetur concedere indulgentiam 300 dierum omnibus fidelibus qui recitabunt tres orationes sequentes pro puritate, castitate et bona morte, quae dici solent in multis locis; iisque qui illas per mensem recitaverint Indulgentiam plenariam confitendo et Sacram Communionem sumendo : et ut dictae indulgentiae applicari possint animabus *purgatorii. Et haec*, etc.

Die 22 Martii 1847.

Concedimus tercentum dies de Indulgentia semel in die. PIUS PP. IX.

PER LA PURITA'.

Purissimo mio Protettore Stanislao, Angelo di Purità, io mi rallegro con Voi di quel singolarissimo dono di virginale purezza, che adornò il vostro cuore illibato; ed umilmente vi prego, ad ottenermi volore contro le tentazioni impure, e ad ispirarmi continua vigilanza per custodire la purità, virtù la più gloriosa in se stessa, e la più piacevole alla divinità.

Pater, Ave, Gloria.

PER LA CARITA'.

Amantissimo mio Protettore Stanislao, Serafino di Carità, io mi rallegro con Voi di quell' ardente fiamma d'amore, che tenne sempre il vostro puro ed innocente cuore sollevato ed unito al suo Dio, ed umilmente vi prego ad ottenermi tanta fiamma di amore divino, che consumi ogn'altro affetto terreno, e mi accenda del solo amore celeste.

Pater, Ave, Gloria.

PER LA BUONA MORTE.

Pietosissimo e potentissimo mio Protettore Stanislao, Angelo di Purità e serafino di Carità : io mi rallegro con Voi di vostra felicissima morte, morte originata dal desiderio di contemplare Maria assunta nel Cielo, e cagionata da un impeto di amore verso di lei. Ringrazio Maria che volle compiacere i vostri voti, e prego Voi pe' pregi di questa vostra felicissima morte ad essere l' avvocato e protettore della morte mia. Deh! impegnatevi Voi presso Maria per impetrarmi una morte, se non felice come la vostra, almeno tranquilla sotto la protezione di Maria, mia avvocata, e di Voi mio special Protettore.

Pater, Ave, Gloria.

PRO PURITATE.

Purissime mi protector Stanislae, Angele puritatis congratulor tibi de singularissimo illo Virginalis puritatis dono, quod illibatum cor tuum adornavit; et humiliter oro te ut obtineas mihi fortitudinem contra tentationes impuras, et ut excites in me continuam vigilantiam ad custodiendam puritatem, virtutem in seipsa gloriosissimam et Deo acceptissimam. Pater, Ave, Gloria.

PRO CARITATE.

Amantissime mi protector Stanislae, Seraph caritatis, congratulor tibi de ardenti illa amoris flamma, quae purum et innocens cor tuum semper ad Deum elevatum eique unitum tenebat; et humiliter oro te ut obtineas mihi tantam amoris divini flammam, qua consumat omnem alium affectum terrenum, et accendat me solo amore coelesti. Pater, Ave, Gloria.

PRO BONA MORTE.

Clementissime et potentissime mi protector Stanislae, Angele puritatis et Seraph caritatis, congratulor tibi de tua felicissima morte, quae orta est ex desiderio videndi Mariam in coelum assumptam, cujusque causa fuit impetus amoris erga illam. Gratias ago Mariae, quae voluit morem gerere votis tuis; et per merita hujus tuae felicissimae mortis rogo te ut sis advocatus et protector mortis meae. Aeh! interveni apud Mariam ut impetres mihi mortem, si non tam felicem quam tuam, saltem tranquillam sub protectione Mariae advocatae meae, et tuae qui es specialis protector meus. Pater, Ave, Gloria.

(*Vide etiam* Decretum DCXLII.)

DXCI.

URBIS ET ORBIS.

Enixis porrectis precibus Sanctissimo Domino Nostro PP. Pio IX a plurimis Romani Cleri Sacerdotibus, ut obsequia, quibus Sanctus Joseph Genitricis Dei Sponsus, ad ejus implorandum Patrocinium, a fidelibus colitur vulgo « *Le sette Allegrezze ed i sette Dolori ec.* » majori Indulgentiarum ditare ad spiritualem Christifidelium utilitatem decoraretur, praesertim pro iis, qui septem continentibus diebus dominicis quocumque anni tempore prae-

Digitized by Google

fatas preces recitarent, cum hucusque a san. me. Gregorio PP. XVI Indulgentia tercentum dierum tantum in unaquaque ex praedictis Dominicis, Plenaria vero in ultima dumtaxat fuisset elargita, prout ex Decreto Sacrae hujus Congregationis diei 22 Januarii 1836 patet; Sanctitas Sua, referente me infrascripto ejusdem Sac. Congregationis Secretario in Audientia sub die prima Februarii currentis anni indulsit, ut firmis remanentibus Concessionibus enunciatis, omnes utriusque sexus Christifideles Indulgentiam Plenariam in singulis praememoratis continentibus Dominicis quocumque anni tempore ad libitum eligendis lucrari possint, et valeant; ea tamen apposita conditione, ut in unaquaque Dominica, praemissa praedictarum precum recitatione, vere poenitentes confessi, ac S. Eucharistia refecti, aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitent, et ibi per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effundant; facta insuper potestate easdem Plenarias Indulgentias animabus in Purgatorio detentis applicandi. Iis vero Christifidelibus praedicta obsequia recitare nescientibus, ac iis in locis ubi publice non peraguntur, eadem Sanctitas Sua, iisdem supplicantibus Oratoribus, in praefata Audientia diei 22 Martii supraenunciatas Indulgentias pari benignitate concessit, dummodo, sola precum recitatione omissa, caeteris tamen injunctis operibus adimpletis, septem tantum *Pater*, *Ave*, et *Gloria*, etc. in unaquaque ex praedictis septem Dominicis devote recitent. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Indulgentiarum Congregationis die 22 Martii 1847.

C. Card. Acton Praef.

J. Gallo Secret.

(*Vide quoque* Decreta CCLXXII, DLXXVI.)

DXCII.

MONIALIUM A VISITATIONE.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX precibus Monialium Visitationis de Urbe clementer exceptis, indulsit, ut omnes et singulas Indulgentias, et Privilegia hucusque concessa lucrari possint et valeant Moniales, et commorantes in singulis ejusdem tituli Visitationis ejusdem instituti Asceteriis per Orbem diffusis existentes, exceptis tamen pro commorantibus Indulgentias, quae propria sunt Monialium in Vestitione nempe, Professione, seu Votorum renovatione, etc. Insuper concessit earum Confessariis respectivis facultatem in casu infirmitatis commutandi visitationem Ecclesiae pro Indulgentiis adipiscendis in aliis operibus eorum arbitrio suggerendis, itemque permisit ut Indulgentias Stationum Urbis, diebus in Missali Romano descriptis lucrari valeant, caeteris adimpletis conditionibus, visitando in earum Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum; et tandem eadem Sanctitas Sua omnes praefatas Indulgentias et Privilegia alias ad tempus impertita non modo animabus in Purgatorio existentibus applicabiles, verum etiam perpetuis futuris temporibus valitura esse voluit absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congr. Indulgentiarum die 4 Maii 1847.

F. Card. Asquinius Praef.

J. Gallo Secret.

(*Vide* Summarium in Appendice n° XLII.)

DXCIII.

CAMERACEN.

Archiepiscopus Cameracensis quaerit humiliter solutionem dubiorum sequentium.

1° *Utrum Moderatores Sodalitatum B. M. V. de Rosario, et de Monte Carmelo, valeant benedicere Rosaria, et Scapularia cum applicatione Indulgentiarum assuetarum, eo ipso quod ipsos dictos Moderatores instituerimus in erigendo praelaudatas Sodalitates cum assuetis Indulgentiis, etc., apostolica Delegatione nobis concessa, etsi Breve nobis impertitum non mentionem faciat de indulta facultate Moderatoribus, ad effectum benedicendi hujusmodi Rosaria, et Scapularia, et utrum pariter facultas concessa primo Moderatori transeat ad ejus Successores in hoc munere?*

2° *An per exceptionem regulae generalis communiter admissam reipsa pias Sodalitates Sanctissimi Sacramenti, et Doctrinae Christianae in omnibus omnino Ecclesiis Parochialibus, cum applicatione Indulgentiarum instituere, seu erigere liceat; ita ut non requiratur unius leucae distantiae inter duas hujusmodi Sodalitates?*

3° *Utrum Sodalitates, quae canonice existebant ante concordatum* 1801 *amiserunt de facto sua privilegia, et Indulgentias, et item dicendum sit de Altaribus Privilegiatis, et aliis spiritualibus gratiis?*

Digitized by Google

4° *An Indulgentiae quibusdam majoribus festis adnexae, sint translatae eo ipso quod Solemnitas hujusmodi festorum sit canonice apud nos translata ad Dominicam sequentem?*

5° *Utrum Moniales etiam non approbatae a S. Sede, ut in Gallia communiter existunt, possint lucrari Indulgentias, quibus gaudent respectivi Ordines Religiosi Romae, vel alias existentes, et qui sunt approbati?*

Sac. Congregatio respondendum duxit, ut infra 22 Feb. 1847.

Ad primum « Consulendum Sanctissimo pro sanatione quoad praeteritum, et pro facultate Eminentissimo Archiepiscopo Cameracensi, ut per se, vel per Sacerdotes a se deputandos benedicat Rosaria, et Scapularia, illaque respective imponat fidelibus ad lucrandas Indulgentias unicuique ex Confraternitatibus praedictis ab Apostolica Sede concessas ».

Ad secundum « Affirmative ».

Ad tertium « Negative quoad Sodalitates olim legitime existentes, et deinde sub eisdem titulo, legibus, habitu, ubi tamen gestare liceat, noviter ac canonice erectas; quoad vero Altaria Privilegiata, aliasque gratias recurrat in casibus peculiaribus ».

Ad quartum « Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo ».

Ad quintum « Affirmative juxta Rescriptum Sacrae Poenitentiariae, et infra « *Sac. Poenitentiaria, » perpensis expositis respondit Affirmative, nempe » oratrices (hoc est Carmelitae Excalceatae) uti et » caeteras Sorores Monasteriorum Galliae lucrari » posse Indulgentias omnes, quae Religioni seu » Instituto aliarum Monialium solemnia vota emit- » tentium secundum Institutum, seu Regulam re- » spectivam concessae fuerunt, idque ex Indulto sa. » me. Pii VII a Sanctissimo Domino Nostro PP. » Gregorio XVI iterum confirmato* ». Ita respondit Sac. Congregatio Indulgentiarum die 22 Februarii 1847. Facta autem per Eminentissimum Cardinalem Fabium Asquinium ejusdem Sac. Congregationis Praefectum Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX relatione in Audientia habita die 12 Julii 1847 super primo, et quarto dubio, Sanctitas Sua quoad primum benigne annuit pro Sanatione quoad praeteritum; et quoad futurum concessit facultatem Eminentissimo Archiepiscopo Cameracensi, ejus vita naturali durante, prout in dicto dubio responsum est. Quoad vero quarti dubii Eminentissimorum Patrum responsionem, Eadem Sanctitas Sua clementer annuit, dummodo legitime translata sit.

(*Vide etiam* Decreta CCLII, DXXXVIII, DCXXVI, DCXXVII, DCXXIII, DCLXXII, DCLXXXVII et DCXCIV.)

DXCIV.

VALENTINEN.

Episcopus Valentinensis implorat solutionem dubiorum.

1° *An translata solemnitate Epiphaniae, etc. in Regno Galliarum, translatae sint pariter Indulgentiae diei proprio adnexae ita ut fideles eas lucrari possint Dominica sequenti, ad quam solemnitas translata est?*

2° *An qui emit Cruces, numismata, etc. ut ea distribuat postquam benedicta fuerint, cum applicatione Indulgentiarum, possit horum petere pretium ab accipientibus, sine culpa, vel sine periculo Indulgentias amittendi? An amittantur tantum, quando quis sibi eas res proprias fecerit, et iis usus fuerit cum intentione lucrandi Indulgentias?*

3° *Quando ad Indulgentias lucrandas praescribitur oratio pro fine determinato ver. gr. pro extirpatione haereseon, etc. an requiratur intentio explicita, expressa singulis vicibus?*

4° *An visitantes Ecclesias Ordinis S. Francisci die secunda Augusti, lucrentur Indulgentiam Plenariam toties quoties in eas ingrediuntur, et parumper ibi orant? Et an requiratur ut communio fiat in eadem Ecclesia?*

Sac. Congreg. sub die 22 Februarii 1847 respondit, ut infra.

Ad primum « Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo ».

Ad secundum « Negative ad primam partem; ad secundam non indigere responsione ».

Ad tertium « Negative ».

Ad quartum « Affirmative ad primam partem ».
« Negative ad secundam ».

Facta autem per Eminentissimum Cardinalem Fabium Asquinium Sac. Congregationis Praefectum Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX relatione quoad primum dubium in Audientia habita die 12 Julii 1847 Sanctitas Sua benigne annuit, dummodo legitime translata sit.

(*Vide etiam* Decretum DXI.)

(*Vide quoque* Summ. Indulg. pro Ordine Seraphico in Appendice n° XXXIII.)

Digitized by Google

DXCV.

URBIS ET ORBIS.

Ut Sanctissimum illud Domini nomen, quod, testante Psalmista, a solis ortu usque ad occasum est laudabile, ab universis Christifidelibus praecipua devotione invocetur, Indulgentiam unius anni pro qualibet vice Laudes, quarum initium « *Dio sia benedetto, etc.* » corde saltem contrito, ac devote recitantibus, die 23 Julii 1801 a Pio PP. VII sa. me. concessam, animabus quoque in Purgatorio detentis Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX in Audientia diei 22 Martii currentis anni applicabilem esse declaravit. Humillimis demum porrectis precibus a R. Fr. Aloisio Giorgetti Ordinis Minimorum Provinciali, ut pro praefata recitatione Plenaria quoque Indulgentia concederetur, Eadem Sanctitas Sua ipsis Oratoris precibus peramanter exceptis, indulsit, ut omnes utriusque sexus Christifideles semel saltem in die dictas Laudes per integrum mensem recitantes, Indulgentiam Plenariam, una tantum cujuslibet mensis die, uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes confessi, ac Sacra Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, lucrari possint, et valeant; facta insuper potestate ipsam etiam Plenariam Indulgentiam fidelibus pariter defunctis applicandi. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1847.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Subst.

LODE AL NOME ADORABILISSIMO DI DIO

IN RISARCIMENTO DEGLI OLTRAGGI CHE GLI SI FANNO COLLE BESTEMMIE.

Dio sia benedetto
Benedetto il suo Santo Nome
Benedetto Gesù Cristo, vero Dio, e vero Uomo
Benedetto il Nome di Gesù
Benedetto Gesù nel Santissimo Sagramento dell' Altare
Benedetta la Gran Madre di Dio, Maria Santissima
Benedetta la sua santa ed immacolata Concezione (1)
Benedetto il Nome di Maria Vergine, e Madre
Benedetto Dio nei suoi Angeli, e ne' suai Santi.

LAUDES ADORANDI NOMINIS DEI

PRO REPARATIONE INJURIARUM QUAE IPSI PER BLASPHEMIAS INFERUNTUR.

Benedictus sit Deus.
Benedictum sit nomen Sanctum ejus.
Benedictus sit Jesus Christus verus Deus et verus homo.
Benedictum sit nomen Jesu.
Benedictus sit Jesus in Sanctissimo altaris Sacramento.
Benedicta sit alma Dei mater, Sanctissima Virgo Maria.
Benedicta sit Sancta et immaculata ejus conceptio.
Benedictum sit nomen Mariae Virginis et Matris.
Benedictus sit Deus in Angelis et Sanctis suis.

DXCVI.

URBIS ET ORBIS.

Humillimis delatis precibus Sanctissimo Domino Nostro PP. Pio IX a R. P. Fr. Antonio a Matre Dei Generali Procuratore Ordinis Sanctissimae Trinitatis Discalceatorum, ut Christifideles Triduanis, seu Novendialibus Obsequiis Ineffabile ejusdem Sanctissimae Trinitatis Mysterium venerantes aliquo Indulgentiarum lucro de Ecclesiae thesauro ditarentur, Sanctitas Sua, referente me infrascripto Sac. Congregationis Cardinali Praefecto, clementer indulsit, ut omnes, et singuli utriusque sexus Christifideles, qui vel publice, vel privatim Triduum, aut Novendiale tam immediate ante Dominicam primam post Pentecostes, quam quocumque alio anni tempore devote peregerint, septem annorum, totidemque quadragenarum Indulgentiam semel singulis hujusmodi diebus lucrari possint, et valeant. Iis vero Christifidelibus, qui integrum Triduum, seu Novendiale persolverunt, Indulgentiam Plenariam tam post Triduum, quam post Novendiale acquirendam, dummodo ea die vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti aliquam publicam Ecclesiam visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, benigne concessit. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione, cum

(1) Ex Rescripto Secr. Brevium 27 Aprilis 1851.

Digitized by Google

facultate quoque easdem Indulgentias animabus in Purgatorio detentis applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1847.

F. Card. Asquinius Praef.

Aloisius Archipr. Prinzivalli Subst.

(*Vide etiam* Decreta DCXI, DCXV. DCLXXXVIII.)

DXCVII.

urbis et orbis.

Cum pia, aeque ac praeclara Societas Propagationis Fidei titulo nuncupata, ex quo multis abhinc annis mirabili divinae Providentiae consilio ortum habuit in Gallia, media praesertim vineae dominicae cultoribus suppeditando ad Catholicam fidem in remotissimis licet regionibus facilius disseminandam plurimum semper contulerit, hinc eam Romani Pontifices in suam recipere tutelam haud praetermiserunt, immo spiritualibus Gratiis, atque Indulgentiis apostolica auctoritate ditarunt, quo et majori Societatis ipsius incremento, et illorum Christifidelium bono consuleretur, qui Societati huic adscripti modica pecunia, paucisque quotidianis precibus ejusdem scopo laudabiliter admodum inserviunt. His permotus Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX cum et Ipse eosdem Christifideles peculiaribus favoribus, et gratiis prosequi, novasque Indulgentias, novaque privilegia eisdem conferre, quaeque jam alicubi generaliter universae Societati elargiri statuerit; hinc confirmando Indulgentias, et privilegia a suis Praedecessoribus concessa, quae tamen in hoc continentur Decreto, omnibus utriusqne sexus Christifidelibus universi terrarum Orbis piae huic Societati rite adscriptis, quique hebdomadalem obulum in ea specie, seu quantitate contulerint, quae legitime quolibet loco statuta erit, quique unum insuper *Pater*, et *Ave*, cum hac invocatione « *Sancte Francisce Xaveri ora pro nobis* » quolibet idiomate quotidie recitaverint, de benignitate Apostolica dignatus est in perpetuum confirmare, et concedere sequentia privilegia, ac Indulgentias, animabus quoque in Purgatorio detentis per modum suffragii applicabiles, videlicet »:

1. Indulgentiam Plenariam tum die 3 Maii in festo Inventionis Sanctissimae Crucis D. N. J. C., quae anniversaria est fundationis hujus Societatis, quaeque Lugdini contigit anno 1822, tum die 3 Decembris in festo nempe S. Francisci Xaverii, ejusdem Societatis Patroni coelestis, incipiendam a primis vesperis usque ad ultimae utriusque festi Octidui diei solis occasum, semel tantum ejusmodi dierum spatio acquirendam, dummodo adscripti vere poenitentes, confessi, sacraque Communione refecti vel Ecclesiam, seu publicum Oratorium piae Societati addictum, vec propriam Ecclesiam parochialem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta Sanctitatis Suae mentem oraverint.

Quod si festa hujusmodi a pia Societaie in locis ubi legitime constituta est, celebrentur debitis cum facultatibus aliis diebus, et haec celebratio transferatur post utriusque octavae diem, Sanctitas Sua indulsit, ut adscripti, qui dictam Plenariam Indulgentiam die 3 Maji, ac die 3 Decembris, vel infra respectiva eorum festorum octidua haud lucrati fuerunt, eamdam Plenariam Indulgentiam, si, ut supra, rite dispositi Ecclesiam, vel publicum Oratorium, ubi festa praedicta celebrantur, devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, lucrari valeant a primis vesperis diei, in quem unum, vel alterum ex dictis festis transfertur, usque ad occasum solis ejusdem diei; et quoties ipsi adscripti respectivis Triduis dicta festa, vel cum celebrantur die, quo incidunt, vel etiam in casu, quo eadem transferri contingat, immediate praecedentibus, a pia Societate celebrandis, corde saltem contrito interfuerint, toties tercentum dierum Indulgentiam concessit.

2. Item Indulgentiam Plenariam tum lucrandam ab omnibus piae Societati adscriptis in die, qua ubique locorum debitis cum facultatibus semel in anno fiat solemnis commemoratio omnium adscriptorum, qui decesserunt, tum die, qua similis commemoratio variis in locis, et cum debitis facultatibus fiet a Consiliis Dioecesanis, a Chiliarchiis, Centuriis, vel Decuriis, pro respectivis fidelibus vita functis, qui ad idem Consilium Dioecesanum, Chiliarchiam, Centuriam, vel Decuriam pertinebant a respectivis Christifidelibus eisdem adscriptis lucrandam, dummodo, etiam, ut supra, vere poenitentes, confessi, ac sacra Synaxi refecti respectivam Ecclesiam, vel publicum Oratorium, ubi commemorationes ejusmodi peragentur, devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta consuetos fines oraverint.

Ut autem animae fidelium defunctorum tam piae ac salutari Societati adscriptorum magis, magisque suffragentur, Sanctitas Sua benigne concessit, ut omnia, et singula Altaria Ecclesiae, vel Oratoru

Digitized by Google

publici, in quibus tam generalis, quam peculiaris defunctorum, ut supra adscriptorum commemoratio perageretur, die, qua haec commemoratio fit, privilegiata sint pro Missis, quae in eisdem Altaribus a quocumque Sacerdote in suffragium illorum adscriptorum celebrabuntur, pro quibus ea die vel generalis, vel peculiaris commemoratio celebretur.

3. Item Indulgentiam Plenariam bis in mense acquirendam, duobus nempe cujuslibet mensis diebus, uniuscujusque adscripti arbitrio eligendis, quibus vere poenitentes, et confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, nec non Ecclesiam, vel publicum Oratorium Societatis, aut respectivam Ecclesiam parochialem visitaverint, ibique pariter per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint. Ex speciali autem gratia ejusdem Sanctitatis Suae Romae tum nuper enunciatam Plenariam Indulgentiam bis in mense acquirendam, tum duas alias Plenarias Indulgentias in diebus festis Inventionis Sanctissimae Crucis, ac Sancti Francisci Xaverii, vel in eorum respectivis octiduis elargitas lucrari poterunt adscripti, si, ut alias rite dispositi loco visitationis Ecclesiae seu publici Oratorii Societatis, aut propriae Paroeciae, Ecclesiam S. Mariae Magdalenae Clericorum Regularium infirmis ministrantium, in qua primitus haec pia Societas in alma Urbe constituta fuit, devote visitaverint, ibique, ut supra, oraverint.

4. Insuper Sanctitas Sua omnibus utriusque sexus Christifidelibus piae Societati adscriptis benigne concessit Indulgentiam Plenariam in mortis articulo acquirendam, dummodo tamen rite dispositi fuerint, vel saltem Sanctissimum Jesu Nomen corde, si ore nequiverint, devote invocaverint.

5. Tandem Sanctitas Sua clementer concessit Indulgentiam centum dierum ab unoquoque ex adscriptis lucrandam, quoties, corde saltem contrito, praescriptas preces *Pater* nempe, et *Ave* cum Invocatione *S. Francisce Xaveri ora pro nobis* recitaverint, vel aliquam eleemosynam (contrariis quibuscumque non obstantibus) praeter obulum hebdomadalem, et in eumdem finem subministraverint, vel denique quodlibet aliud Pietatis, aut Charitatis opus peregerint.

6. Qui vero inter adscriptos infirmitatis causa, vel alias legitime fuerint impediti ad visitandam praescriptam Ecclesiam, seu publicum Oratorium, etiam quia propria Ecclesia Parochialis valde admodum distet, ex speciali Sanctitatis Suae gratia easdem Indulgentias lucrari possunt, dummodo tamen caeteras omnes conditiones adimplentes, alia pia opera, vel preces a respectivis Confessariis injungendas praestiterint. Atque etiam Sanctitas Sua benigne indulsit, ut adscripti Christifideles, qui vel ob physicam infirmitatem, vel ob aliud legitimum impedimentum enunciato Triduo ante duo festa Inventionis Sanctissimae Crucis, ac S. Francisci Xaverii, a pia Societate, ut supra dictum est, celebrando interesse nequeant, enunciatam nihilominus tercentorum dierum Indulgentiam consequi valeant, dummodo privatim respectiva Tridua peragant.

7. Praeterea Sanctitas Sua benigne concessit, ut omnes adscripti utriusque sexus, qui in religiosis Domibus, Collegiis, Conservatoriis, aliisque locis piis, omnes scilicet, qui *in Communitate*, ut vulgo appellant, vitam degunt, praefatas omnes Indulgentias lucrari possint propriam Ecclesiam, vel ea deficiente, etiam privatum domus, qua degunt Oratorium, seu Cappellam visitando, ibique, ut alias jam dictum est, orando, loco visitationis ejusdem in praescripta Ecclesia, vel Oratorio publico peragendae dummodo caeteras omnes conditiones fideliter adimpleverint.

Quapropter eadem Sanctitas Sua pium hoc Institutum ad saluberrimum Missionis opus fovendum, et substentandum plurimum in Domino commendans, haec omnia privilegia, et Indulgentias Apostolica auctoritate concessas publicari hoc Decreto absque ulla Brevis expeditione mandavit, ut omnes Christifideles eidem adscripti elargitis Indulgentiis, et Gratiis perfrui valeant, quibus etiam tam vivis, quam defunctis concessum est, ut participes sint Laborum, Orationum, Suffragiorum ac Sacrificiorum, quae pro ipsis ab Episcopis, et Missionariis per totum Orbem, ac ab universa Societate applicantur.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 17 Octobris 1847.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archip. Prinzivalli Substit.

DXCVIII.

URBIS ET ORBIS.

Ne fideles ob apocryphas Indulgentias decipiantur, delatae fuerunt preces huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae pro declaratione, an Orationi, cujus initium *Ave Maria doloribus plena*, *etc.* quae Divo Bonaventurae Ecclesiae Doctori tribuitur, revera Indulgentiae a Cle-

Digitized by Google

mente XIV san. me. sint adnexae, prout in aliquibus Imaginibus B. M. V. Septem Dolorum, quae per Orbem circumferuntur, reperitur inscriptum; cum vero huic eidem Sac. Congregationi de praefata Indulgentiarum authenticitate non constet, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX in Audientia diei 23 Decembris 1847 clementer indulsit, ut omnes utriusque sexus Christifideles, quoties corde saltem contrito ac devote praedictam Orationem recitaverint, toties centum dierum Indulgentiam lucrari possint, et valeant. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secret. Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Decembris 1847.

F. Card. Asquinius Praef.
J. Gallo Secret.

A MARIA DESOLATA.

Ave Maria, doloribus plena : Crucifixus tecum : lacrymabilis fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria Mater Crucifixi; lacrymas impertire nobis crucifixoribus Filii tui, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

DXCIX.

ATREBATEN.

Cardinalis de la Tour d'Auvergne Lauraguais, Episcopus Atrebatensis in Gallia exposuit possidere S. Francisci Salesii Supparum (vulgo Rochetto). *Nunc ut Supparum hoc publicae venerationi exponi possit, exhibitis Sac. Congregationi documentis, quaerit.*

1° *An constet de ejus authenticitate?*

Et quatenus affirmative

2° *An eidem cultus sit permittendus?*

Sac. Congregatio visis documentis, auditisque Consultorum votis, sub die 31 Januarii 1848 respondit :

Ad primum » Non constare.

Ad secundum » Provisum in primo.

DC.

NANCEJEN.

Episcopus Nancejensis postulat utrum erectio, et benedictio Stationum Viae Crucis in Ecclesia, vel Oratorio ita fieri possit, ut ante caeremoniam, vel etiam die praecedenti, quatuordecim Cruces cum Tabulis pictis, si quae sint, suspendantur in locis praefixis, et earum benedictio fiat a Sacerdote ad eas ante Aram converso, quibus expletis, Sacerdos ad singulas Cruces genuflexus incensat, et orat more solito, vel utrum expositio, et suspensio fieri debeat durante caeremonia, quod quidem esset difficillimum?

Sac. Congregatio respondit « Servandum in omnibus consuetudinem » atque ita decrevit die 31 Januarii 1848.

DCI.

CONSTANTIEN.

Josephus Gilbert Presbyter Canonicus honorarius Ecclesiae Constantiensis Provinciae Rothomagen. in Gallia Superior Minoris Seminarii Mamvillae in eadem Dioecesi a Sac. Congr. quaerit « An quaedam speciales preces quotidianae sint necessario recitandae ad obtinendas Indulgentias quae a Summis Pontificibus fuerunt concessae Sodalibus Congregationum de B. M. V. rite institutarum in Collegiis, et aliis locis, etc. Romanae Congregationi consociatarum. Ratio dubii in eo statuitur quod hujusmodi preces non videantur requirere Decreta de Indulgentiis quae sunt in Congregationibus Apostolica auctoritate concessae?

Sac. Congregatio habita die 31 Januarii 1848 in Ædibus Apostolicis Quirinalibus respondit « Ubi nullae sunt praescriptae preces quotidianae ad effectum lucrandi Indulgentias, non tenentur Christifideles ad aliquas determinatas recitandas.

DCII.

TOLOSAN.

Beatissime Pater « Augustus Daniel Viceparochus de St. Exupère Dioecesis Tolosanae, humiliter proponit casum infrascriptum ». « An quando requiritur Sacrificium Missae pro Indulgentia lucranda, Missa possit offerri pro uno, et Indulgentia applicari pro altero? »

Sac. Congregatio sub die 31 Januarii 1848, « Audito quoque uno ex ejusdem Sac. Congregationis Consultoribus respondendum esse censuit » Communicetur Oratori votum Consultoris.

Votum Consultoris. « Hanc eamdem quaestionem enucleandam sibi proponit doctissimus P. Joannes Cavallieri, scilicet an Indulgentia, et Sacrificium

Digitized by Google

dividi queant? Respondet nexum quaestionis pendere ex verbis Indulti. Si Indultum cantet : qui pro defuncto Missam in tali Altari dixerit, liberat animam ejus, etc. tunc Sacrificium, et Indulgentia non possunt dividi, sed utrumque pro eodem defuncto est applicandum. Pariter si fundator, aut stipem erogans imponat onus celebrandi in Altari privilegiato, divisibilitas locum non habet : per impositionem quippe talis oneris censetur etiam voluisse applicationem Indulgentiae. Si autem in Indulto omissum fuerit, etc. pro defuncto, *sed tantum fuerit ordinario modo pro Altaribus privilegiatis, tunc dividi potest Indulgentia, scilicet offerri Sacrificium pro uno, et Indulgentia applicari pro altero. Sic Sacerdos onus habens sacrificandi, sed non in Altari privilegiato, adhibet siquidem obligationem suam per applicationem Sacrificii, et liber est quoad obligationem Indulgentiae, de qua nequit stipem percipere, quod simoniacum est. Quae solutio et mihi arridet : nam Indulgentia etiam pro defunctis est donum ex Ecclesiae thesauro depromptum, qui constat ex meritis Christi, Beatae Mariae Virginis, et aliorum Sanctorum, opera vero injuncta sunt conditio solum, sine qua effectum non sortitur Indulgentia : ergo aliud est Indulgentia, aliud opus injunctum. Porro si applicatio Indulgentiae pro solis defunctis concessae necessario conjuncta esset cum applicatione Sacrificii, Sacrificium, et Indulgentia forent unum, et idem, ergo Sacrificium non esset tantum opus injunctum, nec Indulgentia ex Ecclesiae thesauro deprompta; sed ex valore infinito ejusdem Sacrificii, qui certe Ecclesiae potestati non subest, sed voluntati Dei finito modo applicantis, atqui Sacrificium est tantum opus injunctum, et Indulgentia non ex valore, sed fructu Sacrificii, ergo non sunt unum et idem, adeoque Sacrificium, et Indulgentia dividi possunt (saltem dum aliud in Indulto non exprimitur) et consequenter in hac hypotesi Sacerdos potest Sacrificium offerre pro uno, et Indulgentiam applicare pro altero. Haec sunt, quae sapienti judicio vestro, Eminentissimi Patres, subjicienda esse duxi ».*

Atque ita Sac. Congregatio respondit die 31 Januarii 1848.

DCIII.

BRIOCEN.

Episcopus Briocensis proponit humiliter casum ut infra « Sac. Congregatio Indulgentiarum responsum dedit negativum huic quaestioni scilicet », An sit necessarium pro Confraternitate Sanctissimi Rosarii B. M. V. ut Altari B. M. V. apponatur Imago ejusdem cum quindecim Mysteriis in circum; *cum vero dictae Confraternitatis Institutio a PP. Dominicanis concessa infert necessitatem praefatae imaginis, quaeritur quid sit agendum? ».*

Sacra eadem Congregatio sub die 31 Januarii 1848, decrevit respondendum esse « In decisis sub die 23 Septembris 1845, et notificetur P. Procuratori Generali Ordinis Praedicatorum ».

DCIV.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, corde saltem contrito ac devote sequentes preces recitantibus, centum dierum Indulgentiam pro qualibet earumdem precum recitatione benigne concessit; iis vero Christifidelibus, qui una saltem vice singulis diebus per integrum mensem ipsas recitare pro more habuerint, Indulgentiam Plenariam semel in unoquoque mense acquirendam, ea scilicet die, qua vere poenitentes confessi, ac Sacra Communione refecti, aliquam Ecclesiam devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, clementer est elargitus. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione; facta insuper potestate tam Plenariam, quam Partialem Indulgentiam animabus quoque in Purgatorio detentis applicandi.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die 18 Maii 1848.

F. Card. Asquinius Praef.
Jacobus Gallo Secret.

(*Vide* aliud Decretum DCVI.)

ANTIPHONA.

Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.
℣. *Fiat pax in virtute tua.*
℟. *Et abundantia in turribus tuis.*

OREMUS.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera; da servis tuis illam quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis

Digitized by Google

tuis dedita, ut hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

DCV.

Beatissimo Padre.

Vincenzo Pallotti Sacerdote Romano Oratore Umilissimo di V. B. supplica umilmente la S. V. a degnarsi di concedere a tutti i fedeli ogni volta che reciteranno le preghiere qui annesse e faranno la pia intenzione, ed offerta del Sangue preziosissimo di G. C. all' Eterno Padre l' Indulgenza di 7 anni e di 7 quarantene e l' Indulgenza Plenaria a quei che per un mese intero avessero fatto le une e l' altra, se confessati e communicati pregheranno secondo l' intenzione di V. B. Che, etc.

Beatissime Pater.

Vincentius Palotti Sacerdos Romanus Beatitudinis Vestrae orator humillimus humiliter supplicatur Sanctitatem Vestram ut dignetur concedere omnibus fidelibus quotiescumque recitaverint preces hic annexas, et formaverint piam intentionem et oblationem pretiosissimi sanguinis J. C. aeterno Patri, Indulgentiam 7 annorum et 7 quadragenarum, et Indulgentiam plenariam iis qui utrumque fecerint per mensem integrum, modo confessi et Sacra Communione refecti oraverint ad Vestrae Beatitudinis intentionem. Et haec, etc.

Die 6 Augusti 1848.

Pro Gratia.

PIUS PP. IX.

PRECES PRAECIPUE TEMPORE TRIBULATIONIS RECITANDAE.

Respice Domine Sancte Pater de Sanctuario tuo, et de excelso coelorum habitaculo, et vide hanc sacrosanctam Hostiam, quam tibi offert Magnus Pontifex noster sanctus innocens, dilectus Filius tuus Dominus Noster Jesus Christus pro peccatis fratrum suorum, et esto placabilis super multitudine malitiae Mundi. Ecce vox sanguinis Fratris nostri Primogeniti Jesu clamat ad te de cruce. Exaudi Domine, placare Domine, attende et fac; ne moreris propter Temetipsum Deus noster, quia nomen tuum invocatum est super domum et civitatem istam et super universum populum tuum, et fac nobiscum secundum infinitam misericordiam tuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. *Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris.*

℟. *Te rogamus audi nos.*

℣. *Ut Domum, Civitatem istam, et universum populum tuum Domine defendere, pacificare, custodire, conservare et piissima misericordia tua respicere digneris.*

℟. *Te rogamus audi nos.*

℣. *Per sacrosancta humanae Redemptionis Mysteria.*

℟. *Cito anticipent nos Domine misericordiae tuae, et parce populo tuo.*

℣. *Per merita et intercessionem Beatissimae Genitricis tuae, et omnium Angelorum atque Sanctorum.*

℟. *Cito anticipent nos Domine misericordiae tuae, et parce populo tuo.*

℣. *Sancta Maria sine labe originali concepta, et omnes Angeli et Sancti intercedite pro nobis ad Dominum.*

℟. *Ut cito anticipent nos misericordiae Domini, et parcat populo suo, ut omnes cum ipso gaudere possimus in saecula saeculorum. Amen.*

Omnipotens et misericors Deus fiat semper et in omnibus Sanctissima voluntas tua secundum infinitam et aeternam misericordiam tuam. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

PIA INTENZIONE ED OFFERTA.

Eterno Padre in unione di tutta la Corte celeste, e coi cuori Santissimi di Gesù e Maria intendo avervi offerti ed offerirvi da tutta l' eternità e per tutta l' eternità il Sangue preziosissimo di G. C. i suoi meriti infiniti, e della Chiesa, in isconto dei nostri peccati, e di tutto il mondo, per la liberazione di tutte le anime del Purgatorio, ed in ringraziamento come già a noi e a tutti di tutto il mondo presenti e futuri aveste conceduto tutti quei doni, grazie, e misericordie, che sono della vostra maggior gloria e di maggior santificazione di tutte le anime nelle presenti tribolazioni sebbene abbiamo meritato i vostri divini flagelli, e come già di tutto il mondo aveste formato un solo ovile, ed un solo Pastore, onde tutti vivendo nella fede, nella speranza e nella carità del N. S. G. C. in terra, giungiamo tutti a cantare in eterno le vostre divine misericordie nel cielo. Amen.

PIA INTENTIO ET OBLATIO

Pater aeterne, in unione cum tota curia coelesti, et cum cordibus Sanctissimis Jesu et Mariae intendo obtulisse

Digitized by Google

tibi et offerre, a tota aeternitate et per totam aeternitatem, pretiosissimum J. C. sanguinem cum infinitis ejus, necnon Sanctae Ecclesiae meritis in compensationem peccatorum nostrorum et totius mundi, in liberationem omnium animarum purgatorii et in gratiarum actionem pro eo quod nobis et omnibus totius mundi hominibus praesentibus et futuris concesseris omnia illa dona, gratias et misericordias, quae sunt ad majorem tuam gloriam, majoremque sanctificationem omnium animarum in praesentibus tribulationibus, quamvis meruerimus divina tua flagella; et sicut jam de toto mundo formasti unum ovile sub uno pastore, ut omnes vivendo in fide, spe et caritate D. N. J. C. in terra, perveniamus omnes ad cantandas in aeternum divinas tuas misericordias in coelo. Amen.

DCVI.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX concessit easdem Indulgentias, ut in Decreto (DCIV) recitantibus Antiphonam et Orationem pro Pace italico etiam idiomate, ut infra.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 18 Septembris 1848.

Date, o Signore la pace ai nostri giorni, perchè non vi è altri, che per noi combatta, se non Voi nostro Dio.

℣. *Abbiasi la pace nella tua virtù.*

℟. *E l' abbondanza de' tuoi ajuti ne' tuoi difensori.*

ORAZIONE.

Signore, mio Dio, da cui vengono a noi i santi desiderj, e i retti consigli, e le giuste operazioni; date ai vostri servi quella pace che non può dare il mondo, acciocchè i nostri cuori sieno tutti dediti ai vostri comandamenti, e tolto il timore dei nemici, i giorni nostri siano per vostra protezione quieti e tranquilli. Per i meriti di Gesù Cristo Signor Nostro. Così sia.

(*Vide* Decretum DCIV.)

DCVII.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI, ETC.

Duodecimae Editionis Romanae.

Cum Indulgentiarum usus Christiano populo maxime salutaris sit, ut ait sacra Tridentina Synodus, Romani Pontifices, Quibus praecipua sollicitudo est de Dominici gregis salute procuranda, numquam defuerunt, quin certis, quibusque locis, certis, quibusque temporibus, injunctis operibus exequendis, Indulgentias sive Partiales, sive Plenarias ad Christifidelium spiritualem utilitatem elargirentur, atque ut de ipsius Indulgentiarum thesauri plenitudine omnes acciperent, plures quoque sacras preces, ac pia opera sacris pariter Indulgentiis ditari omni tempore studuerunt. Accidit tamen, immo persaepe evenire solet, ut ipsae Indulgentiae non acquirantur, vel quia earum concessio ignoratur, vel quia ad lucrandas eas, quae indiscriminatim in nonnullis opusculis, aut impressis foliis, sine hujus S. Congregationis approbatione reperiuntur, nec singulae, nec integrae conditiones declarantur.

Quamobrem opportunum ac necessarium jamdudum videbatur, ut preces ipsae, nec non pia opera, praecipue illa, quibus ex generalibus Summorum Pontificum concessionibus, Indulgentiae sunt adnexae, ex suis germanis fontibus fideliter haustae et simul collecta atque ordine digesta in vulgus ederentur. Quod erat in votis, superioribus annis perfecit Reverendissimus Canonicus Telesphorus Galli clarae memoriae, praefatae Sacrae Congregationis Consultor. Praedictas enim preces, et pia opera in unum volumen accurate et non levi labore redegit, injunctas conditiones pro Indulgentiis assequendis singillatim exposuit, typisque undecies in hac Urbe evulgavit. Cum vero ab Ecclesiasticis viris plurimisque Christifidelibus iterum urgeat hujusmodi Collectionis continuata petitio, ab Archipresbytero Aloisio Prinzivalli Substituto Secretariae hujus Sacrae Congregationis, nunc iterum ex Typographia Salvioniana in lucem editur, non modo ab ipso recognita, sed novis generalibusque concessionibus *a Pio IX Pontifice Optimo Maximo* locupletata.

Itaque Sacra haec Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita non solum praedictum opus omnibus Christifidelibus vivis atque defunctis maxime perutile fore probavit, et ut authenticum recognovit, verum etiam monuit, ut si in quacumque ejusdem operis editione, seu versione cujuscumque idiomatis tam intra, quam extra urbem jam exarata, vel in posterum exaranda, dubium aliquod subinde emerserit, sive quoad Indulgentiarum concessiones, sive quoad praescriptas conditiones adimplendas, ad praesentem decimam secundam editionem Romanam in Actis ipsius Sac. Congregationis asservatam recursus habeatur : ac propterea, ut

Digitized by Google

Decretum hoc omnibus omnino pateat typis similiter tum italico, tum latino idiomate impressum, ad calcem praefatae editionis apponi, ac referri mandavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 28 Augusti 1849.

F. Card. Asquinius Praef.

J. Gallo Secret.

(*Vide* Decreta CDXL, CDLVI, CDLXIV, CDLXVII, DXIX, DLIX, DCXLV.)

DCVIII.

URBIS ET ORBIS.

Universis Catholici Orbis Christifidelibus, ut humillimas ad Deum preces ferventius effundant, ac propter Sanctum Nomen Ejus a flagellis suae iracundiae, atque ab omni tribulatione misericorditer eripiantur, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX supraenunciatas preces corde saltem contrito, ac devote recitantibus, centum dierum Indulgentiam pro unaquaque vice lucrifaciendam, clementer in perpetuum est elargitus absque ulla Brevis expeditione.

Datum Neapoli in Suburbano Portici die 8 Novembris 1849.

F. Card. Asquinius Praef.

Ed. Borromaeus Pro-Secret.

PREGHIERA IN OGNI FLAGELLO O TRIBOLAZIONE.

Adjuva nos Deus salutaris noster, et propter gloriam Nominis tui, libera nos; et propitius esto peccatis nostris propter Nomen tuum.

Psalmus 53.

Deus, in nomine tuo salvum me fac : et in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam : auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quaesierunt animam meam : et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : et Dominus susceptor est animae meae.

Averte mala inimicis meis : et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo Domine : quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : et super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria Patri, etc.

℣. *Propter gloriam Nominis tui libera nos.*

℟. *Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.*

OREMUS.

Preces populi tui quaesumus, Domine, clementer exaudi, et qui juste pro peccatis nostris affligimur, pro gloria Nominis tui misericorditer liberemur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. *Amen.*

Te ergo quaesumus tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti.

DCIX.

URBIS ET ORBIS.

Cum statutum sit hominibus semel tantum mori, et a mortis momento pendeat aeternitas sive gloriae in coelum, sive perditionis apud inferos, congruum est, ut omnes Christifideles pias saepius preces apud Deum Patrem misericordiarum effundant, ad implorandum iis, qui in extremo vitae statu constituti animam agunt, divinae gratiae auxilium, sine quo impossibile est aeternam vitam ingredi; quo fit, ut Clementissimus Dominus eamdem et ipsis misericordiam pro infinita sua bonitate concedet, qui hoc caritatis officium pro animam agentibus in vita praestiterint. Quapropter Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX ut majorem in modum excitati Christifideles in hujusmodi pio exercitio orandi pro animam agentibus intendant, precibusque sibi porrectis ad sacros Indulgentiae thesauros impertiendos annuens, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui praefatam Orationem, quae incipit « *O Clementissime Jesu* » cum versiculo « *Cor Jesu* » quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, corde saltem contrito, ac devote recitaverint, centum dierum Indulgentiam pro qualibet vice, benigne concessit. Iis vero, qui eadem animi dispositione saltem ter in qualibet die, tribus tamen distinctis diei temporibus, per mensem tum Orationem tum versiculum recitaverint, Indulgentiam Plenariam acquirendam die eorum arbitrio eligendo, quo, vere poenitentes, et confessi Sanctissimum Eucharistae Sacramentum sumpserint, nec non aliquam Ecclesiam, vel publicum Oratorium visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium ora-

Digitized by Google

verint, pari benignitate elargitus est. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione, et cum facultate easdem Indulgentias in suffragium fidelium Defunctorum applicandi.

Datum Neapoli in suburbano Portici die 2 Februarii 1850.

F. Card. Asquinius Praef.
Ed. Borromaeus Pro-Secret.

O Clementissime Jesu amator animarum obsecro Te per Agoniam Cordis Tui Sanctissimi, et per dolores Matris tuae Immaculatae lava in Sanguine Tuo peccatores totius mundi nunc positos in agonia, et hodie morituros. Amen.

Cor Jesu in agonia factum miserere morientium.

DCX.

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX omnibus utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito pio Exercitio in Ecclesiis seu publicis Oratoriis per integrum mensem in honorem Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. peragendo (quocumque anni die, ac praeviis debitis facultatibus, initium habeat) devote interessentibus, quo die praefati mensis id egerint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum, benigne concessit. Iis vero Christifidelibus, qui eidem pio Exercitio decies jam interfuerint, Indulgentiam Plenariam acquirendam semel infra dictum mensem, vel infra septem dies ipsum mensem immediate sequentes, die uniuscujusque arbitrio eligenda, in qua vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti, aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, clementer est elargitus; itemque praefatum Exercitium ut supra quocumque similiter anni die incipiendo, sed privatim sive per peculiaria obsequia sive per devotas preces aut alios virtutum actus in honorem ejusdem Pretiosissimi Sanguinis peragentibus Indulgentiam tercentum dierum semel in qualibet ipsius mensis die lucrifaciendam : si vero per integrum mensem praemissa peregerint, Plenariam Indulgentiam vel in ultimo ex triginta diebus, vel pariter in uno ex septem sequentibus diebus consequendam, dummodo singulas injunctas conditiones supra expositas fideliter adimpleant, peramanter impertitus est. Insuper Eadem Sanctitas Sua omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis ac S. Communione refectis, qui Ecclesiam Archiconfraternitatis Pretiosissimi Sanguinis, vel quamcumque aliam Ecclesiam seu publicum Oratorium, in quo Sodalitas, vel Pia Unio ejusdem tituli canonice reperitur erecta, sive quamcumque ex Ecclesiis Patrum Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis in prima mensis Julii Dominica, nec non in feria sexta post quartam Quadragesimae Dominicam, in qua officium recitatur de Pretiosissimo Sanguine, devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam, incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis praedictorum dierum, pari benignitate concessit, facta quoque potestate easdem tam Plenarias, quam Partiales Indulgentias in suffragium fidelium Defunctorum applicandi. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 4 Junii 1850.

F. Card. Asquinius Praef.
J Gallo Secret.

DCXI.

URBIS ET ORBIS.

Cum aliqua difficultas irrepserit circa expositionem et intelligentiam articuli secundi alterius Decreti hujus Sac. Congregationis Indulgentiarum diei 17 Octobris 1847 pro pia Societate Propagationis Fidei, hinc ipsa Sac. Congregatio, audito iterum Oraculo Sanctissimi Domini Nostri Pii PP. IX, eumdem articulum ita intelligendum esse declaravit. « Plenariam nempe Indulgentiam concessam fuisse omnibus piae Societati adscriptis semel in anno, die scilicet qua ubique locorum debitis cum facultatibus solemnis Commemoratio omnium adscriptorum, qui ex hac vita migrarunt, peragetur; praeterea iis orbis terrarum locis dumtaxat in quibus praefatae Societatis quaedam subdivisio existit, vel in posterum existet, in Consiliis videlicet Dioecesanis, Chiliarchiis, Centuriis, Decuriis, aut in aliquibus tamen ex hujusmodi Sectionibus, Indulgentiam similiter Plenariam concessam fuisse, tum die qua praeviis jam dictis debitis facultatibus eadem solemnis Commemoratio fiet unica vice in quolibet anno ab aliquo Consilio Dioecesano generaliter pro omnibus defunctis sub praefato Consilio dum decesserunt existentibus, acquirendam ab adscriptis tantum sub eodem pariter Consilio tunc existentibus; tum die

Digitized by Google

qua, in omnibus ut supra, eadem Commemoratio fiet ab aliqua Chiliarchia pro ipsius Chiliarchiae ex hac vita migratis, lucrifaciendam solummodo ab adscriptis eidem Chiliarchiae; idemque dicendum de Centuriis et Decuriis; dummodo tamen ea die praefati adscripti singulas injunctas conditiones in eodem secundo articulo enunciatas fideliter adimpleant. Insuper declaravit Eadem Sanctitas Sua hoc sensu intelligenda esse Altaria Privilegiata, sive Ecclesiarum, sive publicorum Oratoriorum in quibus hujusmodi solemnis Commemoratio vel generalis, vel partialis sit ut supra celebranda. Et tandem Idem Sanctissimus Dominus Noster, ut animae defunctorum ipsius Societatis magis, magisque suffragentur, declaravit omnes et singulas Missas, quae ubique terrarum sive ab uno sive a pluribus adscriptis pro uno, vel pro pluribus defunctis, dum mortem oppetierunt ad eamdem piam Societatem spectantibus, ad quodlibet Altare celebrari fient, vel a Sacerdotibus adscriptis celebrabuntur, eadem in perpetuum gaudere gratia, ac si in Altari Privilegiato celebratae fuissent. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 10 Septembris 1850.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Subst.

(*Vide* Decreta DXCVII, DCXV, DCLXXXVIII.)

DCXII.

ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM IN DITIONE BELGICA.

Vicarius Provincialis Carmelitarum Excalceatorum in Belgio exponit « in Constitutione Pauli V 30 Octobris 1606 in qua conceduntur Indulgentiae confratribus et consororibus B. M. de Monte Carmelo, disponitur, Indulgentias conferri fidelibus, qui Confraternitatem ingrediuntur, et Habitum receperint.

Similiter in Summario Indulgentiarum a Confratribus ipsis lucrandarum, quod anno 1678 22 *Martii recognitum et approbatum fuit a Sac. Congregatione Indulgentiarum, et Reliquiarum, habetur, fideles ad illas consequendas ingredi debere in Confraternitatem canonice erectam, et ut legitimus sit ingressus eorum, oportere* quod recipiant Scapulare benedictum a Superiore Religionis, seu ab alio Sacerdote facultatem habente illud benedicendi.

Pari modo Clemens XI in suo Brevi 24 *Novembris* 1702, *confirmat quoddam Decretum Eminentissimi Sacripante Ordinis Carmelitarum Protectoris, in quo dicitur « admissos ad aliquam canonice erectam Confraternitatem hujusmodi* teneri prima vice recipere Habitum, seu Scapulare benedictum a Superioribus Religionis, vel ab alio Sacerdote, cui dicta benedicendi facultas fuerit attributa ».

Tandem Sac. Congregatio Indulgentiarum anno 1840 *declaravit valere adscriptionem fidelium in Confraternitatem Scapularis, dummodo in iis adscribendis serventur substantialia, idest* habitus Benedictio, illius impositio, et ad Confraternitatem receptio.

Jam vero Sacerdotes Congregationis Sanctissimi Redemptoris solent in Belgio occasione Sacrarum Missionum, generaliter, et unica formula benedicere nonnulla Scapularia, inter quae illud B. Mariae de Monte Carmelo, quae tunc fideles in manibus gestant, ac postea manibus propriis sibi ipsis imponunt et spargitur in vulgus a Sacerdotibus praedictis quod per hoc fideles rite, et recte in Confraternitatem admittantur, et Indulgentias acquirant a Summis Pontificibus impertitas illis, qui Confraternitatem ingredientur, et Habitum receperint, *et istud ex Rescripto quodam san. me. Pii PP. VII hic ad verbum relato.*

Cum nonnulli Sacerdotes Congregationis Sanctissimi Redemptoris facultatem hodie habeant, et alii imposterum habere possint benedicendi Scapularia quorumdam Ordinum Regularium cum lege eadem imponendi singulis illis fidelibus, qui iis uti exoptant, adhibendo formulam in actu impositionis « *Accipe Scapulare, etc.* et cum obligatione eisdem fidelibus tradendum proprium nomen describendum in Albo illius Ordinis, ad quem pertinet Scapulare; cumque occasione Sacrarum Missionum in actu praedicationis, innumera a fidelibus exhibeantur Scapularia benedicenda, proindeque praefatus Ritus servari nequeant : Superior Generalis praedictae Congregationis humillimis precibus petiit a Sanctissimo Domino Nostro Pio VII Pontif. Max. ut in hoc casu, non obstante omissione praescriptae formae fas sit imposterum supradictis Sacerdotibus praefata Scapularia benedicere, ac si eadem servata fuerit.

Sanctitas Sua, me infrascripto Secretario referente, benigne annuit pro gratia juxta petita. Die 8 Januarii 1803.

F. de Carpineo S. R. C. a Secretis.

Itaque ut habeatur certa regula ad instructionem fidelium, et judicari possit in facto sintne validae adscriptiones hujusmodi in Confraternitatem Sacri

Digitized by Google

Scapularis, Orator poscit resolutionem sequent. dubiorum.

1° *An Rescriptum san. me. Pii PP. VII extendi possit etiam ad Scapulare B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, licet de eo in supplici libello non fiat expressa mentio?*

2° *An Rescriptum san. me. Pii PP. VII* juxta petita *extendi debeat non solum ad benedicendum Scapularia parva sicuti vult suplex libellus, sed etiam ad dispensandum aggregandos a receptione habitu de manu Sacerdotis, et ab eorum formali admissione in Confraternitatem B. Mariae de Monte Carmelo, quae sunt res distinctae a simplici Benedictione habitus, cum illae stare possint sine ista, quemadmodum stant saepe saepius in fidelibus aggregatis, et ex mera devotione volentibus Benedictionem novi Scapularis substituendi veteri attrito?*

3° *An per Rescriptum san. me. Pii PP. VII licet non habeatur clausula* contrariis non obstantibus, *vel quid simile, derogatum sit sufficienter Brevibus Apostolicis, et Decreto Sacrae Congregationis Indulg. supra enumeratis; adeo ut, deficiente impositione Scapularis per manum Sacerdotis ibidem praescripta, ac expressa receptione ad Confraternitatem Ordinis, valida sit admissio fidelium in Confraternitatem et fruantur Indulgentiis, et gratiis?*

4° *An per declarationem posteriorem Sac. Congregationis Indulg. anno* 1840 *volentem ut substantiale in aggregandis impositionem habitus de manu Sacerdotis, etc. censendum sit derogatum Rescripto san. me. Pii PP. VII anno* 1803?

Sac. Congregatio die 31 Januarii 1848 respondit, ut infra : Ad primum « Affirmative ». Ad secundum « Affirmative facto verbo cum Sanctissimo pro Sanatione ad cautelam quoad praeteritum, et pro concessione extensionis Indulti quatenus opus sit quoad futurum ». Ad tertium « Affirmative in sensu praecedenti ». Ad quartum « Negative » et facta de omnibus relatione Sanctissimo Domino Nostro die 19 Septembris 1850, Sanctitas Sua benigne annuit in omnibus juxta Sac. Congregationis vota.

DCXIII.

GALLIARUM.

Humillimis delatis precibus Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX ab Ernesto De Rayneval; in ipsis exposuerat Orator quamdam tum Ecclesiasticorum, tum Saecularium piam Societatem, quae gallice *L'Œuvre pie des Soldats* dicta est Lutetiae Parisiorum ab anno 1848 inchoatam fuisse, cujus peculiaris finis est milites ab ignorantia Catholicae Religionis avertere, eosque in fidei rudimenta informare; hinc variis in Civitatibus per Galliam diffunditur, atque in Oratoriis vel in Cubiculis penes nonnullas Ecclesias eos ad lectionem et scriptionem ediscendam, coadunat, aut eos Christianam edocet Doctrinam, aut eis pietatis libros distribuit, ex qua singulis fere diebus ex praefatis Religionis Scholis, copiosus salutis aeternae fructus dimanat. Cum vero postulasset in eisdem precibus dictus Orator pro aliquibus Indulgentiis elargiendis tam omnibus Christifidelibus praememoratae Societatis in quinquaginta fere Galliae Locis jam existentis, quam aliis in ipsius Galliae Locis in posterum extiturae, nec non caeteris Christifidelibus quocumque modo ad praefatam Societatis propagationem cooperantibus, quam singulis militibus pro eorum facultate dictis Lectionibus seu pietatis Collationibus interessentibus, idem Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX enixis Oratoris votis inclinatus, clementer indulsit, ut omnes et singuli Christifideles Sodales cooperatores, et milites, qui vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium in quatuor infra annum praecipuis festis ad uniuscujusque libitum eligendis, nec non in festivitate S. Mauritii militum Patroni, vel in quatuordecim diebus unumquodque ex praefatis quinque festis immediate sequentibus devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ultimi diei uniuscujusque ex praedictis quindenis, ac semel tantum in qualibet quindena lucrifaciendam consequantur : eisdem vero singulis supraenunciatis Christifidelibus qui hujusmodi Collationibus tam ad docendum, quam ad discendum corde saltem contrito interfuerint quoties id egerint, septem annorum Indulgentiam est impertitus, unicuique tandem militi alicujus Commilitis conversioni pro viribus cooperanti Indulgentiam unius anni singulis vicibus acquirendam, dummodo actum contritionis eliciat, benigne concessit. Voluit autem Eadem Sanctitas Sua has gratias perpetuis futuris temporibus suffragari. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Maii 1851.

C. Card. Asquinius Praef.
J. Gallo Secret.

Digitized by Google

DCXIV.

URBIS ET ORBIS.

Ut magis devotio erga Deiparam semper Virginem in fidelium cordibus incrementum suscipiat, praesertim vero per efficacissimam Sanctissimi Rosarii deprecationem, in qua mysteria quoque nostrae reparationis recoluntur, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX humillimis precibus tum Vicarii generalis, tum generalis Procuratoris totius Ordinis Patrum Praedicatorum, benigne inclinatus, praevia confirmatione singularum Indulgentiarum, quae per gloriosos Praedecessores suos tam sodalibus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii, quam universis Christifidelibus Rosarium recitantibus fuerant elargitae, ipsis sodalibus caeterisque fidelibus Rosarium recolentibus novas Indulgentias clementer impertitus est : indulsit nempe ut Confratres et Consorores cujuscumque sodalitatis Sanctissimi Rosarii tam canonice erectae quam in posterum canonice erigendae, qui aliquam Ecclesiam in sequentibus festivitatibus Conceptionis, scilicet, Nativitatis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, Praesentationis et Assumptionis B. Mariae Virginis, itemque in duabus tantum Quadragesimae feriis sextis ad uniuscujusque libitum eligendis, nec non in Resurrectionis D. N. J. C. Dominica, in Ejusdem Ascensionis festo, ac in Dominica Pentecostes devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis duodecim praedictorum dierum consequantur, dummodo iis diebus vere poenitentes confessi, sacraque Communione fuerint refecti. Decem vero annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam semel in die lucrifaciendam sodalibus aliisque Christifidelibus qui corde saltem contrito tertiam Rosarii partem devote, sive domi, sive in Ecclesiis, seu publicis vel privatis Oratoriis conjunctim recitaverint peramanter est elargitus. Iis tandem fidelibus hujusmodi sodalitati haud adscriptis, qui praefatam tertiam Rosarii partem ter saltem in qualibet hebdomada eodem modo recitare pro more habuerint Indulgentiam Plenariam in ultima singulorum mensium Dominica acquirendam, si vere poenitentes, ut supra, confessi ac sacra Synaxi refecti, aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique juxta praememoratum finem per aliquod spatium temporis oraverint, benigne concessit. Voluit autem Eadem Sanctitas Sua, ut omnes et singulae praefatae Indulgentiae non modo animabus in purgatorio existentibus applicabiles, sed etiam perpetuis futuris temporibus sint valiturae absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Maii 1851.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decreta LVI, LVII.)

DCXV.

URBIS ET ORBIS.

Cum scopus praeclarae Societatis Fidei Propagationis ille sit, ut Christifideles utriusque sexus huic coetui adscripti, et piis precibus, et eleemosynis in id conveniant, ut et Patrem misericordiarum pro dilatatione Fidei Catholicae exorent, et mediis et sumptibus concurrant iis sustinendis oneribus, quae pro ejusdem Fidei dilatatione necessaria omnino sunt, hinc ipsi Christifideles, qui eidem adscribuntur, hoc sibi praecipue assumunt, recitandi nempe quotidie Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam cum versiculo « *S. Francisce Xaveri, ora pro nobis* » et rite praescriptum obulum hebdomadalem erogandi. Quamvis autem hujusmodi eleemosynae elargitio admodum tenuis facile a Christifidelibus queat sustineri ; nonnulli tamen hominum in hac lacrymarum valle ea rerum conditione saepe vexantur qua exiguam quidem eleemosynam hebdomadalem prae sua inopia conferre prohibentur. Quare Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX, dum Gratias et Indulgentias huc usque Pio Operi Propagationis Fidei a suis Praedecessoribus concessas, servato tamen quoad durationis tempus earumdem concessionum tenore, confirmavit, memoria recolens se in terris vices gerere Divini Reparatoris humani generis, qui hoc in mundo, et exemplo paupertatis cultorem se exhibuit, et verbis paupertatem cum virtute conjunctam in honore voluit haberi, hujusmodi vere pauperibus Christifidelibus Ecclesiae thesauros aperuit, ac propterea clementer indulsit, ut si qui Christifideles ita pauperes sint, ut hebdomadalem obulum omnino nequeant elargiri (quod uniuscujusque conscientiae remittendum esse mandavit) et rite adscribi possint inter Sodales, vel jam adscripti, sed qui in posterum id praestare non possent, tamquam sodales

Digitized by Google

omnino habeantur, ita ut omnibus Indulgentiis et Gratiis Fidei Propagationis Sodalibus concessis fruantur, dummodo tamen quidpiam pecuniae, etiam in minima quantitate, juxta uniuscujusque vires et conscientiam, saltem quolibet mense, Societatis Propagationis Fidei Collectoribus, usquedum in hoc verae paupertatis statu maneant, elargiantur, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Caeterum dum Sanctitas Sua hoc speciali Decreto consuluit ne hujusmodi vere pauperes Christifideles Gratiis ac Sac. Indulgentiarum thesauro priventur, expresse etiam mandavit, ut omnes terrarum Orbis Christifideles magis magisque in Domino excitentur, praecipue autem ii, quos honorum omnium largitor Deus fortunis ac reditibus locupletavit, singuli autem pro eorum viribus, ut piae huic Societati nomen dare quamprimum solliciti precibus ac eleemosynis ad finem praeclarum Catholicae Fidei propagationis concurrant, ac Indulgentiis et Gratiis a pia Matre Ecclesia copiose concessis perfruantur. Quapropter animarum Pastores, et praecipue Locorum Ordinarii, Fidei ac Religionis dilatandae zelo succensi verbis et scriptis subditos sibi fideles ad praeclarum opus substentandum inflamment, et simul omnes preces, supplicationesque apud Deum Patrem Omnipotentem offerre quotidie non cessent, ut cum messis multa sit, mittere dignetur operarios in vineam suam, et opportunis subveniat auxiliis ad onera ingentia ubique terrarum perferenda pro majori catholicae Ecclesiae dilatatione, ut omnibus tandem hominibus in unitatem fidei occurrentibus fiat unum ovile, et unus Pastor. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 5 Augusti 1851.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide* Decreta DXCVII, DCXI, DCLXXXVIII.)

DCXVI.

URBIS ET ORBIS.

Cum Reverendissimus P. Praepositus Generalis Societatis Jesu humillime exposuisset, nonnullos ejusdem Societatis alumnos instituendis in pietate et litteris adolescentibus potissimum addictos, ad elidendos conatus inimici humanae naturae, qui malis artibus, instigatione et consiliis pravorum ejusdem aetatis sociorum, ipsorum etiam non raro parentum exemplis in perniciem, praesertim ad mores dissolutos trahere eos nititur, praesentissimum auxilium se habituros confidere si ipsis insinuare valeant, ut in periculis seu tentationibus contra castitatem ad Beatae Virginis Mariae patrocinium confugiant; cumque ad hunc finem consequendum ipsum ipsi Societatis Jesu alumni praeopportunam esse experti sint praxim recitandi mane et vespere post Salutationem Angelicam praefatam orationem : *O Domina mea! O Mater mea! Tibi me totum, etc.* et in quavis tentatione Aspirationem breviorem *O Domina mea! O Mater mea! Memento me*, etc., hinc supradictus Reverendissimus P. Generalis enixis precibus supplicationem porrexit Sanctitati Suae ad facilius inducendos juvenes ad eamdem praxim amplectendam ut Sacro Indulgentiarum thesauro de benignitate Apostolica illam adhibentes ditare velit. Quapropter Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX enunciatis precibus benigne annuens omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui praefatam Orationem quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, mane et vespere post dictam cum fervore, et corde saltem contrito, Salutationem Angelicam, recitaverint, Indulgentiam centum dierum semel in die, iis vero qui singulis diebus per mensem id praestiterint, Plenariam semel in mense acquirendam, ea die qua vere poenitentes confessi, ac sacra Communione refecti aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae oraverint; et quoties in quavis tentatione praefatam aspirationem tantum breviorem, quocumque pariter idiomate, dummodo versio sit fidelis, corde pariter contriti, ac devote recitaverint, toties quadraginta dierum Indulgentiam clementer elargitus est. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione, et cum facultate easdem Indulgentias in suffragium fidelium Defunctorum applicandi, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 5 Augusti 1851.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

ORATIO.

O Domina mea! O Mater mea! Tibi me totum offero, atque ut me Tibi probem devotum, consecro Tibi hodie oculos meos, aures meas, os meum, cor meum, plane me totum. Quoniam itaque tuus sum,

Digitized by Google

o bona Mater, serva me, defende me, ut rem ac possessionem tuam.

ASPIRATIO IN QUAVIS TENTATIONE.

O Domina mea! O Mater mea! memento me esse tuum. Serva me, defende me, ut rem ac possessionem tuam.

DCXVII.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces P. Procuratoris Generalis Clericorum Regularium de Somascha nuncupat. Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX benigne inclinatus universis Christifidelibus, qui corde saltem contrito sequentem Jaculatoriam uti asseritur a S. Hieronymo Æmiliani eorumdem Clericorum Regularium Fundatore recitatam « *Dulcissime Jesu, ne sis mihi Judex, sed Salvator* » quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, devote recitaverint, Indulgentiam quinquaginta dierum, pro qualibet ipsius Jaculatoriae recitatione peramanter in perpetuum est elargitus. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Augusti 1851.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCXXXVII.)

DCXVIII.

URBIS ET ORBIS.

Cum pietas ac devotio fidelium erga Divini Reparatoris Nostri Passionem ubique suscipiat incrementum, per spiritualia praesertim exercitia, sacrasque Missiones, quae ab Alumnis Ven. Congregationis Clericorum Regularium Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis D. N. J. C. peraguntur, Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX humillimas porrexit preces Reverendissimus Praepositus Generalis ejusdem Congregationis ut Indulgentias universis Christifidelibus Coronam quinque Vulnerum Christi Domini Salvatoris a sa. me. Leone PP. XII Praedecessore Suo elargitas, de Apostolica benignitate extendere dignaretur. Votis itaque Oratoris clementissime susceptis, Sanctitas Sua ut Crucifixi Passionis et Plagarum memoria per frequentiorem praefatae Coronae recitationem in fidelium Cordibus validius infigatur, non modo confirmavit singulas Indulgentias in Summario Sac. hujus Congregationis Indulgentiarum sub die 20 Decembris 1823 recensitas, verum etiam omnibus utriusque sexus Christifidelibus ipsam Coronam decies saltem in quolibet mense devote recitantibus, Indulgentiam Plenariam in festivitatibus Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Sanctissimi Nominis Jesu, Dominica Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Christi, ac Trasfigurationis D. N. J. C. vel in eorum octiduis incipiendam a primis vesperis praedictarum festivitatum usque ad totas earumdem festivitatum Octavas semel tantum spatio uniuscujusque octidui ab unoquoque acquirendam, dummodo iis diebus vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti, aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint peramanter voluit impertiri. Facta quoque potestate easdem Indulgentias animabus in Purgatorio detentis applicandi. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Augusti 1851.

F. Card. Asquinius Praef.

J. Gallo Secret.

(*Vide* Summarium in Appendice n° XX.)

DCXIX.

INCERTI LOCI.

Cum ex Decreto Sac. Congregationis Rituum sub die 2 Septembris 1741, in Missis defunctorum in paramentis nigris non ministretur Eucharistia per modum Sacramenti extrahendo Pixidem a custodia *et paramenta nigra hic exclusive intelligantur, ita ut liceat ministrare Eucharistiam per modum Sacramenti si Missa de Requiem dicatur in paramentis violaceis* (*S. Ligor. de Euchar. num.* 249). *Et ex altera parte, ex responso Sac. Congregationis Indulgentiarum sub die* 11 *Aprilis* 1840 : *cum Sacerdos debeat celebrare* in paramentis nigro colore diebus non impeditis, *ut Altaris Privilegiati Indulgentiam consequatur : quaeritur :*

1° *Utrum in allata responsione Sac. Congregationis Indulgentiarum* 11 *Aprilis* color niger *pariter*

Digitized by Google

sensu exclusivo debeat intelligi, ita ut Indulgentiam Altaris Privilegiati non consequatur qui (v. gr. administrandam Eucharistiam per modum Sacramenti) cum paramentis violaceis Missam de Requiem celebret?

2° *Utrum qui hac vel alia quacumque ratione Indulgentiam Altaris Privilegiati non lucretur, possit satisfacere applicando aliam indulgentiam Plenariam Defunctis pro quibus ad Altare privilegiatum celebrare debuerat?*

Sac. Congregatio respondit ad primum « Ut fruatur Altari privilegiato Sacerdos diebus non impeditis celebrare debet Missam defunctorum, et uti paramentis nigris, vel ex rationabili causa violaceis ».

Ad secundum « Negative ». Et ita decrevit die 16 Februarii 1852.

(*Vide etiam* Decreta D et DLXXXVI.)

DCXX.

INCERTI LOCI.

Cujus Sacerdos habens Privilegium personale Altaris privilegiati, bis aut ter in hebdomada accepto stipendio pro Missa celebranda in Altari privilegiato, ex praetextu personalis privilegii ejusdem Altaris privilegiati, celebrat in Altari non privilegiato.

Quaeritur an bene se gerat, et utrum oneri susceptо satisfaciat?

Sac. Congregatio respondit « Affirmative » die 16 Februarii 1852.

DCXXI.

MEDIOLANEN.

Cum prope Basilicam Sanctorum Apostolorum ac S. Nazarii in Civitate Mediolanensi vertente anno 1845, quatuor Sepulchra fuerint inventa, quorum unum singula unius humani corporis ossa atque partem ex ossibus alterius corporis una cum sanguinis vase complectebatur, Eminentissimus S. R. E. Cardinalis Carolus Cajetanus Gaysruck cla. me. Archidioecesis Mediolanensis Antistes huic Sacrae Indulgentiarum, Sacrarumque Reliquiarum Congregationi dubia proposuit « 1° *An inventa corpora vere Martyrum dicenda sint?* Et quatenus affirmative. 2° *An publici fidelium venerationi sint exponenda?* Hinc Eminentissimi Patres praefatae Sac. Congregationis in generalibus Comitiis apud Vaticanas AEdes die 16 Februarii 1852 habitis, visa fidelissima relatione hujusmodi Corporum inventionis, auditis quoque Consultorum votis, caeterisque mature perpensis, tam ad primum quam ad secundum dubium responderunt « Affirmative »; Factaque de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Cardinalem Praefectum relatione in Audientia diei 15 Martii 1852; Sanctitas Sua supraenunciatam Resolutionem benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria ipsius Sac. Congregationis Indulgentiarum.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCXXII.

URBIS ET ORBIS.

In Sacra Congregatione Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita apud Vaticanas AEdes die 16 Februarii 1852 habita, duo enodanda delata fuerunt dubia « 1° *An scilicet in Jubilaeo tum ordinario, tum extraordinario, servandae sint omnes regulae a S. P. Benedicto XIV traditae, quibus non adversatur Bulla Jubilaei?* « 2° *In Bulla Jubilaei solet praescribi visitatio plurium Ecclesiarum ejusdem Civitatis aut loci : sed plurimis in locis unica adest Ecclesia. An in hoc casu Episcopus possit visitationem caeterarum Ecclesiarum in aliud opus pium commutare; vel etiam Cappellam, Altare, Crucem, aliumve pium locum Ecclesiarum loco visitandum designare?* » Cum vero Eminentissimi Patres in generalibus Comitiis ut supra habitis, re mature perpensa, fuerint in voto quoad primum « Affirmative », quoad vero secundum « Supplicandum a Sanctissimo ut per Decretum generale facultatem tribuat Ordinariis toties visitandi unicam Ecclesiam quot sunt Ecclesiae pro acquisitione Jubilaei visitandae » ; de omnibus per me infrascriptum Sac. Congregationis Cardinalem Praefectum Sanctissimo Domino Nostro PP. Pio IX facta fuit relatio in Audientia diei 15 Martii 1852, et Sanctitas Sua de Apostolica benignitate, resolutionem ejusdem Sac. Congregationis approbavit, ac propositam facultatem Ordinariis in casu et ad effectum de quo supra benigne concessit, et ut praedicta

Digitized by Google

Concessio omnibus patefiat, per Decretum generale publicandum esse mandavit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCXXIII.

BRIOCEN.

Ante tempora luctuosae memoriae perturbationis in Gallia anno 1789 *in pluribus Dioecesis Briocensis Ecclesiis Parochialibus existebant Confraternitates quae canonice fuerant erectae, sicuti adhuc pro aliquibusdam constat authenticis monumentis, quae quidem Ecclesiae dispersis seu occisis pastoribus, derelictae fuerunt vel dirutae. Vi Concordati de rebus ecclesiasticis inter primum Consulem et Almam Curiam (anno* 1801 *die* 15 *Julii artic.* 9), *Nova circumscriptio saeculo praesenti ineunte facta fuit Paroeciarum in Dioecesi Briocensi, sed nonnullae e praefatis et antiquis Ecclesiis parochialibus in nova restauratione comprehensae non fuerunt: longiore adhuc elapso tempore et dolendae nimium perturbationis difficultatibus remotis, quaedam ex his Ecclesiis cum approbatione Gubernii Gallici necnon Ordinarii de novo* titulum Ecclesiae Parochialis *obtinuerunt.*

Nunc quaerit 1° *An Indulgentiae rite olim concessae Ecclesiis de quibus supra agitur adhuc reviviscant cum eaedem Ecclesiae canonice Paroeciales iterum factae sunt?*

2° *An Confraternitates quae olim in hisce praedictis Parochialibus Ecclesiis existebant, adhuc gaudeant ejusdem erectionis canonicae titulo, nec non Indulgentiis ab Alma Curia concessis harum Confraternitatum Sociis?*

Sac. Congregatio auditis Consultorum votis respondit die 16 Februarii 1852 ad primum « Consulendum Sanctissimo pro confirmatione Indulgentiarum ad cautelam ». Ad secundum « Constito prius de nova canonica erectione providebitur »; et facta relatione ab Eminentissimo Cardinali Fabio Asquinio Praefecto, Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX in Audientia diei 15 Martii 1852 Sanctissimus quoad primum confirmationem Indulgentiarum in perpetuum concessarum, ad cautelam benigne impertitus est, servato in omnibus earumdem concessionum tenore.

Quoad vero secundum videnda quoque est Resolutio in una Cameracensi sub die 22 Februarii 1847 pag. 231 dub. 3°.

(*Vide* Decreta DXCIII, DCLXXII, DCLXXXVII, DCXCIV.)

DCXXIV.

MACERATEN.

Eminenza Reverendissima.

Il Priore e Guardiani della Venerabile Confraternita della Santissima Trinità eretta nella Chiesa dedicata a Maria Santissima sotto l'invocazione della Misericordia in Macerata avendo ottenuto l'Indulgenza Plenaria quotidiana perpetua pro vivis et defunctis, *domandano se una tale Indulgenza possa lucrarsi ogni giorno da ciascun fedele confessato e communicato visitando la detta Chiesa, ovvero una volta dentro il corso dell' anno. Che, etc.*

Eminentissime ac Reverendissime Domine.

Prior et Guardiani venerabilis confraternitatis Sanctissimae Trinitatis erectae in ecclesia B. M. V. dedicata sub titulo misericordiae in civitate Maceratensi, qui obtinuerunt Indulgentiam plenariam quotidianam perpetuam pro vivis et defunctis, petunt si talis indulgentia possit acquiri singula die a quocumque fideli qui confessus et Sacra Communione refectus visitaverit praedictam ecclesiam, an vero semel tantum intra decursum anni. Et haec, etc.

Sacra Congregatio sub die 16 Februarii 1852 praefato dubio rescripsit « *Dilata* » sed in Audientia Sanctissimi sub die 15 Martii 1852 habita ab Eminentissimo Card. Asquinio hujus Sac. Congregationis Praefecto Sanctissimus Indulgentiam Plenariam quotidianam perpetuam vel ad tempus concessam visitantibus aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium ita semper intelligendam esse mandavit, ut semel in anno tantum ab unoquoque fideli acquiri possit : excepto solummodo casu quod in Decreto, Rescripto, Brevi, etc. concessionis favore alicujus Ecclesiae seu publici Oratorii clare et explicite expressum sit Indulgentiam Plenariam reapse quotidie ab unoquoque Christifideli rite disposito acquiri posse.

DCXXV.

URBIS ET ORBIS.

Cum ad Indulgentias acquirendas persaepe contingat, ut inter praescriptas conditiones, vocales quoque preces injungantur, postulante Eminentis-

Digitized by Google

simo et Reverendissimo Domino Cardinali Jacobo Aloisio Brignole Pii Instituti Surdorum ac Mutorum in Urbe Protectore, cum etiam plures Moderatores horum Institutorum idipsum enixe postulaverint, propositum fuit dubium huic Sacrae Congregationi Indulgentiarum « *An et quomodo Surdo-Muti supplere valeant impotentiae, qua detinentur preces recitandi pro Indulgentiis acquirendis injunctas?* » Re mature discussa tum prius ab uno ex praefatae Congregationis Consultoribus, tum demum ab Eminentissimis Patribus in Comitiis generalibus apud Vaticanas Ædes die 16 Februarii hujus anni habitis, Ipsi Eminentissimi Patres ejusdem Consultoris voto adhaerentes responderunt : « Supplicandum Sanctissimo pro generali Decreto ab hac Sacra Congregatione evulgando, atque Apostolica Auctoritate firmando, cujus vi statuendum » 1. Quod si inter opera pro lucranda Indulgentia praescripta sit visitatio alicujus Ecclesiae, Surdo-Muti Ecclesiam ipsam devote visitare teneantur, licet mentem tantum in Deum elevent, et pios affectus. 2. Quod si inter opera sint publicae preces, Surdo-Muti possint lucrari Indulgentias iis adnexas corpore quidem conjuncti caeteris fidelibus in eodem loco orantibus, sed pariter mente tantum in Deum elevata, et piis cordis affectibus. 3. Quod si agatur tandem de privatis orationibus, proprii Mutorum et Surdorum Confessarii valeant easdem orationes commutare in alia pia opera aliquo modo manifestata, prout in Domino expedire judicaverint. Facta itaque de praefatis omnibus Santissimo Domino Nostro Pio PP. IX per me infrascriptum Sac. Congregationis Indulgentiarum Cardinalem Praefectum relatione in Audientia diei 15 Martii currentis anni, Sanctitas Sua non modo praedictum votum approbavit, verum etiam hujusmodi Gratiam ac Concessionem peramanter elargitam per generale Decretum publicari mandavit.

Datum Romae ex Secretaria Ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae die 15 Martii 1852.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCXXVI.

BRIOCEN.

Episcopus Briocensis proponit casus infrascriptos.

1° *Indulgentia concessa pro aliquo festo cessatne cum illud festum transfertur?*

2° *Sacerdos qui habet facultatem applicandi tantum privatim Indulgentias piis rebus potestne in fine officii publici applicare Indulgentias iisdem rebus depositis super aliquo Altari quod designavit?*

3° *Indulgentia concessa pro festo S. Mariae Magdalenae (de Pazzis) estne lucranda die 25 vel 27 mensis Maii? (In Dioecesi Briocensi illud festum die 27 Maii celebratur).*

4° *Si Christifidelis culpae certae immemor est ex ultima absolutione, teneturne ad absolutionem recipiendam ut lucrari possit Indulgentias pro quibus confessio Sacramentalis praescribitur?*

Sacra Congregatio diei 16 Februarii 1852 respondit « Ad primum » Supplicandum Sanctissimo pro generali concessione translationis Indulgentiarum cum Solemnitas festi cui adnexae sunt Indulgentiae (non tamen quoad officium tantum) legitime transfertur. Ad secundum « Negative ». Ad tertium « Lucretur in casu die 27 Maii ». Ad quartum « Affirmative ».

Et facta de omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX relatione ab Eminentissimo Card. Asquinio Praefecto, in Audientia 6 Maii 1852 Sanctissimus resolutiones Sac. Congregationis approbavit, et quoad primum, mandavit publicari Decretum Generale juxta mentem ut infra; et quoad quartum jussit rescribi « Affirmative servato Decreto Sac. Congregationis Indulgentiarum diei 9 Decembris 1763 a san. me. Clementis XIII approbato ».

(*Vide etiam* Decreta CCLII, DXCIII, DCXXVII, CDXXXII.)

DCXXVII.

(*Sequitur Generale Decretum.*)

URBIS ET ORBIS.

Cum potestas conferendi Indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit in fidelium utilitatem, atque *earum usum Christiano populo maxime salutarem esse* affirmet Sancta Tridentina Synodus (Sess. 26 decr. de Indulg.), congruum omnino videtur omne studium impendere ut Indulgentias, quae occasione dierum festorum vel concessae jam sunt vel concedentur, fideles facilius lucrari possint, eoque magis cum ingens populi Christiani concursus ad ea festa celebranda conveniat. Jam vero cum, hac nostra praesertim aetate, maxime ob Ecclesiasticas Conventiones ab Apostolica Sede cum exteris nationibus initas, festorum legitimae translationes occurrant;

Digitized by Google

et generatim cum per hujusmodi translationes ex justis causis, debitis tamen cum facultatibus factas (licet etiam pro sola externi cultus celebratione quin et una simul Officium cum Missa transferatur), fidelium devotio excitetur ad laudandum Dominum in Sanctis ejus, huic fidelium pietati fovendae atque animarum saluti quam maxime interest ut etiam Indulgentiae his festis adnexae transferantur. Quamvis autem alias tum a S. Rituum Congregatione tum ab hac Sacra Congregatione Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita quaesitum fuerit, utrum in translatione festorum etiam translatae intelligantur adnexae Indulgentiae, et vel negativa intercesserit responsio, vel in singulis casibus recurrendum esse ad hanc Sac. Congregationem sancitum esset, nec unquam generali decreto publice evulgato usquedum huic translationi Indulgentiarum provisum fuerit; attamen Eminentissimi Patres in Generalibus Comitiis hujus Sacrae Congregationis, attentis actualibus temporum hujusmodi et peculiaribus locorum et Ecclesiarum et fidelium circumstantis, atque etiam die 16 Februarii currentis anni pro concessione generali translationis Indulgentiarum occasione translationis festorum supplicandum Sanctissimo unanimiter censuerunt. Sanctissimus itaque Dominus Noster Pius PP. IX audita de his omnibus relatione per me infrascriptum Secretariae ejusdem Sac. Congregationis Substitutum in Audientia diei 9 Augusti 1852 facta, benigne mandavit ut omnes Indulgentiae quae hucusque quibusdam festis concessae fuerunt ac in posterum concederentur, vel quae pro iisdem festis aliquibus Ecclesiis et publicis Oratoriis pariter concessae fuerunt et in posterum concederentur, vel etiam si libuerit de consensu Ordinarii illae concessae in Sacris Supplicationibus, aut in Novendialibus, vel Septenariis, sive Triduanis precibus ante vel post festum vel ejus Octavario perdurante; translatae intelligantur pro eo die quo festa hujusmodi vel quoad solemnitatem tantum et externam celebrationem (non tamen quoad Officium et Missam) in aliquibus locis, vel Ecclesiis, publicisque Oratoriis, sive in perpetuum sive aliqua occasione, sive ad tempus, eoque durante, legitime transferuntur. Cum vero transfertur tantum Officium cum Missa non autem Solemnitas et exterior celebratio festi, Indulgentiarum nullam fieri translationem decrevit.

Hanc autem Apostolicae benignitatis concessionem Eadem Sanctitas Sua quibuscumque in contrarium non obstantibus, ac perpetuis futuris temporibus, absque ulla Brevis expeditione valituram, per hoc Sac. Congregationis Decretum typis impressum publicari voluit, dummodo caeterae omnes aliae conditiones in particularibus vel generalibus concessionibus praedictarum Indulgentiarum pro iis adipiscendis praescriptae omnino serventur.

Datum Romae ex Eadem Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 9 Augusti 1852.

F. Card. Asquinius Praef.

Aloisius Archipr. Prinzivalli Substit.

(*Vide etiam* Decreta CCLII, DXCIII et DCXXVI.)

DCXXVIII.

URBIS ET ORBIS.

Cum in Collectione Precum ac Piorum operum vulgo *Raccolta di Orazioni e pie opere per le quali sono state concedute dai Sommi Pontefici le Sante Indulgenze* duodecies jam Romae typis evulgata, pro quibus a Summis Pontificibus per generales concessiones Indulgentiae sunt fidelibus elargitae, nonnullae ex iis Indulgentiis non reperiantur fidelibus defunctis applicabiles, nonnullae vero preces quibus adnexae sunt Indulgentiae, latino tantum vel italico idiomate scriptae sint, et cum pro tertiadecima vice eadem Collectio sit jamjam evulganda, enixis precibus Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX rogavi ego infrascriptus Secretariae Sac. Congregationis Indulgentiarum Substitutus in Audientia habita die 30 Septembris 1852 ut de Apostolica Sua benignitate clementer indulgere dignaretur, ut deinceps omnes et singulae Indulgentiae tam in ipsa terdiadecima editione quam in aliis Romae in posterum de licentia hujus Sac. Congregationis evulgandis recensendae, fidelibus etiam defunctis applicabiles esse intelligantur, nec non omnes et singulae orationes in ipsa pariter decimatertia, ac in aliis ut supra continendae, quocumque idiomate, dummodo versiones sint fideles pro Indulgentiarum acquisitione, recitari possint. Itaque Sanctitas Sua praefatis humillimis precibus clementissime exceptis, majori Christifidelium spirituali utilitati prospiciens, maximumque animabus defunctorum solatium afferre peroptans, benigne annuit in omnibus juxta petita. Praeterea Eadem Sanctitas Sua mandavit ut si contigerit eamdem Collectionem in aliud verti idioma, hujusmodi versionem typis publicari non posse absque approbatione hujus Sac. Congregationis. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Digitized by Google

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Septembris 1852.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Archipr. Prinzivalli Subst.

DCXXIX.

CONGREGATIONIS PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C.

Ad humillimas preces Congregationis Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Sanctissimus D. N. Pius PP. IX benigne inclinatus clementer indulsit, ut omnes utriusque sexus Christifideles cuicumque Sodalitati ejusdem Pretiosissimi Sanguinis adscripti ac in posterum adscripturi participes sint singulis bonis ac satisfactoriis operibus, quae ab Alumnis utriusque sexus, omnium et singulorum Ordinum seu Regularium Congregationum peraguntur. Insuper Idem Sanctissimus Dominus Noster ipsis Sodalibus vere poenitentibus confessis, ac Sac. Communione refectis, qui aliquam publicam Ecclesiam uniuscujusque arbitrio eligendam in festo B. M. V. sub titulo *Auxilium Christianorum* die 24 Maii inciden. vel in ejus octiduo devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam, fidelibus quoque defunctis applicabilem, incipiendam a primis vesperis usque ad totam ejusdem festivitatis octavam, semel tantum spatio praedictorum dierum per unumquemque lucrifaciendam, benigne concessit; facta quoque Confessariis uniuscujusque Sodalis potestate commutandi in aliis piis operibus supraenunciatam Ecclesiae visitationem, quatenus justa ac rationabilis causa accedat. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Septembris 1852.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEFECTUS.
A. Archip. Prinzivalli Substit.

(*Vide* Summarium Indulg. in Appendice N° XLIII.)

DCXXX.

URBIS ET ORBIS.

Ut Sanctissimum Deiparae semper Virginis Mariae Cor magis ac magis ab omnibus veneretur, ac ejusdem Beatissimae Virginis auxilium ferventius imploretur, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX ad humillimas preces Joannis Boncompagni de Urbe benigne inclinatus, clementer indulsit, ut omnes et singuli catholici Orbis Christifideles quoties corde saltem contrito Jaculatoriam « *Dolce Cuore di Maria siate la salvezza mia* (1) » a Sac. Rituum Congregatione approbatam quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, devote recitaverint, Indulgentiam tercentum dierum lucrari possint et valeant. Iis vero Christifidelibus, qui quotidie per integrum mensem eamdem Jaculatoriam recitare pro more habuerint, Indulgentiam Plenariam semel in quolibet mense, una videlicet cujuslibet mensis die uniuscujusque arbitrio eligenda, qua vere poenitentes, confessi, Sacraque Communione refecti, aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, peramanter est impertitus; facta insuper potestate tam Plenariam, quam Partialem Indulgentiam animabus quoque in Purgatorio detentis applicandi. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Septembris 1852.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Archipr. Prinzivalli Subst.

DCXXXI.

URBIS ET ORBIS SEU ORDINIS CAPPUCCINORUM.

Cum praeter diem in Ecclesia Universali statutam pro speciali animarum in Purgatorio existentium solatio, humillime exposuisset R. P. Procurator Generalis totius Ordinis Seraphyci Cappuccinorum in eorum Statutis aliam esse diem adsignatam, quintam scilicet Octobris, vel ea juxta Rubricas impedita, unam aliam infra Octiduum S. Francisci pro Commemoratione omnium de eorum familia defunctorum, in qua specialia suffragia praesertim in ipsius Ordinis Ecclesiis Religiosis defunctis tribuuntur atque idem Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX enixis precibus rogasset, ut de Apostolica benignitate praefati Ordinis Ecclesias aliqua speciali Indulgentia ditare dignaretur, Sanctitas Sua referente me Secretariae Sac. Congregationis Indul-

(1) Dulce cor Mariae sis salus mea.

Digitized by Google

gentiarum Substituto in Audientia habita die 30 Septembris currentis anni, ejusdem Procuratoris votis clementissime exceptis, benigne concessit Indulgentiam Plenariam omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti, praefata die unam ex Ecclesiis praefati Ordinis devote visitaverint, ac ibi juxta mentem Ejusdem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint; facta insuper potestate eamdem Indulgentiam Plenariam hujusmodi defunctis applicandi. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Septembris 1852.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prizivalli Subst.

DCXXXII.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces Vincentii Thomae Marchetti a Cora Dioecesis Veliternensis Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX benigne inclinatus universis utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito Responsorium cujus initium « *Ostensa quisquis expetit* » cum adnexa oratione in honorem B. Thomae a Cora, latino vel italico idiomate devote recitaverint, vel legere nescientibus ter orationem Dominicam terque Angelicam Salutationem, totidemque *Gloria Patri, etc.* Eidem Beato Thomae corde pariter contrito ac devote fuderint, Indulgentiam centum dierum pro qualibet recitatione clementer concessit. Iis vero Christifidelibus qui supraenunciatas preces per integrum mensem recitaverint, Indulgentiam Plenariam semel in quolibet mense, die uniuscujusque arbitrio eligenda, qua vere poenitentes confessi ac Sac. Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, peramanter est elargitus. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 25 Novembris 1852.

F. Card. Asquinius Praef.
A Colombo Secret.

RESPONSORIUM

IN HONOREM SERAPHYCI BEATI THOMAE A CORA CONFESS. IN ORD. MIN. DE OBSERVANTIA, ET ABBATIAE SUBLACENSIS APOSTOLI.

Ostensa quisquis expetit
Mirari grandia insolita
Supplex Thomae propitium
Nomen vocet auxilio.
Illi procella sternitur
Vis venti, tellus, pluvia
Dirumque mortis spiculum
Brachio refringit valido.
Queis luce carent oculi
Cuique vox haeret faucibus
Qui curis inops angitur
Suppetias affert facilis.
Illi procella, etc.
Nec casus Ejus nutibus
Insontes vexat cladibus
Pallentes morbos abigit
Vitale lumen reficit.
Illi procella, etc.
Thoma o colende, moribus
Innocuis da nos instrui :
Da fausta pacis munera;
Da Beata adire limina.
Illi procella, etc.
Virtus Decus et Claritas
Sit Patri, sitque Filio
Sit largitori Flamini
AEvum per omne gloria.
Illi procella, etc. Amen.

ORATIO.

Deus, qui Beatum Thomam tuo amore succensum interiori mortificatione et eximia in Proximum dilectione decorasti, Ejus meritis, precibusque concede ut nosmetipsos pro Te abnegantes et charitatis opera jugiter exequentes aeterna praemia consequi mereamur. Amen.

DCXXXIII.

URBIS.

Ad humillimas preces Procuratoris Generalis ac Pro-Vicarii Ordinis Praedicatorum Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX inclinatus omnibus

Digitized by Google

Confratribus et Consororibus Archiconfraternitatis Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Mariae supra Minervam de Urbe canonice erectae, revocando Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum interessentibus Processioni in Dominica tertia cujuslibet mensis, et in feria quinta in Coena Domini peragendae elargitam, benigne concessit Indulgentiam Plenariam, dummodo iisdem diebus non modo Sacram Supplicationem comitati fuerint, verum etiam vere poenitentes confessi, ac Sac. Communione refecti, aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint; ac similiter revocata Indulgentia centum dierum iisdem Sodalibus pro visitatione Sanctissimi Sacramenti ubi asservatur in feria quinta Majoris Hebdomadae concessa, clementer elargitus est Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum semel tantum ea die lucrifaciendam si corde saltem contrito ac devote ipsum Sanctissimum Sacramentum visitaverint, ac pariter ut supra oraverint. Et tandem Eadem Sanctitas Sua Indulgentiam septem annorum septemque quadragenarum pari benignitate praedictis Sodalibus est impertitus unica dumtaxat vice singulis anni diebus acquirendam, si corde saltem contrito in aliqua Ecclesia, seu publico Oratorio vespertinis horis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum visitaverint, et juxta enunciatos fines oraverint; facta quoque potestate easdem Indulgentias animabus fidelium defunctorum applicandi; ipsasque caeteris Sodalitatibus praefatae Archiconfraternitati aggregatis, ac in posterum aggregandis communicandi. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 13 Junii 1853.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide* Summarium Indulg. in Appendice N° XLIX.)

DCXXXIV.

URBIS ET ORBIS.

Ut erga Sanctum Camillum de Lellis magis ac magis in Fidelium Cordibus augeatur devotio P. Philippus Develaschi Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium Pro-Praefectus enixis precibus rogabat Sanctissimum D. N. Pium PP. IX ut pro pio Exercitio septem Dominicarum in honorem ejusdem Sancti iterum excitato nonnullas Indulgentias de thesauro Ecclesiae elargiri dignaretur. Oratoris precibus clementissime susceptis Idem Sanctissimus Dominus Noster benigne indulsit, ut omnes utriusque sexus Christifideles quocumque anni tempore per septem consecutivas Dominicas vel publice vel privatim aliquas pias preces in Sancti Camilli honorem fundentes, dummodo sint corde saltem contrito Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum semel in unaquaque ex septem Dominicis lucrari possint, et valeant; iis vero Christifidelibus qui in septima Dominica praeter pias preces ut supra recitandas, etiam vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Plenariam dumtaxat Indulgentiam peramanter est impertitus, cum facultate quoque tam Partialem, quam Plenariam Indulgentiam fidelium defunctorum animabus applicandi. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1853.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCXXXV.

ORDINIS CISTERCIENSIUM.

Ad humillimas preces Reverendissimi D. Theobaldi Cesari Abbatis Monasterii S. Bernardi de Urbe ac totius Ordinis Cisterciensium Generalis Procuratoris Sanctissimus D. N. Pius PP. IX benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus Sacro Novendiali festum S. Bernardi Abbatis et Ecclesiae Doctoris immediate praecedenti in quacumque ipsius Ordinis Cisterciensium Ecclesia peragendo interessentibus, quo die corde saltem contrito ac devote interfuerint, Indulgentiam tercentum dierum peramanter est elargitus. Iis vero Christifidelibus, qui praefato Novendiali quinquies jam interfuerint, Indulgentiam Plenariam semel tantum acquirendam vel in ipso Novendiali, vel in festo et octiduo ejusdem Sancti, si ea die vere poenitentes confessi, ac Sacra Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta

Digitized by Google

mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, clementer est impertitus; facta quoque potestate tam Plenariam, quam Partialem Indulgentiam animabus in Purgatorio detentis applicandi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1853.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCXXXVI.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces F. Joannis Thomae Ghilardi ex Ordine Praedicatorum Episcopi Montis Vici Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX benigne inclinatus, clementer indulsit, ut omnes utriusque sexus Christifideles lucrari possint Indulgentiam unius anni quoties promoverint cantum spiritualium Laudum quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, et a respectivis Ordinariis approbata, quae a Sac. Congregatione Rituum revisae sunt in Libello cui titulus « *Novissima scelta di Laudi sagre approvate dal Vescovo di Mondovi ad uso della sua Diocesi. Mondovi presso Pietro Rossi Tipografo Vescovile* 1852 (1) » Ac Indulgentiam centum dierum quoties peregerint hoc exercitium, si tamen fuerint corde saltem contrito. Promoventibus vero, et ipsum exercitium peragentibus, Indulgentiam Plenariam in festo Nativitatis Domini vel in ejus octiduo, semel tantum spatio octo dierum per unumquemque Christifidelem lucrifaciendam, dummodo vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint peramanter impertitus est. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione; facta quoque potestate easdem Indulgentias animabus in Purgatorio detentis applicandi.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 29 Novembris 1853.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(1) « Novissimus delectus laudum sacrarum approbatarum ab Episcopo Mondoviensi ad usum suae dioecesis. Mondovi apud Petrum Rossi typographum episcopalem, 1852. »

DCXXXVII.

URBIS ET ORBIS.

Ad humillimas preces P. Procuratoris Generalis Clericorum Regularium de Somascha nuncupat. Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX in Audientia diei 11 Augusti 1851 benigne inclinatus omnibus utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito sequentem Jaculatoriam uti asseritur a Sancto Hieronymo Æmiliani eorumdem Clericorum Regularium Fundatore recitatam « *Dulcissime Jesu ne sis mihi Judex sed Salvator* » quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis devote recitantibus, Indulgentiam quinquaginta dierum pro qualibet ipsius Jaculatoriae recitatione peramanter fuerat impertitus, novis tandem precibus ab eodem Procuratore Generali Sanctissimo delatis in Audientia die 29 Novembris labentis anni Eadem Sanctitas Sua clementer indulsit, ut ipsi Christifideles praefatam Jaculatoriam per integrum annum una saltem vice singulis diebus ut supra recitantes, Indulgentiam Plenariam a primis vesperis usque ad totum octiduum festi ejusdem S. Hieronymi die vigesima Julii inciden. semel tantum spatio praedictorum dierum ab unoquoque acquirendam, dummodo ea die vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti, aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint in perpetuum lucrari possint et valeant, cum facultate quoque tam Partialem, quam Plenariam Indulgentiam animabus piacularibus flammis addictis applicandi. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 29 Novembris 1853.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCXVII.)

DCXXXVII.

URBIS ET ORBIS.

Plurimorum utriusque Cleri Sacerdotum preces Sanctissimo Domino Nostro PP. Pio IX fuerunt delatae, ut de Apostolica Sua benignitate prorogare, et quatenus opus esset, de novo concedere dignaretur Indulgentias, quae concessae dicuntur iis, qui in honorem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti

Digitized by Google

recitant supradictas pias invocationes « *Anima Christi, etc.* » a S. Ignatio de Loyola, uti asseritur, primo recitatas. Cum vero de hujusmodi Indulgentiis nullum extet certum documentum, ac diversis in Libellis diversae asseruntur Indulgentiae pro ipsis invocationibus elargitae, Sanctitas Sua praefatis precibus clementissime exceptis, ac ut magis in dies erga tam Venerabile Sacramentum piae devotionis affectus in fidelium cordibus augeatur, revocata quacumque praecedenti concessione, benigne indulsit, ut omnes utriusque sexus Christifideles, qui corde saltem contrito, ac devote praememoratas invocationes recitaverint, tercentum dierum Indulgentiam pro qualibet recitatione lucrari valeant; ac Indulgentiam septem tantum annorum una dumtaxat vice in die acquirendam, si eas emiserint Sacerdotes post peractum Missae Sacrificium, caeterique fideles postquam fuerint Sacra Communione refecti; si vero per integrum mensem semel saltem in die enunciatas invocationes corde ut supra contrito, ac devote effuderint, Indulgentiam Plenariam una die cujuslibet mensis uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes, confessi, sacraque Synaxi refecti, aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Ejusdem *Sanctitatis* Suae pie oraverint, consequantur, facta insuper potestate eas omnes, Plenariam nempe et *Partiales* Indulgentias, animabus in Purgatorio detentis applicandi. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentia rum die 9 Januarii 1854.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

INVOCATIONES IN HONOREM SANCTISSIMI EUCHARISTIAE SACRAMENTI.

Anima Christi, sanctifica me.
Corpus Christi, salva me.
Sanguis Christi, inebria me.
Aqua lateris Christi, lava me.
Passio Christi, conforta me.
O bone Jesu, exaudi me.
Intra tua vulnera absconde me.
Ne permittas me separari a te.
Ab hoste maligno defende me.
In hora mortis meae voca me.
Et jube me venire ad te.
Ut cum Sanctis tuis laudem te.
In saecula saeculorum. Amen.

DCXXXIX.

ORDINIS CISTERCIENSIS IN BELGIO.

Duplici Constitutione diei 20 Junii et 6 Septembris 1591 sa. me. Gregorius XIV Congregationi Cisterciensi Hispaniae, nec non Congregationi Cisterciensi S. Bernardi in Italia benigne communicavit singula privilegia, quibus aliae ejusdem Ordinis Congregationes fruebantur. Cum vero exortum dubium sit *an Cistercienses Belgii praefatorum privilegiorum participes sint effecti*, D. Robertus Van Ommeren Superior Abbatiae S. Bernardi Ordinis Cisterciensium in Belgio Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX enixe rogavit, ut de Apostolica benignitate, ablato dubio, eamdem privilegiorum communicationem Cisterciensibus in Belgio elargiretur; cujus precibus Sanctitas Sua clementer susceptis, benigne annuit in omnibus pro gratia juxta preces. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 13 Februarii 1854.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

DCXL.

URBIS ET ORBIS.

Ad preces humillimas Reverendissimi Patris Jacobi Pignone del Carretto Clericorum Regularium Theatinorum Praepositi Generalis Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX benigne inclinatus omnibus et singulis Confessariis in Universo Orbe Catholico existentibus infrascriptam Orationem, antequam ad Sacramentales excipiendas Confessiones assideant, corde saltem contrito, et devote recitantibus centum dierum Indulgentiam semel tantum in die acquirendam, clementer est elargitus. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 27 Martii 1854.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

ORATIO RECITANDA ANTE SACRAMENTALES CONFESSIONES EXCIPIENDAS.

Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem Sapientiam, ut sciam judicare populum tuum in

Digitized by Google

justitia, et pauperes tuos in judicio. Fac me ita tractare Claves Regni Coelorum, ut nulli aperiam cui claudendum sit, nulli claudam cui aperiendum sit. Sit intentio mea pura, zelus meus sincerus, charitas mea patiens, labor meus fructuosus. Sit in me lenitas non remissa, asperitas non severa, pauperem ne despiciam, diviti ne aduler. Fac me ad alliciendos peccatores suavem, ad interrogandos prudentem, ad instruendos peritum. Tribue, quaeso, ad retrahendos a malo solertiam, ad confirmandos in bono sedulitatem, ad promovendos ad meliora industriam : in responsis maturitatem, in consiliis rectitudinem, in obscuris lumen, in implexis sagacitatem, in arduis victoriam, inutilibus colloquiis ne detinear, pravis ne contaminer, alios salvem, meipsum non perdam. Amen.

DCXLI.

Beatissimo Padre.

Alcuni divoti aggregati alla Pia unione di Roma sotto gli auspicii dell' Immacolata Concezione di Maria umilmente presentano alla Santità Vostra la modula delle Offerte del Sangue preziosissimo di N. S. G. C. da stamparsi e recitarsi dai fedeli alla Santissima Trinità in ringraziamento delle grazie concesse alla Santissima Regina del Cielo e della Terra particolarmente del privilegio dell' Immacolata sua Concezione. Supplicano quindi gli umili Oratori la clemenza la clemenza di V. S. a concedere l' Indulgenza di 300 *giorni ogni volta che ciascun fedele reciterà le dette offerte, o recitandole continuamente per un mese l' Indulgenza Plenaria previa la S. Confessione e Communione, e che dette Indulgenze siano anche applicabili alle anime Sante del Purgatorio.*

Che, etc.

Beatissime Pater.

Aliqui devoti adscripti piae unioni Romanae sub auspiciis immaculatae conceptionis B. M. V. humiliter exhibent Sanctitati Vestrae exemplar oblationum pretiosissimi sanguinis D. N. J. C. typis edendarum et a fidelibus Sanctissimae Trinitati recitandarum in gratiarum actionem pro gratiis concessis Reginae coeli et terrae, praecipue pro privilegio immaculatae ejus conceptionis. Supplicantur proinde humiles oratores clementiam Sanctitatis Vestrae ut concedat Indulgentiam 300 dierum pro singula vice qua quilibet fidelis recitaverit dictas oblationes; et eos recitantibus per mensem continuum Indulgentiam plenariam, praevia sacra confessione et communione : et ut dictae indulgentiae sint etiam applicabiles animabus purgatorii. Et haec, etc.

OFFERTE

Del preziosissimo Sangue di N. S. G. C. alla Santissima Trinità in ringraziamento de' doni e privilegii dei quali fu arricchita la Santissima Vergine e Madre Maria, particolarmente della sua Immacolata Concezione.

Eterno Padre vi offro il Sangue preziosissimo di G. C. in unione della Santissima Vergine immacolata, ed a suo nome, in unione ed a nome di tutti i beati del Cielo e di tutti gli eletti della Terra in ringraziamento dei doni e privilegii dei quali l' avete arricchita come vostra obbedientissima figlia, particolarmente del suo immacolato concepimento. Vi offro anche questo Sangue prezioso per la conversione dei poveri peccatori, per la propagazione ed esaltazione della S. Chiesa, per la conservazione e prosperità del Sommo Pontefice e secondo le sue intenzioni. Gloria Patri, etc.

Verbo Eterno ed incarnato vi offro il vostro preziosissimo Sangue in unione della Santissima Vergine immacolata ed a suo nome ed in unione ed a nome di tutti i beati del Cielo, e di tutti gli eletti della Terra in ringraziamento dei doni e privilegii dei quali l' avete arricchita come vostra affezionatissima Madre, particolarmente del suo immacolato concepimento. Vi offro anche questo vostro Sangue preziosissimo per la conversione de' poveri peccatori, per la propagazione ed esaltazione della S. Chiesa, per la conservazione e prosperità del Sommo Pontefice Romano e secondo le sue intenzioni. Gloria Patri, etc.

Eterno Spirito Santo Dio vi offro il Sangue preziosissimo di G. C. in unione della Santissima Vergine immacolata ed a suo nome ed in unione ed a nome di tutti i beati del Cielo e di tutti gli eletti della Terra in ringraziamento dei doni e privilegii dei quali l' avete arricchita come vostra fedelissima sposa, particolarmente del suo immacolato concepimento. Vi offro anche questo Sangue prezioso per la conversione de' poveri peccatori, per la propagazione ed esaltazione della S. Chiesa, per la conservazione e prosperità del Sommo Pontefice Romano e secondo le sue intenzioni. Gloria Patri, etc.

PREGHIERA ALLA SANTISSIMA VERGINE.

Madre di Dio immacolata Santissima Vergine Maria che per l' amore che a Dio portate e per la

Digitized by Google

gratitudine che gli avete per tante grazie e favori di cui foste da lui arricchita, particolarmente del privilegio singolarissimo del vostro immacolato concepimento, e per i meriti infiniti di G. C. vostro divin figlio e nostro Signore, vi preghiamo e scongiuriamo ad ottenerci la più perfetta e costante divozione verso di Voi ed una piena fiducia di ricevere per la vostra potentissima intercessione tutte le grazie che domandiamo. Sicuri fin da ora di ottenerle dalla vostra immensa bontà col cuore pieno di giubilo e riconoscenza vi veneriamo ripetendo il saluto che vi fece il S. Arcangelo Gabrielle. Ave Maria, etc.

OBLATIONES

Pretiosissimi sanguinis D. N. J. C. Sanctissimae Trinitati in gratiarum actionem pro donis et privilegiis quibus ornata fuit Sanctissima Virgo et Mater Maria, praesertim in immaculata sua conceptione.

Pater aeterne offero tibi sanguinem pretiosissimum Jesu Christi in unione Beatissimae Virginis immaculatae, et in nomine ejus; in unione et in nomine omnium beatorum qui sunt in coelo, et omnium electorum qui sunt in terra; in gratiarum actionem pro donis et privilegiis quibus eam tanquam obedientissimam tuam filiam ornasti, praecipue pro immaculata ejus conceptione. Offero tibi etiam pretiosum hunc sanguinem pro conversione miserorum peccatorum; pro dilatatione et exaltatione S. Ecclesiae; pro conservatione et prosperitate Summi Pontificis et secundum ejusdem intentiones. *Gloria Patri*, etc.

Verbum aeternum et incarnatum offero tibi pretiosissimum tuum sanguinem in unione Beatissimae Virginis immaculatae, et in nomine ejus; in unione et in nomine omnium beatorum qui sunt in coelo et omnium electorum qui sunt in terra, in gratiarum actionem pro donis et privilegiis quibus eam tanquam dilectissimam tuam matrem ornasti, praecipue pro immaculata ejus conceptione. Offero tibi etiam pretiosissimum tuum sanguinem pro conversione miserorum peccatorum; pro dilatatione et exaltatione S. Ecclesiae; pro conservatione et prosperitate Summi Pontificis, et secundum ejus intentiones. *Gloria Patri*, etc.

AEterne Spiritus Sancte Dei, offero tibi sanguinem pretiosissimum Jesu Christi in unione Beatissimae Virginis immaculatae, et in nomine ejus; in unione et in nomine omnium beatorum qui sunt in coelo, et omnium electorum qui sunt in terra, in gratiarum actionem pro donis et privilegiis quibus eam tanquam fidelissimam tuam sponsam ornasti, praecipue pro immaculata ejus conceptione. Offero tibi etiam pretiosum hunc sanguinem pro conversione miserorum peccatorum; pro dilatatione et exaltatione S. Ecclesiae; pro conservatione et prosperitate Summi Pontificis et secundum ejus intentiones. *Gloria Patri*, etc.

ORATIO AD BEATISSIMAM VIRGINEM.

Mater Dei immaculata, Sanctissima Virgo Maria, per tuum erga Deum amorem et gratitudinem pro tantis quibus ab eo ornata fuisti gratiis, praecipue pro singularissimo immaculatae tuae conceptionis privilegio, et per infinita Jesu Christi divini tui filii ac domini nostri merita oramus et obsecramus te, ut obtineas nobis perfectissimam et constantissimam erga te devotionem plenamque fiduciam consequendi per potentissimam tuam intercessionem omnes quas petimus gratias. Ex hoc nunc securi nos easdem ab immensa tua bonitate esse accepturos, corde jubilo et gratitudine pleno veneramur te repetendo salutationem quam ad te direxit S. Archangelus Gabriel. *Ave Maria*, etc.

Romae die 18 Junii 1854.

Benigne annuimus pro gratia juxta petita servatis conditionibus necessariis ad Indulgentiam lucrandam.

PIUS PP. IX.

DCXLII.

URBIS ET ORBIS.

Praeter quamplurimas Plenarias et Partiales Indulgentias, quas ad excitandum in fidelium cordibus devotionis affectum erga S. Stanislaum Kostkam tum in ejus festo celebrando, tum in decem Dominicis ante dictum festum peragendis, tum pro allis piis exercitationibus in ejusdem sancti honorem persolvendis, ipsis fidelibus elargiti sunt Summi Pontifices Pius VII et Leo XII gloriosae recordationis, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX concessionem Indulgentiae quoque tercentum dierum omnibus Christifidelibus semel in quolibet anni die lucrifaciendae, tres orationes corde saltem contrito recitantibus, tam ad impetrandas Puritatis, et Charitatis virtutes, quam gratiam Bonae Mortis meritis et intercessione ejusdem Sancti a Deo obtinendam, die 22 mensis Martii anni 1847 propria manu obsignavit. Enixis iterum delatis precibus eidem Sanctissimo Domino Nostro ex parte Reverendissimi P. Salvatoris Pascale Procuratoris Generalis Congregationis vulgo « *de' Pii Operaj* » in Urbe, ut Plenariam etiam Indulgentiam pro tribus praefatis orationibus dignaretur elargiri, Sanctitas Sua referente me infrascripto Sac. Congregationis Indulgentiarum Secretario in Audientia diei 10 Julii 1854 Oratoris votis clementissime exceptis indulsit, ut omnes utriusque sexus Christifideles, qui singulis diebus cujuslibet mensis tres enunciatas orationes, totidemque orationes dominicas et *Angelicas Salutationes* et *Gloria Patri*, etc. semel saltem in die recitaverint, Indulgentiam Plenariam semel in unoquoque mense lucrari possint et valeant ea scilicet die, qua vere poenitentes confessi, sa-

Digitized by Google

craque Synaxi refecti aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, quas Indulgentias tam Partiales pro singulis diebus quam Plenarias pro singulis mensibus voluit etiam ut unusquisque e Christifidelibus animabus in Purgatorio detentis applicare quaeat. Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Julii 1854.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum DXC.)

DCXLIII.

URBIS ET ORBIS.

Cum sancta sit ac salubris pro defunctis exorandi cogitatio, ut ab eorum solvantur peccatis, ad excitandos erga eos militantis Ecclesiae fideles Romanorum Pontificum Apostolica sollicitudo numquam defuit in elargiendis de ipsius Ecclesiae thesauro pene innumeris Indulgentiis, animabus praesertim in Purgatorio detentis applicabilibus tam in quarumdam Orationum recitatione, quam in nonnullis piis operibus peragendis, ut citius, e piacularibus flammis solutae, ad supernorum civium societatem evolarent. Ut maximum autem eisdem animabus procuraretur solatium, sedente Benedicto XIII felic. rec. pia quaedam devotio, quam Votum, seu Oblationem appellant, a P. D. Gaspare Oliden ex Clericorum Regularium Theatinorum familia fuit instituta, aut saltem per Catholicum Orbem propagata, per quam Christifideles ipsam amplectentes omnia propria meritoria opera, dum in terris morantur, ac singula eorum suffragia, cum ex hac vita decesserint, defunctis fidelibus singulari pietate offerunt, atque in eorum cedunt utilitatem, idemque praelaudatus Pontifex Benedictus XIII omnibus hanc oblationem emittentibus peculiares elargitus est Indulgentias, quas rursus postulante eorumdem Theatinorum Praeposito Generali die 12 Decembris 1788 Summus Pontifex Pius VI sua auctoritate confirmavit, et in Audientia 30 Septembris 1852 Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX instantibus nonnullis Ecclesiasticis viris non modo eas iterum confirmavit, verum etiam voluit eas, ut infra, declarare.

1. Quod Sacerdotes ipsam oblationem profitentes Indulto Altaris Privilegiati personalis gaudere possint singulis anni diebus.

2. Quod omnes Christifideles, qui idem votum, seu oblationem emittunt, Indulgentiam Plenariam fidelibus tantum defunctis applicabilem lucrari queant quocumque die ad Sacram Communionem accesserint, et qualibet anni feria secunda Sacrum Missae Sacrificium in suffragium eorumdem defunctorum fidelium audierint, dummodo in utroque casu aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint.

3. Quod ipsis Christifidelibus omnes et singulas Indulgentias quocumque modo concessas, vel in posterum concedendas, quas lucrari possunt, animabus pariter defunctorum applicare liceat.

4. Quod ut magis ac magis animabus piacularibus flammis addictis perenne tribuatur auxilium ad universi Orbis Christifideles dictam oblationem exsolventes, quatenus opus sit, hoc Indultum extensum habeatur.

Praeterea Eadem Sanctitas Sua prae oculis habens tum adolescentes nondum ad Sacram Communionem accedentes, tum vero infirmos, senes, villicos, in carceribus detentos, caeterosque fideles, qui aut ad sacram Synaxim accedere, aut in feria secunda Sacrum Missae Sacrificium audire nequeunt, in Audientia diei 20 Novembris labentis anni clementer indulsit, ut omnibus et singulis Christifidelibus, qui legitimo impedimento nequeunt Sacrum audire in feria secunda, pro acquisitione supraenunciatae Indulgentiae, in qualibet secunda feria, ut supra, concessae suffragetur Missa quam die Dominico ex praecepto audire tenentur; pro omnibus et singulis vero fidelibus, qui aut nondum Sacrae Eucharistiae sumendae capaces, aut legitima alia ratione hoc Sacramentum sumere nequeunt, benigne remisit facultatem arbitrio respectivi pro tempore Ordinarii Locorum subdelegandi Confessarios ex approbatis pro opportuna Communionis in aliis piis operibus commutatione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 20 Novembris 1854.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum CCL.)

Digitized by Google

DCXLIV.

VERONEN.

SEU

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX universis Christifidelibus Coronam ut infra corde saltem contrito ac devote recitantibus Indulgentiam tercentum dierum semel tantum in qualibet die acquirendam benigne concessit; iis vero Christifidelibus, qui praememoratam Coronam per integrum mensem recitaverint Indulgentiam Plenariam semel in quolibet mense lucrifaciendam die uniuscujusque arbitrio eligenda, in qua vere poenitentes confessi, sacraque Communione refecti fuerint et aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint clementer impertitus est. Facta quoque potestate easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Decembris 1854.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.

A. Colombo Secret.

CORONCINA

OSSIA PREGHIERA IN ONORE DEL SS. ED IMMACOLATO CUORE DI MARIA.

℣. Deus in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandum me festina, etc.

1° *Vergine Immacolata che concepita senza peccato dirigeste tutti i movimenti del purissimo vostro Cuore a quel Dio che fu costantemente l'oggetto del vostro amore sempre sottomessa al suo divin volere, ottenetemi che abborrendo di tutto cuore la colpa, impari da Voi a vivere rassegnato alla volontà del Signore.* Pater Noster, et sette Ave Maria.

Cuor trafitto dal dolor
Fa che avvampi il mio d'amor.

2° *Ammiro o Maria quella profonda umiltà, onde si conturbò il benedetto vostro Cuore all' annunzio onorevole che vi fece l' Arcangelo Gabrielle di essere scelta a Madre del Figliuolo dell' Altissimo, protestandovi di Lui umilissima ancella, e confuso alla vista della mia superbia, a Voi dimando la grazia di un cuore contrito e umiliato, perchè conoscendo la mia miseria possa giungere a conseguire quella gloria che è promessa ai veri umili di cuore.* Pater, etc.

Cuor trafitto, etc.

3° *O Cuore dolcissimo di Maria prezioso tesoro in cui la Vergine benedetta conservava le parole riflettendo ai sublimi misteri che udiva del suo figliuolo Gesù onde non sapeva vivere che per Iddio : quanto la freddezza del mio cuore mi confonde. Ah cara Madre ottenetemi che meditando nel mio cuore la santa legge di Dio cerchi d' imitarvi nel fervoroso esercizio delle Cristiane virtù.* Pater, etc.

Cuor trafitto, etc.

4° *O gloriosa Regina de' Martiri il cui Sacro Cuore nella Passione del Figlio fu acerbamente trafitto da quella spada che vi avea predetta il Santo Vecchio Simeone; impetrate al mio cuore una vera fortezza e una santa pazienza nel sostenere le tribolazioni e le avversità di questa misera vita, e crocifiggendo la mia carne colle sue concupiscenze, nel seguire la mortificazione della Croce mi mostri vostro vero figliuolo.* Pater, etc.

Cuor trafitto, etc.

5° *O Mistica Rosa Maria, il cui amabilissimo Cuore ardendo delle fiamme più vive di carità ci accettò per figliuoli ai piedi della Croce divenendo così la tenerissima nostra Madre; deh fatemi sentire la dolcezza del vostro cuore materno, e la forza del vostro potere presso Gesù in tutti i pericoli della mia vita, e particolarmente nell' ora terribile della mia morte; e così il mio Cuore unito al vostro sempre ami Gesù adesso e nei secoli dei secoli. Così sia.* Pater, etc.

Cuor trafitto, etc.

Volgiamoci ora al Santissimo Cuore di Gesù perchè c' infiammi del Santo suo Amore.

O divin Cuore del mio Gesù io mi consacro a Voi e pieno di gratitudine pei tanti benefizii che ho ricevuto e ricevo dall' infinita vostra carità vi ringrazio con tutto il cuore di avermi anche donata la vostra Santissima Madre consegnandomi a Lei come figlio nella persona del diletto discepolo, deh! fate che il mio cuore arda sempre di amore per Voi,

Digitized by Google

trovando nel dolcissimo vostro Cuore, la sua pace, il suo rifugio e la sua felicità.

BREVIS CORONA

SIVE ORATIO IN HONOREM SANCTISSIMI ET IMMACULATI CORDIS MARIAE.

℣. Deus in adjutorium, etc.

1° Virgo immaculata, quae sine peccato concepta, omnes purissimi tui cordis motus ad illum direxisti Deum, qui constanter fuit objectum amoris tui, divinae ejus voluntati semper te submittens, impetra mihi, ut toto corde abhorrens a peccato, discam a te vivere semper subditus voluntati Dei. *Pater* et septem *Ave*.

Cor transfixum dolore
Fac ut meum semper aestuet amore.

2° Admiror o Maria profundam illam humilitatem, qua turbatum fuit benedictum cor tuum ad honorificum illud nuntium, quod ad te tulit archangelus Gabriel te esse electam in matrem filii Altissimi, cum protestareris te esse humillimam ejus ancillam; et ad aspectum superbiae meae confusus, peto a te gratiam cordis contriti et humiliati, ut cognoscens meam miseriam possim pervenire ad consequendam illam gloriam quae promissa est iis qui sunt vere humiles corde. *Pater*, *Ave*, *Cor*, etc.

3° O cor dulcissimum Mariae pretiose thesaure in quo Virgo benedicta conservabat verba, meditans sublimia mysteria quae audiebat a Filio suo Jesu, unde vivere non poterat nisi pro Deo : quantopere confundit me cordis mei frigus. Ah cara Mater impetra mihi, ut meditans in corde meo Sanctam Dei legem imitari te studeam in fervido christianarum virtutum exercitio. *Pater*, *Ave*, *Cor*, etc.

4° O gloriosa Regina martyrum, cujus Sacrum cor in passione filii amare transfixum fuit gladio illo quem praedixerat tibi Sanctus Senex Simeon; impetra cordi meo veram fortitudinem et sanctam patientiam in sufferendis tribulationibus et adversitatibus miserae hujus vitae; ut crucifigendo carnem meam cum suis concupiscentiis, in sequenda mortificatione crucis verum tuum me monstrem esse filium. *Pater*, *Ave*, *Cor*, etc.

5° O Mystica Rosa Maria cujus amabilissimum cor vividissimis caritatis ardens flammis ad pedem crucis accepit nos in filios, facta eo modo tenerrima nostra mater; ah! fac me sentire materni tui cordis dulcedinem, et magnitudinem potentiae tuae apud Jesum in omnibus vitae meae periculis, praesertim in tremenda mortis meae hora, ut ita cor meum tuo unitum semper amet Jesum, nunc et in saecula saeculorum. Amen. *Pater*, *Ave*, *Cor*, etc.

Recurramus nunc ad Sanctissimum Cor Jesu, ut inflammet nos Sancto suo amore.

O Cor divinum Jesu mei tibi me consecro, et plenus gratitudine pro tantis quae accepi et accipio ab infinita tua caritate beneficiis, toto corde gratias tibi ago quod mihi etiam dederis Sanctissimam tuam Matrem, ipsi me in persona dilecti discipuli tanquam filium commendando : ah! fac ut cor meum semper ardeat amore tui, inveniens in dulcissimo tuo corde suam pacem, suum refugium, et suam felicitatem.

℣. Cor Mariae doloris gladio transfixum

℟. Amore Jesu, quo ardes, accende Cor nostrum.

OREMUS.

Concede quaesumus omnipotens Deus ut qui in Sacro Beatissimae Virginis Mariae Corde gloriantes, Summae ejus in te charitatis et maternae in nos dilectionis commemorationem recolimus, ejusdem amantissimae matris et charitatem imitemur, et patrocinia sentiamus. Per Christum Dominum Nostrum.

℟. *Amen.*

DCXLV.

AUTHENTICITATIS OPUSCULI

VULGO DELLA RACCOLTA DI ORAZIONI, ETC.

Decimaetertiae Editionis Romanae.

Romani Pontifices, quibus praecipua demandata est cura de Christi Gregis aeterna procuranda salute, apertis Ecclesiae thesauris, pene innumeras Indulgentias concesserunt ad spiritualem Christianorum utilitatem, cum *Indulgentiarum usum Christiano populo maxime salutarem esse* Sac. Trid. Synod. doceat (Sess. 25 in Decr. de Indulg.). Accidit tamen, et persaepe evenire solet, ut a fidelibus praefatae Indulgentiae non acquirantur ex eo quod vel earum concessiones, aut injunctae conditiones adimplendae omnino ignorantur, vel ex eo quod in nonnullis praesertim Opusculis, aut impressis foliis quae per orbem absque hujus Sacrae Congregationis approbatione circumferuntur, ne quid de illis dicatur, quae apocryphae quoque sunt et falsae, nec singulae nec integrae conditiones declarentur. Quamobrem opportunum ac necessarium jamdudum Sac. Eidem Congregationi videbatur, ut preces ac pia opera, illa praecipue quibus ex generalibus Summorum Pontificum elargitionibus Indulgentiae sunt adnexae ex suis germanis fontibus fideliter hausta et simul collecta atque ordine digesta in vulgus ederent. Quod quidem ad annum usque millesimum octogesimum quadragesimum quartum perfecit. clar. me. Canonicus Telesphorus Galli hujus Sac. Congregationis Consultor. Ne autem posteriores Indulgentiarum concessiones tum a felic. rec. Gregorio PP. XVI tum a Pio IX Pontifice Optimo Maximo peractae in praefata Collectione deessent, ipsas Aloisius Prinzivalli Archipresbyter insignis Basilicae S. Mariae in Cosmedin de Urbe, Secretariae ejusdem Sacrae Congregationis Substitutus in decima secunda Editione collectas, in hac Urbe evulgavit, atque iterum ab eo

Digitized by Google

ex Typographia Salvioniana novis generalibusque concessionibus locupletata in lucem emittitur.

Itaque Sacra haec Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita non solum praedictum Opus omnibus Christifidelibus vivis ac defunctis maxime perutile fore probavit et ut authenticum recognovit, verum etiam monuit, ut si in quacumque ejusdem Operis Editione seu versione cujuscumque idiomatis tam intra quam extra Urbem jam exarata, vel in posterum exaranda, dubium aliquod subinde emerserit sive quoad Indulgentiarum concessiones, sive quoad praescriptas conditiones adimplendas, ad praesentem decimamtertiam Romanam Editionem in actis ispius Sac. Congregationis relatam recursus habeatur; ac propterea ut hoc Decretum omnibus omnino pateat, typis similiter tum latino tum italico idiomate impressum, ad calcem praefatae Editionis apponi mandavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulg. die 15 Decembris 1854.

F. Card. Asquinius Praef.
A Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decreta CDXL, CDLVI, CDLXIV, CDLXVII, DXIX, DLIX et DCVII.)

DCXLVI.

DITIONIS BELGICAE.

Cum Sac. Congregatio Indulgentiarum in una Valentinen. sub die 5 Februarii 1841 resolutionem dedisset sequenti dubio « Utrum infirmus pluries lucrari possit Indulgentiam Plenariam in mortis articulo a pluribus Sacerdotibus facultatem habentibus impertiendam? Respondit Negative in eodem mortis articulo ». *Exinde quaeritur :*

1° *Utrum vi praecedentis resolutionis prohibitum sit, infirmo, in eodem mortis periculo permanenti, impertiri pluries, ab eodem vel a pluribus Sacerdotibus hanc facultatem habentibus Indulgentiam Plenariam in articulo mortis, quae vulgo* Benedictio Papalis *dicitur?*

2° *Utrum vi ejusdem resolutionis item prohibitum sit, impertiri pluries, infirmo in iisdem circumstantiis ac supra constituto, Indulgentiam Plenariam in articulo mortis a pluribus Sacerdotibus hanc facultatem ex diverso capite habentibus ratione aggregationis Confraternitati Sanctissimi Rosarii, S. Scapularis de Monte Carmelo, Sanctissimae Trinitatis, etc.?*

Sac. Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita postquam in generalibus Comitiis habitis die 5 Martii 1855 apud Ædes Vaticanas votum Consultoris super praefatis dubiis audisset, ac per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium die 12 ejusdem mensis Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX de omnibus relatione peracta, respondit « Ad primum et ad secundum » Negative, firma remanente resolutione Valentinen. sub die 5 Februarii 1841.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congr. Indulg. die 12 Martii 1855.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum DVI.)

DCXLVII.

VERDUNEN.

Enixis precibus Verdunensis Episcopus huic Sac. Congregationi Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae exposuerat, quod hactenus Coronae deprecatoriae, Numismata sacra, Cruces antequam tali vel tali personae distribuantur, in globo benedicantur cum applicatione Indulgentiarum a Sacerdotibus qui hujusmodi facultatem a S. Sede impetraverunt; et exinde quaerebat, utrum valida sit benedictio, ita ut Indulgentias praedictas adnexas possit quisque lucrari. Proposito itaque dubio in generali Eminentissimorum Patrum Conventu in Palatio Apostolico Vaticano die 5 Martii 1855 habito, Sacra Congregatio, voto Consultoris audito, respondit « Affirmative »; et facta per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX relatione in Audientia diei 12 ejusdem mensis, Sanctitas Sua votum Sacrae Congregationis confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis die 12 Martii 1855.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCXLVIII.

MASSILIEN.

Ex parte Clarissarum Civitatis Massiliensis in Gallia humillime exponuntur sequentia dubia.

Ferraris (Biblioth. Canon. Verbo Indulg.) « Ex » Concessione Leonis X Clarissae possunt consequi » plenariam absolutionem et Indulgentiam, ac in-

Digitized by Google

» super Papalem Benedictionem, quatuor in anno » diebus quibus maluerint, *et traditur formula.* »

Confiteor, etc. Misereatur, etc. Indulgentiam, etc. « *Dominus Noster Jesu Christus per merita suae Sanctissimae Passionis vos absolvat, et gratiam suam vobis infundat. Et ego auctoritate ipsius et BB. Apostolorum Petri et Pauli et Summorum Pontificum Ordini Nostro ac vobis concessa, et mihi in hac parte commissa absolvo vos ab omni vinculo Excommunicationis majoris vel minoris et interdicti, si quod forte incurristis, et restituo vos unioni et participationi fidelium nec non Sacrosanctis Ecclesiae Sacramentis. Item eadem auctoritate absolvo vos ab omni transgressione votorum et regulae, Constitutionum, Ordinationum majorum nostrorum, ab omnibus poenitentiis oblitis seu etiam neglectis, et ab omnibus peccatis vestris, quibus contra Deum et proximum fragilitate humana, ignorantia vel malitia deliquistis, concedens vobis remissionem et Indulgentiam Plenariam omnium peccatorum vestrorum confessorum, et etiam cunctorum de quibus non recordamini aut oblitae fuistis, in quantum claves Ecclesiae se extendunt, et restituo vos illi innocentiae in qua eratis, quando baptizatae fuistis, et quomodo Sanctitas Domini Nostri N. Papae faceret, si Ipsemet in confessione peccata vestra auscultasset, etc. ac eadem auctoritate Apostolica Benedictionem Papalem vobis impertior. In nomine Patris, etc.* Deinde injungitur poenitentia. *Ite in pace et gratia Dei, et orate pro me.*

Item ex concessione ejusdem Leonis X possunt consequi Plenariam Absolutionem et Indulgentiam in omnibus Solemnitatibus, seu festis Domini Sabaoth, et B. M. V. omniumque Sanctorum et Apostolorum Petri et Pauli, ac S. Patris Francisci, et S. Clarae, et per totam majorem hebdomadam, et insuper in festo S. Catharinae V. et M. et traditur formula.

(*Haec formula eadem est ac prior, excepto quod terminetur ad haec verba :* Baptizati fuistis).

De quibus enixe quaeritur :

1° *An gratiae praedictae sint adhuc adnexae his formulis : non obstante Bulla Pauli V de Indulgentiis Regularium?*

2° *An retineri vel introduci possit usus illas impertiendi?*

3° *An per festa Domini Sabaoth, intelligendae sunt : Nativitas, Circumcisio, Epiphania, Pascha, Ascensio, Pentecostes, et etiam festum Trinitatis, et Corporis Christi?*

4° *An per festa B. Mariae V. intelligenda sunt : Purificatio, Annuntiatio, Assumptio, Nativitas, Praesentatio, et Conceptio?*

5° *Quia de priori formula dicitur, quod debeat recipi de consensu Confessarii, an sufficiat, ut Abbatissa illum ab eo expostulet, quibusdam diebus ante nomine sororum?*

6° *An Confessarius, et Cappellanus qui non esset Confessarius, possint illas impertire ex delegatione Ordinarii, cui Clarissae subjiciuntur?*

Cum ex parte Clarissarum Civitatis Massiliensis proposita fuissent supraenunciata dubia huic Sacrae Indulgentiarum Congregationi, Eminentissimi Patres in generalibus Comitiis habitis in Apostolico Palatio Vaticano quinta die Martii currentis anni, audito prius Consultoris voto, rebusque mature perpensis, respondendum esse duxerunt, ut infra.

Ad primum « Affirmative, excepta Indulgentia Plenaria pro vivis ».

Ad secundum « Affirmative juxta modum ut in prima ».

Ad tertium « Affirmative juxta consuetudinem ».

Ad quartum « Affirmative juxta consuetudinem ».

Ad quintum « Affirmative ».

Ad sextum « Affirmative ».

Cum vero de praemissis Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX a me subscripto ejusdem Sac. Congregationis Secretario facta fuisset relatio in Audientia diei 12 ipsius Martii, Sanctitas Sua praefatas Eminentissimorum Patrum resolutiones benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulg. die 12 Martii 1855.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCXLIX.

VERONEN.

Episcopus Veronensis cum Sacrae Congregationi Indulgentiarum dubia ut infra enodanda proposuisset, nempe :

1° *Utrum privilegium Clementis XIII quod qui assolent confiteri semel saltem in hebdomada possint lucrari Indulgentias Plenarias infra hebdomadam occurrentes, cum sola communione quamvis in Brevi Apostolico Confessio praescripta sit, valeat et extendatur etiam pro lucranda Indulgentia vulgo de Portiuncula die 2 Augusti?*

2° *Utrum praefatum privilegium suffragetur*

Digitized by Google

etiam illis qui non assolent confiteri semel saltem in hebdomada, sed rarius : attamen confessi sunt intra hebdomadam ante festivitatem, cui est adnexa Indulgentia?

3° *Utrum Confessio hebdomadalis valeat etiam pro lucranda Indulgentia in forma Jubilaei, et extendatur Decretum Clementis PP. XIII Veronae, idest qui saepius assolent confiteri, possint lucrari Indulgentiam etiamsi confessio non sit hebdomadalis?*

Eminentissimi Patres in generalibus Comitiis apud Vaticanas Ædes quinta die Martii ineuntis anni habitis, praecedentibus hujus Sacrae Congregationis Decretis rite perpensis, votoque Consultoris audito, respondendum esse censuerunt.

Ad primum « Affirmative ».

Ad secundum « Negative ».

Ad tertium « Negative ad primam partem; non expedire ad secundam ».

Facta demum de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX per me infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium relatione in Audientia diei 12 ejusdem mensis, Sanctitas Sua praefatas resolutiones benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Martii 1855.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.

A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decreta CCLIX, CDXXXII.)

DCL.

DITIONIS BELGICAE.

Jacobus Ludovicus Levasseur Missionarius Apostolicus Praepositus Generalis Societatis Presbyterorum Misericordiae sub titulo Beatae Mariae in Conceptione sua Immaculata ad S. V. pedes provolutus humillime exponit duplex dubium circa usum facultatis sibi suisque concessae quoad erectionem Stationum Viae Crucis, nempe :

1° *Cum in Rescripto enuncietur facultas erigendi Stationes in publicis Ecclesiis dubium exortum est, utrum his verbis* in publicis Ecclesiis, *excludantur Ecclesiae seu Oratoria Hospitiorum, Seminariorum, Communitatum, Institutionum, etc. quae ad usum tantum personarum intra septa illa degentium aedificata sunt, et publico usui exterorum nonnisi quandoque et per accidens inserviunt?*

2° *Dubitatur etiam utrum exigendum sit in unaquaque Dioecesi exemplar authenticum praedictae facultatis a S. Sede concessae, quod ab Episcopo de scripto cognoscatur, an vero sufficiat testimonium Praepositi Generalis mentionem faciens Rescripti de quo supra, ut possit Episcopus licentiam dare Presbyteris Societatis erigendi Stationes, servatis de caetero reliquis conditionibus a SS. Pontificibus praescriptis. Duplex illud dubium magni momenti videtur, sive ob validitatem erectionum quae multis ab hinc annis factae sunt, sive in posterum providentur.*

Propositis supraenunciatis duobus dubiis in Sacra Congregatione Indulgentiarum die 5 Martii currentis anni apud Vaticanas Ædes habita, Eminentissimi Patres, voto Consultoris audito, respondendum esse duxerunt « Ad primum » Facultatem erigendi Stationes in publicis Ecclesiis, de qua in Rescripto intelligendam esse etiam pro Oratoriis auctoritate Episcopi institutis, et per viam publicam ingressum habentibus « Ad secundum » Provisum per Regulas generales ». Et facta de his Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX per me subscriptum Sac. Congregationis Secretarium relatione in Audientia diei 12 ejusdem mensis, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum resolutiones benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 12 Martii 1855.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.

A. Colombo Secret.

DCLI.

VERONEN.

Joannes Baptista Biadego Cancellarii Episcopalis munere fungens in Civitate et Dioecesi Veronensi huic Sacrae Indulg. Congregationi proposuit dubia ut infra.

1° *Se una Messa celebrata ad un Altare Privilegiato sia per se privilegiata, o sia necessario che o l'offerente la limosina, o il Sacerdote intenda di applicare il privilegio?*

2° *Se* in die obitus, tertii, trigesimi, et anniversarii *la Messa di* Requiem *cantata* pro aliquo defuncto *sia privilegiata?*

1° Utrum missa celebrata ad altare privilegiatum sit per se privilegiata, aut necesse sit ut vel offerens eleemosynam vel sacerdos intendat applicare privilegium?

2° Utrum in die obitus, tertii, trigesimi, et anniversarii Missa de Requiem cantata pro aliquo defuncto sit privilegiata?

Eadem Sacra Congregatio in generalibus Comitiis

Digitized by Google

habitis in Palatio Apostolico Vaticano die 5 Martii ineuntis anni, audito prius Consultoris voto, respondendum esse duxit.

Ad primum « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam ».

Ad secundum « Negative ».

Et facta de his omnibus per me infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX relatione in Audientia diei 12 ejusdem mensis, Sanctitas Sua resolutiones Sacrae Congregationis benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria ipsius Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Martii 1855.

F. Card. Asquinius Praef.
A Colombo Secret.

DCLII.

MELDEN.

Ab hac Sacra Indulgentiarum Congregatione sequentium dubiorum solutionem postulabat Ludovicus Renard majoris Seminarii Meldensis Moderator.

1° *An ad lucrandam Indulgentiam, vel fructus orationis* « Sacrosanctae » *necessario flexis genibus haec oratio sit dicenda, vel an saltem in casu legitimi impedimenti ambulando, sedendo recitari valeat?*

2° *An parvi habitus seu Scapularia sint necessario immediate super corpus deferendi ita ut illud physice tangant, vel an super vestes retineri possint?*

3° *An Indulgentiae adnexae ad recitationem parvi Officii B. M. V. a san. me. Pio V valeant pro solo officio Romano, vel an etiam pro variis Officiis B. M. V. ab auctoritate espiscopali compositis ad instar Officii Romani?*

4° *Qui recitat hymnum* « Veni Creator, etc. » *non juxta correctionem metri, sed juxta pristinum metrum, lucraturne Indulgentias? Doxologiae* (*hymni* Veni Creator, etc.) *variatio intra Tempus Paschale et extra de essentia estne operis ad lucrandas Indulgentias? In Galliis hymn.* Veni Creator, etc. *Doxol. ab auctoritate episcopali proposita, qui praedictum Hymnum recitant cum ista Doxologia valentne suas illius facere Indulgentias?*

5° *Antiphona* « Regina Coeli, etc. » *quae dici solet tempore paschali loco precum* « Angelus Domini, etc. » *recitatur in aliquibus locis cum Versiculo et Respons. diversis ab illis quae dantur in Breviario Romano: an recitatio praedictae Antiphonae cum ista commutatione jus dat aequale ad Indulgentias?*

Quibus dubiis ab Eminentissimis Patribus Sacris Indulgentiis praepositis, in generali Congregatione apud Vaticanum die quinta Martii 1855 habita, mature perpensis, votoque Consultoris audito, fuerunt in voto rescribendum esse.

Ad primum « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam. »

Ad secundum « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam. »

Ad tertium « Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam. »

Ad quartum « Negative in omnibus. »

Ad quintum « Negative. »

Factaque de omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX per me infrascriptum Secretarium relatione in Audientia diei 12 ejusdem mensis, Sanctitas Sua Sac. Congregationis votum benigne approbavit. In Audientia autem Sanctissimi diei 26 Julii praedicti anni habita a subscripto Cardinali Praefecto, Sanctitas Sua ex speciali gratia clementer indulsit, ut Oratio *Sacrosanctae*, etc., pro lucranda Indulgentia a Leone X adnexa, seu fructu dictae Orationis, *etiam non flexis genibus recitari possit ab iis qui legitime impediti fuerint infirmitatis tantum causa.* Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria praefatae Sac. Congregationis die 26 Julii 1855.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCLIV.)

DCLIII.

TURRITAN.

Quamvis in tota Sardiniae ditione ac praesertim in Turritana Provincia singularis semper effulserit Christifidelium devotio erga Patronos suos, Sanctos, scilicet Gavinum, Protum, ac Januarium, quorum corpora, sicut ecclesiastica monumenta testantur a Christianis Incolis in Ecclesia eorum *nomine* consecrata, collocata fuerunt, id unum tantum supererat ad eamdem fidelium in ipsos Martyres *religionem* augendam, quod nempe ex incerto ejusdem Ecclesiae loco praefatorum Sanctorum Martyrum sacra Lypsana invenirentur. Modernus itaque Turritanus Antistes R. P. D. Alexander Dominicus Varesini, quod erat in votis feliciter absolvit; vertente enim

Digitized by Google

anno salutis millesimo octingentesimo quadragesimo octavo, effossis loculis sub inferioris sacelli Altare, quod extat in insigni ac pervetusta Turritana Basilica eisdem Sanctis Martyribus dicata, ac servatis omnibus rite servandis juxta praescripta tum a Sacra Tridentina Synodo, tum a Decretis hujus Sacrae Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum Congregationis, eorumdem Sanctorum Corpora proprio uniuscujusque nomine distincta invenit, eaque inventa authentice recognovit, prout ex authentico Processu huic Sac. Congregationi exhibito satis superque colligitur. Quapropter eadem Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita praememoratum Processum approbavit, atque in Actis ejusdem Sac. Congregationis referri mandavit.

Datum Romae ex Secretaria praefatae Sacrae Congregationis die 28 Novembris 1855.

F. Card. Asquinius Praef.
Aloisius Archipr. Prinzivalli Substit.

DCLIV.

URBIS ET ORBIS.

Cum Sacrae huic Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae in una Melden inter alia exhibitum fuisset dubium enodandum « *An ad lucrandam Indulgentiam vel fructum orationis* » Sacrosanctae et Individuae, etc., *necessario flexis genibus haec oratio sit dicenda, vel an saltem in casu legitimi impedimenti ambulando, sedendo recitari valeat?* « Eminentissimi Patres in generalibus Comitiis die 5 Martii superioris anni apud Vaticanas Ædes habitis respondendum esse duxerunt. » *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam* ». Facta itaque Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX relatione per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium die 12 ejusdem mensis, Sanctitas Sua votum Eminentissimorum Patrum approbavit. In Audientia vero Sanctissimi die 26 Julii ejusdem anni ab Eminentissimo Cardinali Sac. Congregationis Praefecto habita, Eadem Sanctitas Sua ex speciali gratia clementer indulsit, ut Oratio *Sacrosanctae*, etc. pro lucranda Indulgentia a sa. me. Leone PP. X adnexa, seu fructu dictae orationis, *etiam non flexis genibus recitari possit ab iis, qui legitime impediti fuerint infirmitatis tantum causa.* Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione; non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulg. die 7 Januarii 1856.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCLII.)

DCLV.

Cum piorum operum ac precum Collectionem, quibus ex generalibus Summorum Pontificum elargitionibus Indulgentiae sunt adnexae jam Romae pro decimatertia vice in lucem editam Sacerdos Aloisius Pallard in gallicum idioma vertisset, enixis precibus rogabat, ut ab hac Sacra Indulgentiarum Congregatione hujusmodi versio approbaretur, ita ut typis quoque mandari posset; Sacra Eadem Congregatio, attenta revisione unius ex suis Consultoribus, non modo approbandam, atque authenticam recognoscendam esse duxit, verum etiam typis imprimi ac publicari posse permisit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congreg. Indulg. die 28 Martii 1856.

F. Card. Asquinius Praef.
Pro R. P. D. A. Colombo Secret.
A. Archipr. Prinzivalli Substitutus.

DCLVI.

URBIS ET ORBIS.

Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, quae juxta institutionem a sa. me. Clemente PP. IX peractam Constitutione quae incipit: *In ipsis Pontificatus primordiis*, sub die 6 Julii 1669, *facultate* instructa est *omnem difficultatem ac dubietatem in Sanctorum Reliquiis, aut Indulgentiis emergentem... expediendi; ac si qui abusus in eis irrepserint; illos... corrigendi, et emendandi... falsas, apocryphas indiscretasque Indulgentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi, et examinandi, ac ubi Romano Pontifici retulerit, illius auctoritate rejiciendi*, pluries Indulgentiae typis impressae delatae sunt, quae licet falsae omnino, apocryphae et indiscretae, attamen huc illuc, sive hominum malitia, sive incuria, et absque ulla prorsus auctoritate typis mandantur et circumferuntur. Unde illud haud parum detrimenti provenit, quod et in errorem inducantur Christifi-

Digitized by Google

deles, et apud S. M. Ecclesiae hostes Indulgentiae ipsae irrisionibus pateant.

Quapropter Sac. Congregatio, in generalibus Comitiis in Palatio Apostolico Vaticano die 31 Martii proxime elapsi habitis, plures hujusmodi Indulgentias typis excusas tamquam apocryphas, nullas et indiscretas habendas esse declaravit, et locorum Ordinariis, per quorum Dioeceses Indulgentiae ejusmodi circumferuntur, commendandum censuit, ut Sac. Congregationis Decreta in hanc rem edita omni studio observari curent.

Quum vero incongruum prorsus sit omnia semper summaria, libellos, folia, etc. persequi, quae indiscretas, falsas apocryphasque Indulgentias descriptas continent, et qualibet vice prodierint specialibus decretis eliminare, SS. D. N. Pius PP. IX; in Audientia diei 14 Aprilis 1856, praemissam Eminentissimorum Patrum sententiam auctoritate Sua Apostolica adprobando, cupiens insuper ut ad *inaestimabilem* Indulgentiarum *thesaurum* quod attinet, omnia pie, sancte et *incorrupte fiant*, mandavit ut hoc Decreto omnes per orbem Ordinarii hortentur, ut pro ea qua pollent, et qua uti debent sollicitudine in Dominici gregis bonum usque procurandum, invigilent non modo uti ejusmodi Indulguntiae falsae et apocryphae, quantum fieri potest, minime circumferantur, easque e fidelium manibus removeant, verum etiam satagant, ut Decreta a Sac. Congregatione salubriter edita, ac praesertim super earumdem Indulgentiarum publicatione et impressione observentur, in primis vero Decretum sub die 19 Januarii 1756 latum, et a sa. me. Benedicto PP. XIV die 28 ejusdem mensis adprobatum, quod ita se habet « cum experientia quotidie compe- » riatur, complures Indulgentiarum concessiones » generales expediri inscia ipsa Sacra Congregatione » ex quo multi promanant abusus, ac confusiones, » re mature perpensa, praesenti Decreto declaravit, » impetrantes posthac hujusmodi generales conces- » siones, teneri sub nullitatis poena gratiae ob- » tentae exemplar earumdem concessionum ad Se- » cretariam ejusdem Sacrae Congregationis de- » ferri ».

Caeterum ad falsas apocryphasque Indulg. a veris et genuinis haud difficili negotio internoscendas, ea etiam recolere locorum Ordinarios juverit, quae sapienter, de more, et hac in re idem fel. me. Pontifex Benedictus XIV in opere de Synodo Dioecesana edocuit. Et si praeterea aliquibus in rerum adjunctis super Indulgentiarum quarumcumque authenticitate ac genuinitate dubii haererent, ad Sac. Congregationem recurrant, ut inde opportunam dubiorum resolutionem assequantur.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Aprilis 1856.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCLVII.

MEXICANA.

Cum ad Sacram Indulgentiarum, Sacrarumque Reliquiarum Congregationem delatum sit, Altare vulgo *del Perdon* in Ecclesia Cathedrali Mexicana pene innumeris ditatum esse Indulgentiis ac privilegiis, eadem Sac. Congregatio in generalibus Comitiis apud Vaticanas Ædes habitis die 31 Martii ineuntis anni singulas assertas concessiones examinavit, auditoque Consultoris voto, ad dubium « An gratiae, Indulgentiae et privilegia de quibus in casu genuina putanda sint, an apocrypha? » respondendum esse duxit « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. » Facta itaque de his omnibus per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX fideli relatione, Sanctitas Sua Resolutionem Sac. Congregationis approbando, nec non quatenus opus sit quamcumque praecedentem concessionem abrogando, ne fidelium tepescat devotio, ac animabus in Purgatorio detentis deficiat solatium, benigne declaravit idem Altare Privilegiatum pro Missis, quae in eodem a quocumque Sacerdote sive saeculari, sive regulari in suffragium fidelium defunctorum celebrabuntur. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluit insuper Eadem Sanctitas Sua, ut ad praefatum Altare veteri amota Indulgentiarum ac Privilegiorum Tabella, altera hujus Pontificiae novae elargitionis affigatur.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Aprilis 1856.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCLVIII.

MEXICANA.

Cum in Sac. Congregatione Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum in Palatio Vaticano habita

Digitized by Google

die 31 Martii 1856 singulae Indulgentiae ac Privilegia, quibus Altare vulgo *del Perdon* in Ecclesia Cathedrali Mexicana asserebatur ditatum, apocrypha et falsa sint declarata, quaeque ab Apostolica Sede anno 1833 etiam majori Altari Ecclesiae Monialium S. Bernardi ejusdem civitatis fuerant communicata, hinc Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX, Cui de omnibus per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium facta fuerat fidelis relatio, non modo resolutionem ejusdem Sac. Congregationis approbavit, verum etiam quatenus opus sit, praefatam communicationen abrogando, benigne declaravit Privilegiatum quotidianum praememoratum Altare majus Ecclesiae Monialium S. Bernardi pro Missis, quae in eodem a quocumque Sacerdote sive saeculari, sive regulari in suffragium fidelium defunctorum celebrabuntur, ea tamen conditione, ut ab ipso Altari, veteri amota, si qua sit, nova affigatur tabella hujus Pontificiae elargitionis. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Aprilis 1856.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCLIX.

TARANTASIEN.

Quamvis nonnulla dubia in Sacra Indulgentiarum Congregatione die 5 *Martii* 1855 *apud Vaticanum habita proposita fuissent, et relatione tamen Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX ab infrascripto Cardinali Praefecto die* 26 *Julii ejusdem anni peracta, Sanctitas Sua praecipiendum esse duxit, ut in alia Congregatione iterum proponerentur, addito quoque alterius Consultoris voto. Ipsa vero dubia perspicuitatis gratia in meliorem formam redacta fuerunt uti sequuntur.*

1° *An Sodales Tertiarii Ordinis S. Francisci Assisinatis cujuscumque Provinciae sint, lucrifaciant Stationes, Indulgentias, remissiones tum Urbis, quam etiam Portiunculae, sive Jerusalem, et S. Jacobi in Compostella recitando* sex Pater, Ave *et* Gloria, *scilicet quinque pro felici statu S. Matris Ecclesiae, sextum autem pro intentione Summi Pontificis concedentis?*

2° *An Sodales Scapularis Coerulei Immaculatae Conceptionis recitando* sex Pater, Ave *et* Gloria *in honorem Sanctissimae Trinitatis, et Deiparae Virginis Immaculatae, orando pro haeresum extirpatione, exaltatione S. Matris Ecclesiae, atque Christianorum Principum pace et concordia omnes lucrifaciant Indulgentias Septem Basilicarum Romae, Portiunculae, Jerusalem, et S. Jacobi de Compostella?*

3° *An Indulgentias, de quibus in superioribus dubiis lucrentur toties quoties, et an in quocumque loco preces ipsas fuderint?*

4° *An ad easdem lucrandas Indulgentias recitare sufficiat sex tantum* Pater, Ave *et* Gloria, *ita ut necesse minime sit alias preces addere, quomodo in Indulgentiarum concessionibus atque rescriptis orandi per aliquod temporis spatium juxta intentionem Pontificis, seu pro haeresum extirpatione, exaltatione S. Matris Ecclesiae, atque Christianorum Principum pace et concordia, etc. injungi consuetum est?*

5° *An ad memoratas Indulgentias, de quibus scilicet in dubiis I et II consequendas, necessaria sit Sacramentorum Poenitentiae et Eucharistiae susceptio?*

6° *An denique hae ipsae Indulgentiae omnes animabus in Purgatorio detentis applicari possint?*

Itaque Eminentissimi Patres in Comitiis generalibus apud Vaticanas AEdes habitis die 21 Martii currentis anni, rebus mature perpensis, altero quoque voto audito, respondendum esse duxerunt, ut infra.

Ad primum « Affirmative » Ad secundum « Affirmative » Ad tertium « Affirmative juxta votum Consultoris, nempe servato Decreto Sac. Congregationis die 7 Martii 1678 approbato ab Innocentio XI cujus initium » Delatae Saepius. Ad quartum « Affirmative » Ad quintum « Negative » Ad sextum « Affirmative ». Facta denique de his omnibus per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium Eidem Sanctissimo fideli relatione in Audientia diei 14 Aprilis ejusdem anni, Sanctitas Sua resolutiones praefatae Sac. Congregationis benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria ipsius Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Aprilis 1856.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Summarium Indulg. in Appendice, N° LIV.)

Digitized by Google

DCLX.

TERTII ORDINIS S. FRANCISCI.

Cum ex parte Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci in Gallia huic Sac. Indulgentiarum Congregationi remissae fuissent nonnullae preces, tria formulata sunt dubia.

1° *An, scilicet, Tertiarii Saeculares, seu in propria domo viventes gaudeant omnibus Indulgentiis, peccatorum remissionibus, etc. quibus potiuntur Fratres Ordinis Minor. S. P. Francisci vigore* Communicationis?

Et quatenus Affirmative.

2° *An sub hac generali* communicatione *veniat quoque privilegium Indulgentiae* Portiunculae *de secunda die Augusti cujusque anni, alia vulgo* il Perdono d' Assisi?

Et in casu etiam Affirmative.

3° *An praefata gaudeant earumdem etiam Ecclesiae Oratoria, Cappellae in Ecclesiis licet Parochialibus existentes, seu intra eas compraehensae pro omnibus Christifidelibus?*

Sacra itaque Congregatio in Palatio Apostolico Vaticano die 31 Martii currentis anni habita, audito Consultoris voto rescribendum esse censuit « Ad primum » Affirmative ad formam Brevis Sanctissimi Domini Nostri Pii PP. IX sub die 11 Martii 1831 quod incipit « *Cum sicut nobis nuper* ». Ad secundum « Juxta votum Consultoris ». Ad tertium « Negative juxta votum Consultoris ». In Audientia vero Sanctissimi die 14 Aprilis anni 1856 per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium Eidem Sanctissimo relatione peracta, Sanctitas Sua praefatis resolutionibus censuit annuere, ad primum, scilicet, Affirmative juxta praememoratum Breve ». Ad secundum « Juxta votum Consultoris, scilicet, Affirmative » Ad tertium « Negative juxta Consultoris votum ».

Datum Romae ex Secretaria ipsius Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Aprilis 1856.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCXCV.)

DCLXI.

ORDINIS MINOR. OBSER. S. FRANCISCI DECLARATIO.

Ad preces humillimas Reverendissimi Patris Venantii a Celano totius Ordinis Min. Observ. S. Francisci Ministri Generalis Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX clementer inclinatus, audito prius voto Sacrae Eminentissimorum Patrum Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, quae apud Vaticanas AEdes die 31 Martii ineuntis anni est habita, benigne declaravit, omnes et singulas Indulgentias, privilegia, communicationes, etc. Tertiariis S. Francisci a glorioso Praedecessore suo Benedicto XIII concessas tam vigore Constitutionis « *Paterna Sedis* » diei 10 Decembris 1725, quam alterius « *Singularis Devotio* » diei 5 Julii 1726, atque ab ipsa Sanctitate Sua tum Tertiariis Franciscalibus Galliarum per Literas Apostolicas in forma Brevis « *Supremi Apostolatus* » diei 7 Julii 1848 confirmatas, tum per alias literas « *Cum sicut nobis nuper* » diei 11 Martii 1851 ad preces Reverendissimi Patris Ministri Generalis Ord. Minor. Conventualium S. Francisci iterum concessas, extendi ad omnes et singulos S. Francisci Tertiarios sub quacumque directione existentes, sive Ordinis Minor. Observantium, sive Ordinis Minorum Conventualium, sive Ordinis Cappuccinorum, sive denique sub directione cujuscumque Sacerdotis tam saecularis quam regularis legitima tamen facultate pollentis tam erigendi quam moderandi Tertiariorum S. Francisci Sodalitates, seu Congregationes, ita ut unusquisque Tertiarius, qui cuilibet ex praefatis directionibus subsit, dummodo injuncta opera adimpleat, omnibus et singulis Indulgentiis, privilegiis, communicationibus, ut supra, elargitis ac confirmatis, gaudere possit et valeat. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus Constitutione Benedicti XIV anni 1751 quae incipit « *Ad Romanum Pontificem* » et aliis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Aprilis 1856.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Colombo Secret.

DCLXII.

DITIONIS HELVETICÆ SEU URBIS ET ORBIS.

In Congregatione Generali Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita ad Ædes Apostolicas Vaticanas habita die 31 proxime elapsi Martii, ad preces Patris Laurentii Hecht Monachi Benedictini in Ditione Helvetica quaerentis num authenticae revera sint Indulgentiae quaedam, quas in schedula gallice

Digitized by Google

conscripta exhibuerat, quasque adnexas Crucifixi sculptae imagini benedictae asserebat, et quae italice traductae sonant ut sequitur.

Indulgenze accordate dal N. S. PP. Pio VII.

Per una facoltà speciale ottenuta da N. S. PP. Pio VII il 1 *Giugno* 1804, *e confermata con Rescritto ottenuto in Udienza li* 16 *Novembre* 1805, *in appresso confermato da N. S. PP. Pio IX li* 15 *Novembre* 1852, *sono concesse a questo Crocefisso le seguenti Indulgenze.*

1° *Una Plenaria in Articulo mortis per chiunque bacierà il detto Crocefisso, o lo avrà sul suo letto.*

2° *Cento giorni d' Indulgenza per chiunque reciterà avanti a questo* tre Pater Ave, *e* Gloria *secondo l' Intenzione del Sommo Pontefice, e ciò per quante volte si reciteranno.*

3° *Cent' altri giorni d' Indulgenza per chiunque lo bacierà divotamente, ed invocherà almeno col cuore l' ajuto di Dio, e ciò per ogni volta che lo bacierà.*

4° *Indulgenza Plenaria due volte in ciascun mese ad arbitrio di ciascuno, accostandosi alla S. Communione.*

5° *Indulgenza di sette anni e sette quarantene per chiunque riceverà la benedizione col detto Crocefisso dopo la predicazione.*

6° *Le dette Indulgenze sono annexe immediatamente al Crocefisso e non alla Croce : per cui non si perdono quando si affigge il Crocefisso ad altra Croce.*

7° *Tutte sono a vita durante del proprietario del Crocefisso.*

8° *Esse Indulgenze passano successivamente a quelle persone alle quali il proprietario lascia il Crocefisso in dono, in legato o in prestito.*

Il proprietario del Crocefisso (non già quegli cui sia prestato) potrà inoltre, se si trova legittimamente impedito, guadagnar le Indulgenze delle Stazioni dicendo sette Pater *e* sette Ave, *e le Indulgenze della Via Crucis dicendo* quattordici Pater *ed* Ave.

Indulgentiae concessae a SS. D. N. Pio VII.

Ex facultate speciali obtenta a SS. P. N. Pio VII die 1 Junii 1804 et confirmata per rescriptum obtentum in audientia die 16 Novembris 1805, deinceps confirmatum a SS. P. N. Pio IX die 15 Novembris 1852, huic crucifixo concessae sunt Indulgentiae sequentes.

1° Plenaria in articulo mortis pro omnibus qui osculabuntur dictum crucifixum, eumve habebunt in lecto.

2° Indulgentia centum dierum pro omnibus qui ante illud recitabunt tria *Pater*, *Ave* et *Gloria* secundum intentionem Summi Pontificis, et hoc quotiescumque recitabuntur.

3° Alia indulgentia centum dierum pro omnibus qui illud devote osculabuntur, et invocabunt saltem corde adjutorium Dei, et hoc pro singula vice qua illud osculabitur.

4° Indulgentia plenaria bis in singulo mense ad arbitrium uniuscujusque, sumendo Sacram Communionem.

5° Indulgentia septem annorum et septem quadragenarum pro omnibus qui accipient benedictionem cum dicto crucifixo post praedicationem.

6° Praedictae Indulgentiae annexae sunt immediate crucifixo et non cruci : quapropter non amittuntur quando crucifixus affligitur alii cruci.

7° Omnes sunt pro toto tempore vitae proprietarii crucifixi.

8° Illae indulgentiae transeunt successive ad eas personas, quibus proprietarius relinquit crucifixum in donum, legatum aut commodatum.

Proprietarius Crucifixi (non autem illi quibus commodatus fuit) poterit insuper, si fuerit legitime impeditus, lucrari indulgentias Stationum, dicendo septem *Pater* et septem *Ave* et Indulgentias viae Crucis dicendo quatuordecim *Pater* et *Ave*.

Eminentissimi Patres Consultoris voto audito, rescripserunt « Indulgentias de quibus supra, non esse attendendas utpote apocryphas », quam Eminentissimorum ac Reverendissimorum sententiam Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX in Audientia diei 14 Aprilis omnino approbavit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Aprilis 1856.

F. Card. Asquinius Praef.

A Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum CDXIX.)

DCLXIII.

TARANTASIEN.

Huic Sacrae Indulgentiarum Congregationi in Apostolico Vaticano Palatio habitae die 31 Martii 1856 propositis dubiis a Presbytero Missionario Anselmo Collombe Tarantasiensis Dioecesis scilicet.

1° *Monsignor Bouvier nel Trattato dell' Indulgenze dice, che tutti quelli, che assistono alle Processioni del Santissimo Rosario, che si fanno nelle prime Domeniche di ciascun mese lucrano l' Indulgenza di sette anni e sette quarantene per ciascuna volta. Ora di questa Indulgenza non ne fa menzione l' opuscolo intitolato «* Il Rosario di Maria Santissima *» Roma, pag.* 159 *quindi si dimanda* 1° *se questa Indulgenza è autentica;* 2° *se è accordata in favore di tutti i fedeli, che assistono alle dette*

Digitized by Google

Processioni, o solamente ai Confratelli del Santissimo Rosario?

2° *Nel suddetto Opuscolo* « Il Rosario di Maria Santissima, si legge pag. 173 » *che l'Altare del Rosario è privilegiato per tutti i Sacerdoti ascritti a questa Confraternita senza aggiungere altro. Ma altri autori aggiungono che l'Indulgenza dell'Altare Privilegiato non può applicarsi che solamente ai Confratelli defonti. Ora si domanda, se questa Indulgenza può applicarsi ai Confratelli defonti del Rosario, ovvero a tutta sorta di fedeli?*

3° *L'Indulgenza di cinque anni e di cinque quarantene accordata ai Confratelli del Rosario, che pronunciano il Santissimo Nome di Gesù alla fine di ciascuna* Ave Maria *è questa accordata per ciascuna volta, in cui si pronuncierebbe, e come?*

1° Illustrissimus Dominus Bouvier in tractatu de Indulgentiis dicit eos omnes qui intersunt processionibus Sanctissimi Rosarii, quae fiunt in prima cujusque mensis dominica lucrari indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum pro singula vice. Jam autem Indulgentiae hujus mentionem non facit opusculum cui titulus : « Rosarium Bmae V. Mariae, Romae, pag. 159. » Hinc petitur.

1° Utrum ista indulgentia sit authentica. 2° Utrum concessa fuerit in favorem omnium fidelium, qui assistent dictis processionibus, an vero solummodo confratribus Sanctissimi Rosarii?

2° In supradicto opusculo « Rosarium B. M. V., pag. 173» legitur altare Sanctissimi Rosarii esse privilegiatum pro omnibus sacerdotibus illi confraternitati adscriptis, non addendo aliud. Sed alii autores adjungunt Indulgentiam altaris privilegiati non posse applicari nisi defunctis confratribus tantum. Nunc petitur utrum ista indulgentia possit applicari defunctis confratribus Sancti Rosarii, an autem omnibus fidelibus?

3° Indulgentia quinque annorum et quinque quadragenarum concessa confratribus S. Rosarii qui pronuntiant Sanctissimum nomen Jesu in fine cujusque *Ave Maria* estne concessa pro singula vice qua pronuntiatur, et quomodo?

Eminentissimi Patres, voto unius ex Consultoribus audito, respondendum esse duxerunt « Ad primum » Affirmative etiam pro non Confratribus « Ad secundum » In voto Consultoris « Ad tertium » Juxta votum Consultoris ». Facta itaque per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium opportuna de praemissis relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX in Audientia diei 14 currentis Aprilis, Sanctitas Sua praefatam responsionem quoad primum dubium approbans, tum Altaris Privilegiati Sanctissimi Rosarii nempe gratiam pro omnibus Christifidelibus favore Confratrum Sacerdotum, de quo in secundo dubio, tum nempe Indulgentias de quibus agitur pro qualibet vice Sanctissimum Nomen Jesu in fine cujuslibet Angelicae Salutationis in recitatione Rosarii a Confratribus invocatum fuerit lucrari, de quo in tertio dubio, in perpetuum intelligendum esse benigne declaravit, atque auctoritate sua Apostolica concessit. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congreg. Indulg.

F. Card. Asquinius Praef.
A Colombo Secret.

DCLXIV.

URBIS ET ORBIS.

Cum Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX orationem ad infirmorum solatium recitandam, quae incipit « *Divine Jesu, Fili Dei incarnate* » cum Indulgentiae tercentum dierum eamdem recitantibus concessione perpetua jam typis imprimi curaverit; ut benigne hujus largitionis gratiae documentum extaret, eamdem in Actis Secretariae Sac. Congregationis Indulgentiarum ac Sac. Reliquiarum prout hoc rescripto in dictis Actis servando constat, adnotari mandavit. Praeterea Sanctitas Sua praedictam Indulgentiam lucrari qualibet vice praefatam orationem fideles recitaverint declaravit, nec non eamdem animabus etiam defunctorum applicari posse clementer est elargitus. Praesentibus valituris absque ulla Brevis expeditione, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque die 10 Junii 1856.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis.

F. Card. Asquinius Praef.
A Colombo Secret.

ORATIO AD INFIRMORUM SOLATIUM DEVOTE RECITANDA.

Divine Jesu, Fili Dei incarnate, qui pro nostra salute in stabulo nasci, vitam in paupertate, aerumnis et miseria degere, et in Crucis doloribus mori dignatus es, Divino tuo Patri dic, quaeso, in momento mortis meae : Pater ignosce ei; *dic Matri tuae dilectae :* Ecce Filius tuus; *dic animae meae :* Hodie mecum eris in Paradiso. *Deus meus, Deus meus, ne derelinquas me in illa hora!* Sitio : *utique Deus meus, anima mea sitit ad Te, qui es fons aquarum viventium. Vita mea praeterit velut um-*

Digitized by Google

bra; adhuc modicum, et consummata erunt omnia! Quapropter, o Salvator mi adorabilis, ex hoc momento in omnem aeternitatem in manus tuas commendo spiritum meum. *Domine Jesu, accipe animam meam. Amen.*

DCLXV.

Cum diversa pia opera ac preces, quibus Summorum Pontificum elargitionibus Indulgentiae sunt adnexae, nec non complura Sacrae Indulgentiarum Congregationis decreta ac resolutiones ex genuinis fontibus in opusculo, cui titulus « *Le Chrétien éclairé sur la nature et l'usage des Indulgences* » gallico idiomate exaratum accurate collegisset R. P. Antoninus Maurel e Societate Jesu, Sac. Congregatiò Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita ad ejusdem preces declarat hujusmodi collectionem authenticam esse, ac proinde publicari posse. Insuper, cum aliquibus precibus in eodem opusculo versio gallica a praedicto P. Maurel apposita fuerit, eaque a novissima decimatertia Romana editione operis, cui titulus « *Raccolta di orazioni, e pie opere per le quali sono state concedute dai Sommi Pontefici le S. Indulgenze, etc.* » diligenter, fideliterque deprompserit, Sacra eadem Congregatio versiones ipsas fideles declarat, et approbat.

Datum Romae ex Secretaria praefatae Sac. Congregationis die 11 Julii 1856.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum DCLXX.)

DCLXVI.

FIDENTIN.

Quamquam ex indubiis Fidentinis monumentis sacras Exuvias Christi Martyris Sancti Domnini Fidentinae Ecclesiae Cathedralis Titularis, nec non Civitatis et Dioecesis Patroni Praecipui in ipsa Ecclesia reconditas esse constaret, ignotum tamen diu fuit quo proprio in loco ejusdem Ecclesiae requiescerent, etsi testimonium virorum in rebus patriis eruditorum in eam perpetuo induceret opinionem, sub Ara Hypogei praefatae Cathedralis hoc Sacrum Corpus humatum celari. Id itaque tantum supererat ad Fidentinos christifideles erga suum beneficentissimum Patronum devotione inflammandos, quod nempe ex incerto loco praelaudati Sancti Martyris ossa invenirentur. Quapropter hodiernus Fidentinus Antistes R. P. D. Petrus Chrysologus Basetti occasione arrepta novae Ædiculae aperiendae in eodem Hypogeo praecipiendum duxit Arcam marmoream, quae super Altare evehebatur eousque in solum demittere, ut Altare ipsum, sacro lapide superposito, constitueret. Quare Altari veteri diruto, et terra altius effossa post plura lapidea strata marmoreum sarcophagum horis nocturnis diei 19 Julii 1853 invenit, in quo jacens cadaver, super cujus pectoris ossa caput positum erat, asservabatur. Hisce praehabitis, cum circa praefatum corpus inventum praememoratus Antistes singula documenta perspexisset, tum quoad sarcophagum ejusque adjuncta ex peritorum antiquariae artis judicio, tum quoad cadaver ac caetera quae comitabantur ex medicorum sententia, de suorum quoque theologorum consilio, putavit posse indubie declarari inventa ossa, corpus esse sancti martyris Domnini Fidentinae Civitatis et Dioecesis Patroni. De quibus omnibus processum rite confectum, inceptum nempe die 19 Julii, ac die 16 Septembris praedicti anni absolutum, huic Sacrae Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Congregationi exhibuit approbandum. Sacra itaque Congregatio cum nihil in praememorato processu contra praescriptiones Sacrosanctae Tridentinae Synodi, ac ejusdem Sac. Congregationis Decreta reperisset, non modo eum ratum habuit, verum etiam in Actis ipsius Sac. Congregationis referri mandavit.

Datum Romae ex Secretaria praefatae Sac. Congregationis die 12 Julii 1856.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archip. Prinzivalli Substit.

(*Vide etiam* Decretum CCXXII.)

DCLXVII.

MASSILIEN.

Bernardinus Blancheles Parochus Ecclesiae S. Hieronymi in Dioecesi Massiliensi humiliter postulat a Sanctitate Vestra:

1° *An qui rite semel adscripti in Sodalitate Scapularis B. M. V. de Monte Carmelo, postea habitum Sacrum Sodalitatis dimiserunt, teneantur ad novam sacri habitus receptionem a potestatem habente, si velint Indulgentias praedictae Sodalitati a Summis Pontificibus concessas lucrari, vel an suffi-*

Digitized by Google

ciat ut habitum sacrum ipsi denuo resumant simpliciter?

2° *Et quatenus affirmative ad primum « Quodnam temporis spatium a dimissione habitus sacri requiratur ut nova receptio a potestatem habente necessaria sit?*

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita ad praefata dubia respondit ut infra.

Ad primum « Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam ». Ad secundum « Provisum in in primo ».

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 27 Maii 1857.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Substit.

DCLXVIII.

Cum Sacrae huic Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae exhibitum fuerit opusculum gallice conscriptum, cui titulus *Choix de pieuses pratiques auxquelles sont attachées des Indulgences plénières et partielles*, eadem Sac. Congregatio, ad concessiones Indulgentiarum in eo contentas quod attinet, nec non ad conditiones pro iis lucrandis ibidem propositas, authenticas esse declarat, easdemque typis imprimi, ac publicari posse permittit; et mandat, ut duplex hujus editionis exemplar, in ejusdem Actis adservandum, quamprimum transmittatur.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Maii 1857.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Substit.

DCLXIX.

Cum inter Decreta in Indice Librorum prohibitorum comprehensa (§ III, N° 12) statutum sit *Indulgentiarum libros omnes, Diaria, Summaria, libellos, folia in quibus earum concessiones continentur non esse edenda absque licentia Sac. Congregationis Indulgentiarum*, haec Sacra Congregatio precibus Sacerdotis Vincentii Terrasson, qui librum, cui titulus « *Recueil d'Indulgences Plénières d'une pratique facile, etc.* » in quo concessiones Indulgentiarum continentur, edere cupit, annuens, attento voto Aloisii Archipresbyteri Prinzivalli Secretariae Sacrae Congregationis Substituti, benigne illum quoad spectat ad concessiones Indulgentiarum in eodem libro collectas typis edendi facultatem cum peractis correctionibus concedit.

Datum Romae ex Secretaria ipsius Sac. Congregationis Indulgentiarum die 24 Novembris 1857.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Subst.

DCLXX.

Cum R. P. Antoninus Maurel e Societate Jesu novam editionem operis cui titulus « *Le Chrétien éclairé sur la nature et l'usage des Indulgences* » typis mandare cupiat, in quo alia decreta et Indulgentias addidit iis quae in prima editione publicaverat, Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita ejus precibus, postquam opus fuerit diligenter examinatum, annuens, illud publicari posse libenter permittit, quoad spectat ad decretorum et Indulgentiarum collectionen quae in eo continetur; ita ut hujusmodi editioni secundae in iis quae ad praefata Decreta et Indulgentias attinent, omnino sit attendendum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiis et Sacris Reliquiis praepositae die 12 Decembris 1857.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Subst.

(*Vide etiam* Decretum DCLXV.)

DCLXXI.

Albien.

Cum in Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, quae apud Vaticanas Ædes die 14 Decembris 1857 habita fuit, ab Archiepiscopo Albiensi propositum fuisset dubium, scilicet « *Utrum possit sicut antea ad fidelium venerationem exponere Brachium de argento continens* os unum Brachii S. Caeciliae? » Eminentissimi Patres, auditis prius ejusdem Sac. Congregationis Consultorum votis, rebusque mature perpensis, respondendum esse duxerunt « Affirmative ».

Datum Romae ex Secretaria ipsius Sac. Congregationis Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum die 14 Decembris 1857.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

Digitized by Google

DCLXXII.

TORNACEN.

Cum in Sac. Congregatione Indulgentiarum, quae die 14 Decembris 1857 apud Vaticanas Ædes habita fuit, ex parte Vicarii Generalis Dioecesis Tornacensis propositum fuisset dubium « *Utrum antiquae Sodalitates quae post Concordatum anni* 1801 *noviter ac canonice erectae non fuerunt, privilegia et Indulgentias ipsis concessas amiserint?* » Eminentissimi Patres, audito prius Consultoris voto, responderunt « Affirmative ».

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 14 Decembris 1857.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Colombo Secret.

(*Vide* Decreta DXCIII, DCXXIII, DCLXXXVII et DCXCIV.)

DCLXXIII.

TORNACEN.

Beatissime Pater.

A. P. V. Descamps Vicarius Generalis Dioecesis Tornacensis humiliter exponit, ut infra. Cum rescripta Sacrae Congregationis Indulgentiarum quibus facultas erigendi Viam Crucis Sacerdotibus saecularibus conceditur, eamdem facultatem delimitent ad Ecclesias seu publica vel privata Oratoria de Dioecesi locorum in quibus Ordo Minor. Observ. S. Francisci Assisiensis non existit, *diversae circa horum verborum sensum moventur quaestiones; ideo Sanctitati Vestrae supplicatur quatenus sequentia dubia solvere dignetur.*

1° *Quid per loca in quibus Ordo Min. Observ. S. Francisci Assisiensis non existit intelligendum sit in casu, an Civitas, Oppidum, Pagus, cum respectivis Suburbiis, sive locis eis adjacentibus? Et quatenus negative.*

2° *An intelligendum sit Paroecia vel universa Dioecesis, aut alia quaelibet Dioecesis sectio, seu pars?*

3° *An per formulam Rescripti censeatur prohibitum, quominus Via Crucis erigatur extra Ecclesias, vel Oratoria sive publica sive privata, ex. gr. in Coemeteriis, vel in Claustris?*

4° *An sub poena nullitatis apponatur facultatis delimitatio ad loca ubi Ordo Min. Observ. S. Francisci non existit, et ad Ecclesias et Oratoria tantum ejusmodi locorum?*

Cum in Sacra Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum Congregatione habita die 14 Decembris 1857 in Palatio Apostolico Vaticano proposita fuissent quatuor supraenunciata dubia a Vicario Generali Dioecesis Tornacensis, Eminentissimi Patres, rebus mature discussis, respondendum esse decreverunt, ut infra « Ad primum Affirmative » « Ad secundum Provisum in primo » « Ad tertium et quartum Affirmative ».

Datum Romae ex Secr. ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Colombo Secret.

DCLXXIV.

PETROCOREN.

Beatissime Pater.

In Decretis de libris prohibitis quae post Regulas Indicis addita sunt, haec leguntur « § *III, N°* 12 » Indulgentiarum libri omnes, Diaria, Summaria, Libelli, Folia, etc. in quibus earum concessiones continentur, non edantur absque licentia Sac. Congregationis Indulgentiarum.

Cum vero circa hujus regulae interpretationem plura dubia exorta sint, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus Episcopus Petrocorensis et Salatensis in Galliis ab Ipsa efflagitat humillime :

1° *Utrum praefata Regula ita intelligenda sit ut nulla Summaria Catalogi, folia Indulgentiarum ipsa auctoritate Ordinarii imprimi possint, absque speciali licentia Sac. Congregationis Indulgentiarum, etiam quando ipsi certo constat authentitas, etc. illas Indulgentias, verbi gratia, quia penes se habet Catalogos aut Summaria Romae impressa?*

2° *An vero haec impressio et evulgatio solum prohibeatur Ordinario quando non ipsi certo constat jam a Sac. Congregatione Indulgentiarum evulgatas fuisse has Indulgentias?*

Exhibitis ab Episcopo Petrocorensi duobus supraenunciatis dubiis in Sacra Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, quae apud Vaticanas Ædes die 14 Decembris 1857 habita est, Eminentissimi Patres, audito prius Sac. Congregationis Consultore, ac rebus mature perpensis, fuerunt in voto quoad utrumque dubium ut infra.

Digitized by Google

« Articulum 12 § III Decretorum post Regulas Indicis editorum ita esse intelligendum, et in praxim deducendum, ut si agatur de edenda concessione alicujus Indulgentiae, vel Summarii Indulgentiarum, quod ex Brevi Apostolico, vel Rescripto desumendum est, aut de Summario ex auctoritate Sacrae Congregationis jam vulgato, in potestate Ordinarii sit licentiam concedere earumdem Indulgentiarum concessiones typis imprimendi (dummodo pro aliquo elencho non sit specialis et expressa prohibitio); e contra vero si sermo sit de Summario vel antea collecto, sed numquam approbato, vel nunc primum ex diversis concessionibus colligendo requiritur expressa Sacrae Congregationis Indulgentiarum licentia. » Addita tamen conditione « Facto verbo cum Sanctissimo ». Factaque per me infrascriptum Sac. Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX fideli relatione in Audientia diei 22 Januarii 1858, Sanctissimus votum Eminentissimorum Patrum approbavit ».

Datum Romae ex Secretaria praefatae Sac. Congregationis Indulgentiarum.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCLXXV.

Porrectis precibus a P. Procuratore Ordinis Praedicatorum huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Eminentissimis Patribus in generalibus Comitiis apud Vaticanas Ædes die 14 Decembr. 1857 habitis, propositum fuit dubium dirimendum « *An* scilicet, *consulendum sit Sanctissimo ut concedere dignetur, ut omnes utriusque sexus Christifideles Rosarium, vel tertiam saltem ejusdem partem in communi recitantes lucrentur Indulgentias a felic. rec. Benedicto Papa XIII concessas, licet manu non teneant Rosarium benedictum, ac sufficere ut una tantum persona, quaecumque sit ex communitate illud manu teneat, eoque in recitatione de more utatur?* » Qui, audito prius Consultoris voto, ac rebus mature discussis, responderunt « Affirmative. » Facta itaque per me infrascriptum Sacr. Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX relatione fideli in Audientia diei 22 Januarii 1858 Sanctitas Sua precibus ejusdem Patris Procuratoris Generalis inclinata, nec non votum Sacrae Congregationis obsecundans, benigne annuit, addita tamen expressa conditione, quod fideles omnes, caeteris curis semotis, se componant pro oratione facienda una cum persona, quae tenet Coronam, ut Rosarii Indulgentias lucrari queant.

Datum Romae ex Secr. Sac. Congregationis Indulgentiarum die 22 Januarii 1858.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCLXXVI.

Galliarum.

Cum in sacra Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum Congregatione proposita fuissent dubia « 1° *An fideles lucrentur Indulgentias Viae Crucis dummodo quatuordecim Stationes visitent in uno eodemque die, etiam non uno tractu, sed interposito majori minorive inter Stationes intervallo?* » Item *An pro lubitu vel commodo dividi possit Rosarium B. Mariae Virginis, ita ut acquirantur tum Indulgentiae adnexae recitationi quotidianae unius Coronae, dummodo intra diei spatium licet non uno tractu, sed diversis temporibus recitentur quinque denaria cum Indulgentiis specialis Sodalitatis Sanctissimi Rosarii dummodo intra hebdomadam quindecim denaria recitentur licet in plures quam tres partes dividantur?* « Et quatenus negative. 2° *An suppplicandum sit Sanctissimo pro concessione?* » Eminentissimi Patres in Comitiis generalibus diei 14 Decemb. 1857 in Palatio Apostolico Vaticano habitis, audito Consultoris voto, responderunt « Ad primum. Ad utrumque negative, exceptis Confratribus quod attinet ad Indulgentias ipsis concessis pro recitatione integri Rosarii intra hebdomadam. » Ad secundum « Ipsi Eminentissimi Patres non obstantibus rationibus P. Consultoris, et conditionibus ab eo propositis sub quibus gratiae impetratio a Sanctissimo postulari posset, nempe tollerari saltem posse, ut fideles in privato tantum pio exercitio Viae Crucis, nec non in privata recitatione tertiae partis Sanctissimi Rosarii sine amissione Indulgentiarum eisdem piis operibus concessarum dividere possint in casu tantum legitimae causae Stationes Viae Crucis, et denaria, seu vulgo *Poste* Sanctissimi Rosarii, dummodo adimpleant omnia intra diei unius spatium, nec non caeteras conditiones injunctas, responderunt « Non expedire. » Itaque facta per me subscriptum Sac. Congregationis Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae IX de his omnibus fideli relatione in Audientia diei 22 Ja-

Digitized by Google

nuarii 1858 Sanctitas Sua Resolutiones Sacrae Congregationis confirmavit.

Datum Romae ex Secr. ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCLXXVII.

URBIS ET ORBIS.

Quum saepe ex pluribus Orbis partibus ad hanc Sac. Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum Congregationem deferantur dubia circa conditiones adimplendas pro acquisitione Plenariae Indulgentiae tum a Summis Pontificibus Clemente VIII et Benedicto XIV elargitae, tum a Pio VII et Leone XII confirmatae iis Christifidelibus qui ante quamcumque Crucifixi Imaginem Orationem *En ego, etc.* quocumque idiomate recitaverint, eadem Sac. Congregatio ne fideles in errorem inducantur, censuit consulendum esse Sanctissimum, ut de Apostolica Sua benignitate declarare dignaretur singulas conditiones, quae sunt a fidelibus adimplendae, ut praefatam Plenariam Indulgentiam adipiscantur. Hinc facta per me infrascriptum Secretariae ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum Substitutum Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX de omnibus fideli relatione in Audientia diei 31 Julii 1858, Sanctitas Sua, inhaerendo Decretis Praedecessorum suorum, eorumdemque concessiones confirmando, etiam quoad applicationem pro animabus in Purgatorio detentis, benigne declaravit praememoratam Indulgentiam Plenariam lucrari ab iis utriusque sexus Christifidelibus, qui *vere poenitentes, confessi, Sacraque Communione refecti*, dictam Orationem *En ego, etc.* quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, ante quamcumque Sanctissimi Crucifixi Imaginem *devote recitaverint*, ac insuper *per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint.*

Quapropter ut ab universis Christifidelibus hoc generale Decretum facile dignoscatur typis imprimi ac publicari mandavit. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ipsius Sac. Congregationis Indulg. die 31 Julii 1858.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Subst.

(*Vide* Decreta CDXXV, CDXXXIX, CDLXXVIII, D, DXVI.)

DCLXXVIII.

ORDINIS CISTERCIENSIUM.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX clementer indulsit ut omnes Cisterciensis Ordinis Religiosi pro Oratione « *Pietate Tua* » quae absoluta Divini Officii recitatione de more ab ipsis recitatur, omnes et singulas Indulgentias tantum a san. mem. Leone PP. XII sub die 9 Julii 1828 elargitas, lucrari possint et valeant, quamvis praedicta Oratio, quae in Breviario ejusdem Ordinis recensetur, aliquantulum differat ab ea, quae ab Eodem Leone XII Indulgentiis ditata fuerat, dummodo tamen injunctas conditiones adimpleant; facta insuper potestate easdem Indulgentias animabus in Purgatorio detentis applicandi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secr. Sac. Congreg. Indulgentiarum die 31 Julii 1858.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Subst.

DCLXXIX.

CONGREGATIONIS SANCTISISSIMI REDEMPTORIS.

Extat in Ecclesia Congregationis Sanctissimi Redemptoris vulgo *S. Mariae in Monterone* de Urbe quaedam pia Sodalitas ad solatium animabus in Purgatorio detentis porrigendum, canonice erecta, quae a san. me. Gregorio PP. XVI per Literas Apostolicas in forma Brevis diei 19 Januarii, et 4 Maii 1841 Indulgentiis et privilegiis donata, ac diei 8 Junii ejusdem anni Archisodalitatis titulo decorata fuit. Cum vero in enunciatis Brevibus quoad privilegium Altaris pro defunctis adcriptis requirebatur Missa de *Requie*, et quoad partiales Indulgentias injungebatur Sacramentorum susceptio; hinc Procurator Generalis praefatae Congregationis enixis precibus exoravit Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX ut de Apostolica benignitate dignaretur commutare celebrationem Missae defunctorum iis praecipue diebus a Rubricis impeditis, ita ut Missa eodem modo suffragetur, quamvis sub Ritu Duplici sit celebranda; nec non dispensare Sodales a Sacramentorum susceptione pro acquirendis partialibus Indulgentiis in praefatis Brevibus enunciatis. Quamobrem facta per me infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium eidem Sanctissimo de omni-

Digitized by Google

bus relatione, Sanctitas Sua circa Altaris privilegium mandavit servari Decretum Sacrae Congregationis diei 2 Julii 1689 confirmatum a san. mem. Clemente XIV die 7 Martii 1771 in quo declaratum est, celebrationem Missarum Sanctorum Ritus Duplicis revera satisfieri, ac suffragari pro Missis privilegiato Altari addictis pro Dominicis, aliisque diebus, in quibus defunctorum Missas celebrare vetitum est; quoad vero praefatas Indulgentias partiales in allatis Brevibus jam elargitas, clementer indulsit, ut Sodales, caeteris adimpletis conditionibus injunctis, loco Sacramentorum susceptionis, corde sint saltem contrito. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 24 Januarii 1859.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide* Decreta DCLXXXVI, DCXCII et Summarium Indulg. in Appendice n° LIII.)

DCLXXX.

FODIAN.

In Fodiana Civitate Congregatio Tertii Ordinis S. Francisci sub gubernio ac directione PP. Minorum de Observantia existebat in propria Ecclesia, quae extat apud Ecclesiam praedictorum Patrum Observantium. Cum vero nuper ab Ordinario eadem Congregatio a Patribus de Observantia fuerit separata, eique ab ipso Ordinario Rector de Saeculari Clero fuerit constitutus, dubium exinde huic Sacrae Congregationi Indulgentiarum propositum fuit « *An ob allatam separationem Congregationis Tertii Ordinis S. Francisci canonica erectio adhuc vigeat, et Indulgentiae quibus antea fruebatur adhuc perseverent?* Eodemque tempore ipsa Tertii Ordinis Congregatio Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX humillimis precibus rogavit, ut in casu negativo providere dignaretur. Audita itaque prius Ordinarii informatione, ex qua eruitur absoluta necessitas praefatae separationis rationabilibus ex causis, ac facta de omnibus Eidem Sanctissimo relatione per me infrascriptum Sac. Congregationis Indulgentiarum Secretarium, Sanctitas Sua benigne commisit Ordinario, ut quatenus opus sit, iterum canonice erigat praedictam Tertii Ordinis Congregationem ad effectum ut ipsi Confratres omnes et singulas Indulgentias, quibus antea fruebantur, omnibus injunctis operibus adimpletis, lucrari possint et valeant; facta quoque Rectori pro tempore, ab Ordinario eligendo, potestate Christifideles in Sodales recipiendi, Scapularia, seu Cordulas pro ipsis benedicendi; servata tamen in reliquis Constitutione Clementis VIII, quae incipit « *Quaecumque a Sede Apostolica* » diei 7 Decembris 1604 ». Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 24 Januarii 1859.

F. Card. Asquinius Praef.
A Colombo Secret.

(*Vide* Summarium Indulg. pro Cordigeris in Appendice n° I.)

DCLXXXI.

Beatissimo Padre.

Nicola Mauron Superior Generale e Rettor Maggiore dela Congregazione del Santissimo Redentore espone quanto segue.

Alla preghiera di Suor Maria Geltrude Principessa Pallavicini Oblata nella Ven. Casa di Tor de' Specchi, ora defonta (1), *Vostra Santità si è degnata di accordare diverse Indulgenze ai fedeli, che praticano le visite al Santissimo Sagramento ed a Maria Vergine, secondo vengono prescritte nel libretto composto da S. Alfonso Maria de' Liguori, che la lodata pia Signora aveva fatto stampare.*

Dall' avviso poi di questa benigna concessione (2) *della Santità Vostra, che si trova nel libretto medesimo stampato in Roma presso Olivieri nel 1854 nasce un equivoco, credendosi dai fedeli di poter lucrare quelle Indulgenze colla recita soltanto dell' una o dell' altra delle due orazioni prescritte dal santo per ogni giorno del mese, senza dover aggiungere le altre orazioni assegnate dal medesimo pei varii giorni, mentre dalla concessione pare probabile, che tutte le orazioni sieno necessarie per tal fine. L'errore poi che da questo equivoco è nato, è stato diffuso assai non solo per l'edizione romana sopradetta, ma ancora per una edizione francese delle Visite, ove si legge questo avviso copiato della romana, di cui gli esemplari trovansi già per migliaja in mano de' fedeli. A rimuovere dunque ogni dubbio, e per prevenire gli inconvenienti, che da tale equivoco involontario possono nascere, l' Oratore prega umilmente la Santità Vostra di voler benignamente dichiarare, che le suddette Indulgenze si pos-*

Digitized by Google

sano lucrare tanto da chi recita la sola orazione assegnata da S. Alfonso da recitarsi in tutti i giorni del mese, che principia : Signor mio Gesù Cristo, *ec.* (3) *davanti il Santissimo Sagramento, quanto da chi recita l' altra* Santissima Vergine, ec. (4) *avanti la sua Imagine, le quali orazioni per motivo della loro brevità possono sapersi facilmente a memoria anche da coloro, che non sanno leggere. In tal modo la Santità Vostra renderà sempre più profittevole ai fedeli la prezioza grazia già dapprima accordata, e toglierà ogni inconveniente, che altrimenti nascerebbe dal sopramemorato equivoco. Che, ec.*

Beatissime Pater.

Nicolaus Mauron Superior generalis et Rector major congregationis Sanctissimi Redemptoris exponit quod sequitur.

Ad preces Sororis Mariae Gertrudis principissae Pallavicini oblatae in venerabili domo turris specularum, jam defunctae (1) Sanctitas Vestra dignata est concedere diversas indulgentias fidelibus practicantibus visitationes ad Sanctissimum Sacramentum et ad B. Mariam Virginem, sicuti praescribuntur in libello composito a S. Alphonso Maria de Liguori, quem laudata pia foemina typis edendum curaverat.

Jam autem ex Monito illius benigne concessionis Sanctitatis Vestrae, quod reperitur in eodem libello impresso Romae apud Olivieri anno 1854 enata est quaedam aequivocatio, credentibus fidelibus se posse lucrari illas indulgentias recitando solummodo unam aut alteram duarum orationum a Sancto praescriptarum pro quolibet die mensis, absque eo quod addantur aliae orationes ab eodem assignatae variis diebus; cum ex concessione verisimile apparet omnes orationes eum in finem esse necessarias. Error autem ex hac aequivocatione natus valde diffusus est non tantum per editionem Romanam supradictam, sed etiam per visitationum editionem Gallicam, in qua legitur istud monitum transcriptum ex editione Romana, et cujus exemplariorum jam plura millia reperiuntur in manibus fidelium. Ad tollendum ergo omne dubium et ad praecavenda incommoda, quae ex involuntaria hac aequivocatione nasci possunt, orator humiliter supplicatur Sanctitatem Vestram, ut benigne declarare velit supradictas indulgentias posse acquiri tam ab eo qui recitat solam orationem a S. Alphonso assignatam pro quolibet die mensis, quae incipit : « *Signor mio Gesù Cristo* » (*Domine mi Jesu Christe*) (3) ante Sanctissimum Sacramentum, quam ab eo qui recitat alteram : « *Santissima Vergine* » (Sanctissima Virgo) (4) ante ejus imaginem : quae orationes propter earum brevitatem facile memoriter sciri possunt etiam ab iis qui legere nesciunt. Tali modo Sanctitas Vestra semper magis proficuam fidelibus reddet pretiosam gratiam jam prius concessam, et tollet omne incommodum, quod aliàs oriretur ex supramemorata aequivocatione. Et haec, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX attentis expositis, benigne declaravit, Indulgentiam tercentum dierum, de qua in precibus, lucrari ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus pro qualibet vice recitantibus orationem « *Signor mio Gesù Christo*, etc. ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum; ac pro qualibet vice recitantibus aliam orationem « *Santissima Vergine*, etc. ante Imaginem B. M. V. dummodo tamen sint corde saltem contrito. Insuper indulsit, ut ipsi Christifideles, qui semel saltem in qualibet die per integrum mensem unam ex duabus praefatis orationibus recitare pro more habuerint, Indulgentiam Plenariam lucrari possint et valeant semel tantum in quolibet mense, ea scilicet die, qua vere poenitentes confessi, ac Sac. Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint; facta insuper potestate easdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1859.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Colombo Secret.

(1) *Beatissimo Padre.*

Suor Maria Geltrude Oblata nella Vener. Casa di Torre de'Specchi Principessa Pallavicini prostrata ai piedi della Santità Vostra umilmente le rappresenta, che per promuovere sempre più dal canto suo la divozione nei fedeli ha divisato di far ristampare a sue spese per distribuirsi gratuitamente le orazioni composte da S. Alfonso de'Liguori per la visita tanto al Santissimo Sagramento quanto alla Beatissima Vergine Maria, ed altre pie preghiere scritte dal medesimo Santo. Supplica pertanto la Santità Vostra affinchè al più fruttuoso conseguimento dello scopo divisato si degni concedere in perpetuo trecento giorni d'Indulgenza a quei fedeli tutte le volte che o reciteranno le orazioni del Sagramento avanti il Santissimo, o quella della Vergine avanti qualche sua Imagine, e l'Indulgenza Plenaria da lucrarsi una volta il mese quando per tale spazio di tempo avendo praticato l'una o l'altra di dette recite nel suespresso modo, confessati e communicati pregheranno pei bisogni di S. Chiesa, e secondo l'intenzione del Sommo Pontefice; le quali indulgenze possano ancora applicarsi alle anime del Purgatorio. Che, ec.

(1) Soror Mariae Gertrudis, oblata in venerabili domo turris speculorum, principissa Pallavicini, ad pedes Sanctitatis Vestrae prostrata humiliter repraesentat se ad promovendam semper magis quantum ex se est inter fideles devotionem sibi proposuisse, suis expensis typis

Digitized by Google

iterum edendas curare, ut gratis distribuantur, orationes compositas a S. Alphonso de Liguori pro visitatione tam Sanctissimi Sacramenti, quam Beatissimae Virginis Mariae, aliasque pias preces ab eodem Sancto conscriptas. Supplicatur proinde Sanctitatem Vestram ut ad magis proficuam intenti fructus assecutionem dignetur concedere in perpetuum Indulgentiam trecentorum dierum fidelibus pro singula vice qua recitabunt aut orationes Sanctissimi Sacramenti ante Sanctissimum, aut illas B. M. V. ante aliquam ejus imaginem; et Indulgentiam plenariam semel in mense lucrandam, si una aut altera ex dictis recitationibus supra expresso modo per tale temporis spatium practicata, confessi et Sacra Communione refecti, oraverint pro necessitatibus S. Ecclesiae, et secundum intentionem Summi Pontificis; quae indulgentiae etiam applicari valeant animabus Purgatorii. Et haec, etc.

Romae die 7 Septembris 1854.

Benigne annuimus pro gratia.
PIUS PP. IX.

(2) *Avviso nell'Ediz. Romana del Visite di S. Alfonso. Olivieri* 1854.

La Santità di Nostro Signore Pio Papa IX con suo autografo Rescritto del 7 Settembre 1854, che conservasi nella Ven. Casa delle Oblate di Torre de'-Specchi, si è degnata concedere in perpetuo ai fedeli tutte le volte che reciteranno l'Orazione per la visita o del Sagramento avanti il Santissimo, o di Maria Vergine avanti qualche sua Imagine, composta da S. Alfonso de'Liguori, e contenute nel presente libretto l'Indulgenza di trecento giorni; l'Indulgenza Plenaria poi da lucrarsi una volta il mese quando per tale spazio di tempo avendo praticato l'una o l'altra di dette recite nel modo indicato confessati e communicati pregheranno pei bisogni di S. Chiesa secondo l'intenzione del Sommo Pontefice: e queste stesse Indulgenze potranno applicarsi alle anime del Purgatorio.

(2) Monitum editionis Romanae visitationum S. Alphonsi. Olivieri 1854.

SSmus Dnus Nr. Pius Papa IX, autographo suo Rescripto de die 7 Septembris 1854, quod asservatur in venerabili domo oblatarum turris speculorum, dignatus est concedere in perpetuum fidelibus pro singula vice qua recitabunt aut orationem pro visitatione Sanctissimi Sacramenti coram Sanctissimo, aut B. M. V. ante quamcumque ejus imaginem, compositam a S. Alphonso de Lugori, et contentam in praesenti libello, indulgentiam trecentorum dierum; Indulgentiam plenariam deinde, lucrandam semel in mense, si una aut altera ex dictis recitationibus per tale temporis spatium practicata, confessi et Sacra Communione refecti, oraverint pro necessitatibus S. Ecclesiae, et secundum intentionem Summi Pontificis. Et hac Indulgentiae poterunt applicari animabus Purgatorii.

(3) *Orazione di S. Alfonso per la Visita quotidiana del SS. Sagramento.*

Signor mio Gesù Cristo, che per l'amore che portate agli uomini ve ne state notte e giorno in questo Sagramento tutto pieno di pietà ed amore, aspettando, chiamando, ed accogliendo tutti coloro, che vengono a visitarvi, io vi credo presente nel Sagramento dell'altare, vi adoro dall'abiso del mio niente e vi ringrazio di quante grazie mi avete fatte; specialmente di avermi donato voi stesso in questo Sagramento, di avermi data per Avvocata la vostra Santissima Madre Maria, e di avermi chiamato a visitarvi in questa Chiesa. Io saluto oggi il vostro amantissimo cuore, ed intendo salutarlo per tre fini: Primo, in ringraziamento di questo gran dono. Secondo, per compensarvi di tutte le ingiurie, che avete ricevute da tutti i vostri nemici in questo Sagramento. Terzo, intendo con questa visita adorarvi in tutti i luoghi della terra, dove voi Sagramentato ve ne state meno riverito e più abbandonato. Gesù mio, io vi amo con tutto il cuore. Mi pento d'avere per lo passato tante volte disgustata la vostra bontà infinita. Propongo colla grazia vostra di più non offendervi per l'avvenire: ed al presente miserabile qual sono, io mi consacro tutto a Voi, vi dono e rinunzio tutta la mia volontà, gli affetti, i desiderj, e tutte le cose mie. Da oggi avanti fate Voi di me, e delle mie cose tutto quello che vi piace. Solo vi chiedo, e voglio il vostro santo amore, la perseveranza finale, e l'adempimento perfetto della vostra volontà. Vi raccomando le anime del Purgatorio, specialmente le più divote del Santissimo Sagramento e di Maria Santissima. Vi raccomando ancora tutti i poveri peccatori. Unisco in fine, Salvatore mio caro, tutti gli affetti miei cogli affetti del vostro amorosissimo cuore, e così uniti gli offerisco al vostro eterno Padre, e lo prego in nome vostro, che per vostro amore gli accetti e gli esaudisca.

(3) Oratio S. Alphonsi pro visitatione quotidiana Sanctissimi Sacramenti.

Domine mi Jesu Christe, qui pro tuo in homines amore nocte dieque in hoc Sacramento permanes pietate et amore totus plenus, exspectans, vocans, et excipiens omnes qui te visitatum veniunt, credo te esse praesentem in sacramento altaris; ex abysso nihili mei te adoro, gratiasque tibi pro omnibus a te mihi collatis beneficiis ago, praecipue quod mihi dederis temetipsum in hoc sacramento, tuamque Sanctissimam Matrem Mariam in advocatam, et quod vocaveris me ad visitandum te in hac ecclesia. Sanctissimum cor tuum hodie saluto, illudque salutare intendo triplicem in finem. Primo in gratiarum actionem pro magno hoc dono. Secundo in compensa-

Digitized by Google

tionem omnium injuriarum, quas ab inimicis tuis accepisti in hoc sacramento. Tertio hac visitatione intendo adorare te in omnibus terrae locis, in quibus in hoc sacramento minus es honoratus magisque derelictus. Mi Jesu toto corde te amo. Doleo me quondam toties contristasse bonitatem tuam infinitam. Propono pro futuro non amplius te offendere mediante tua gratia; et pro praesenti, quantumvis sim miserabilis, tibi consecro me totum; dono et trado tibi totam meam voluntatem, affectus, desideria, omnia mea. Ex hoc nunc fac de me et de rebus meis quidquid tibi placet. Unum a te peto, unum desidero, Sanctum tuum amorem, perseverantiam finalem, et perfectam tuae voluntatis adimpletionem. Commendo tibi animas purgatorii, illas praesertim, quae erga Sanctissimum Sacramentum et Beatissimam Virginem Mariam magis devotae fuerunt. Commendo etiam tibi omnes miseros peccatores. Unio tandem, mi care Salvator, omnes affectus meos cum affectibus amorosissimi tui cordis, et ita unitos offero illos aeterno tuo Patri, eumque in nomine tuo oro, ut propter amorem tuum eos accipiat et exaudiat.

(4) *Preghiera per la visita a Maria Santissima.*

Santissima Vergine immacolata, e madre mia Maria, a Voi che siete la madre del mio Signore, la regina del mondo, l'avvocata, la speranza, il refugio dei peccatori, ricorro oggi io, che sono il più miserabile di tutti. Vi adoro, o gran Regina, e vi ringrazio di quante grazie mi avete fatte finora; specialmente in avermi liberato dall'inferno tante volte da me meritato. Io vi amo, Signora amabilissima, e per l'amore che vi porto, prometto di volervi sempre servire, e di far quanto posso, acciocchè siate amata ancora dagli altri. Io ripongo in Voi tutte le mie speranze, tutta la mia salute; accettatemi per vostro servo, ed accoglietemi sotto il vostro manto, Voi Madre di misericordia. E giacchè siete così potente con Dio, Voi liberatemi da tutte le tentazioni, oppure ottenetemi forza di vincerle fino alla morte. A Voi domando il vero amore a Gesù Cristo. Da Voi spero di fare una buona morte. Madre mia, per l'amore che portate a Dio, vi prego ad ajutarmi sempre, ma più nell'ultimo punto della mia vita. Non mi lasciate fintanto che non mi vede già salvo in Cielo, a benedirvi e cantare le vostre misericordie per tutta l'eternità. Amen. Così spero, così sia.

(4) Oratio pro visitatione Beatissimae Virginis Mariae. Sanctissima Virgo immaculata, et mater mea Maria, tibi, quae mater es Domini mei, regina mundi, advocata, spes et refugium peccatorum, ad te hodie recurro omnium miserrimus. Te veneror, o magna regina, gratiasque tibi ago pro omnibus, quae hucusque mihi contulisti beneficiis, praecipue quod praeservaveris me ab inferno, quem toties merui. Amo te, amabilissima Domina, et ex amore erga te promitto me semper tibi esse serviturum, et faciturum quidquid in me est, ut et ab aliis ameris. In te spem meam omnem pono, omnemque meam salutem; accipe me in servum tuum, et sub pallio tuo excipe me, Mater misericordiae. Et quia tanta est tua apud Deum potentia, libera me ab omnibus tentationibus, aut obtine mihi virtutem ad eas superandas usque ad mortem. A te peto verum Jesu Christi amorem. A te spero felicem mortem. Mater tua pro tuo in Deum amore, oro te, adjuva me semper, sed maxime in ultimo vitae meae momento. Ne derelinquas me donec in coelo salvum me videas, ad benedicendam te, et ad cantandas misericordias tuas in perpetuam aeternitatem. Amen.

DCLXXXII.

URBIS ET ORBIS.

Ut universi utriusque sexus Christifideles Passionis Domini Nostri Jesu Christi facilius memoriam agant, eodemque tempore omnes, et singulas Indulgentias pio, ac salubri Viae Crucis exercitio adnexas lucrari possint, et valeant, delatae fuerunt preces Summo Pontifici Clementi XIV tenoris, ut infra « *Gl' infermi, i naviganti, carcerati, e quelli dimoranti nelle parti degli infedeli, o legittimamente impossibilitati di poter visitare la S. Via Crucis, prostrati ai suoi Santissimi Piedi supplicano la Santità Vostra della consolazione di poter guadagnare le Indulgenze delle dette Stazioni ritrovandosi negli stati di suddette tribolazioni, col recitare* 14 Pater *ed* Ave, *ed in fine* 5 *altri* Pater *ed* Ave *in memoria della divina Passione col tenere in mano un Crocifissetto di ottone, benedetto però da qualche Guardiano, o Superiore maggiore soggetto al Padre Reverendissimo Generale di tutto l'Ordine in Aracœli. Che della grazia, ecc.* (1) ». Quas quidem preces idem Summus Pontifex clementissime excepit ac in Audientia diei 26 Januarii 1773 *benigne annuit pro gratia juxta petita. Contrariis non obstantibus.*

Jam vero circa hanc concessionem duo exorta sunt dubia; primum scilicet, *an quatuordecim tantum* Pater *et* Ave, *et iterum quinque* Pater *et* Ave,

(1) Infirmi, navigantes, incarcerati, et illi qui habitant in partibus infidelium, aut legitime impediuntur ne possint visitare sacram viam crucis, ad ejus Sanctissimas pedes prostrati a Sanctitate Vestra suppliciter petunt consolationem hanc, ut possint lucrari indulgentias dictarum stationum quando sunt in statu praedictarum tribulationum, recitando 14 *Pater* et *Ave* et in fine 5 alia *Pater* et *Ave* in memoriam divinae passionis tenentes manu parvum crucifixum aereum, benedictum tamen ab aliquo guardiano, aut superiore majori subdito Reverendissimo Patri generali totius ordinis in conventu Araecoeli. Et haec, etc.

Digitized by Google

ut supra expositum est, recitanda sint, vel juxta formam rescriptorum Sacrae hujus Congregationis corde saltem contrito, ac devote viginti Pater, Ave et Gloria, *unum nempe pro qualibet Statione, quinque in Sanctorum Domini Nostri Jesu Christi vulnerum memoriam, ac unum juxta mentem Sanctitatis Suae recitari debeant; alterum vero, an per verbum* Ottone (1) *exclusa reputanda sit quaecumque alia materia, ex qua Crucifixi conficiantur.*

Facta itaque de praefatis dubiis Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX per me infrascriptum Sacrae Congregationis Indulgentiarum Secretarium relatione in Audientia diei 8 Augusti 1859, Sanctitas Sua benigne respondit quoad primum « Servandam esse ejusdem Sac. Congregationis consuetudinem »; et quoad secundum declaravit »; Per verbum *Ottone* intelligendam esse exclusam materiam fragilem dumtaxat.

Haec autem omnia Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita typis edi jussit, ut utriusque sexus Christifideles, qui a visitandis S. Viae Crucis Stationibus legitime impediti, istiusmodi Crucifixis, facultate a Summis Pontificibus tributa, benedictis utentur, noverint praesens Decretum ab omnibus esse servandum, non obstantibus in contrarium quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis die 16 Septembris 1859.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

DCLXXXIII.

URBIS ET ORBIS.

In Collectione, vulgo *Raccolta di Orazioni e pie Opere per le quali sono state concedute dai Sommi Pontefici le sante Indulgenze, etc.* quae Romae jam terdecies edita est, inter alias generales Indulgentiarum concessiones ea invenitur inserta a sa. me. Pio PP. VII facta per Decretum Eminentissimi Sui in Urbe Pro-Vicarii sub die 18 Aprilis 1809 cujus vigore universi Christifideles lucrari possunt Indulgentiam tercentum dierum quoties orantes pro fidelibus in extremo agone positis recitaverint ter *Pater, Ave* et *Gloria* in memoriam Passionis et Agoniae Domini Nostri Jesu Christi, ac ter *Angelicas Salutationes* in memoriam dolorum, quos B. Maria Virgo in Agonia dilecti Filii sui pertulit, nec non Plenariam Indulgentiam semel in quolibet mense, si praemissa peregerint semel saltem in singulis cujuslibet mensis diebus, ea scilicet die acquirendam in qua vere poenitentes confessi, ac S. Communione refecti fuerint, ac per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint. Cum vero in enunciato concessionis Decreto diei 18 Aprilis 1809 praescribatur, ut fideles dictas preces recitent *flexis genibus quatenus aliqua corporis indispositione non impediantur*, dubium propositum fuit « *an non obstante praedictae injunctae conditionis omissione, Indulgentias Christifideles acquirant?* » Et facta per me infrascriptum Sacrae Congregationis Indulgentiarum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX fideli relatione, Sanctitas Sua clementer indulsit, ut Christifideles ut supra orantes, et praefatas preces recitantes, praememoratas Indulgentias lucrari possint et valeant non obstante omissione de qua supra usque dum omissa conditio non inseratur in nova Collectione typis Romae evulganda. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1859.

F. Card. Asquinius Fraef.
A. Colombo Secret.

(1) *Ottone* aeneam.

DCLXXXIV.

URBIS ET ORBIS.

Juxta Concessionem sa. me. Pii PP. VII *dierum* 21 Martii 1815 et 18 Junii 1822, universi Christifideles, qui peculiaria honoris obsequia in *mense* Maii Deiparae semper Virgini Mariae praestant, non modo tercentum dierum Indulgentiam semel in singulis ejusdem mensis diebus lucrantur, verum etiam Indulgentiam Plenariam acquirunt unica dumtaxat vice infra eumdem mensem, positis tamen consuetis conditionibus ut in praefata Concessione enunciatis. Cum vero pium hoc exercitium persaepe concludatur in una ex festis diebus insequentis mensis Junii cum generali Communione, et Cordis oblatione, non desunt fideles, qui ea die arbitrantur Plenariam acquirere Indulgentiam, in qua pium absolvitur exercitium, quin tamen eam possint lucrari ex eo quod juxta praedictam Concessionem *infra mensem Majum* tantum est elargita. Hinc nonnulli Ecclesiastici viri enixis precibus *supplicarunt* Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX ut de

Digitized by Google

Apostolica benignitate dignaretur extendere hanc Concessionem ita ut eamdem Plenariam, semel tantum acquirendam, fideles vel infra praedictum mensem, vel in primo saltem die festo mensis Junii lucrari valeant; et facta per me infrascriptum Sacrae Congregationis Indulgentiarum Secretarium Eidem Sanctissimo relatione, Sanctitas Sua extendit Plenariam Indulgentiam ad primum dumtaxat diem ejusdem mensis Junii, ita ut omnes et singuli Christifideles pium hoc exercitium peragentes, Indulgentiam Plenariam vel infra mensem Maii, vel prima tantum die mensis Junii lucrari queant, servatis tamen servandis juxta praecedentem Concessionem. Praesenti futuris perpetuis temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1859.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decretum CDXXXI.)

DCLXXXV.

URBIS ET ORBIS.

Cum pia quaedam ac devota praecatio in honorem Beatissimae semperque Virginis Mariae sub titulo *Pietatis* pluribus ab hinc annis typis sit evulgata, cujus initium *Genuflesso ai Vostri Santissimi Piedi, etc.* una cum enunciatione Indulgentiarum, quas uti asseritur, sa. me. Pius PP. VII sub die 6 Martii 1800 impertitus est, nullum tamen de asserta Concessione documentum reperiatur, hinc humillimis precibus quamplures Christifideles rogabant Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX ut eamdem Indulgentiarum elargitionem dignaretur confirmare, et quatenus opus sit, de novo concedere. Itaque Sanctitas Sua precibus piorum fidelium clementissime exceptis, et ut magis per Orbem Christifidelium devotio erga Sanctissimam Dei Matrem in dies augeatur, atque ad eam assiduus habeatur recursus, benigne annuit pro gratia; Indulgentiam scilicet centum dierum clementer elargitus est, semel in qualibet die acquirendam ab iis, qui corde saltem contrito ac devote praefatam orationem recitaverint; iis vero Christifidelibus, qui per integrum mensem eamdem orationem recitare pro more habuerint, Indulgentiam Plenariam una scilicet cujuslibet mensis die ab unoquoque eligenda in qua vere poenitentes confessi ac Sacra Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam, seu publicum Oratorium visitaverint, et ibi per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, peramanter impertitus est cum facultate easdem Indulgentias animabus in Purgatorio detentis applicandi. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 26 Martii 1860.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

ORAZIONE

ALLA BEATISSIMA VERGINE SOTTO IL TITOLO DELLA PIETA'.

Genuflesso a' Vostri Sanctissimi Piedi, o gran Regina de' Cieli, vi venero col più profondo rispetto, e confesso che siete Figlia del Divin Padre, Madre del Verbo Divino, e Sposa dello Spirito Santo. Voi piena di grazia, di virtù e doni celesti siete tempio purissimo della Santissima Trinità. Voi siete la Tesoriera, e Dispensatrice delle sue misericordie. Il vostro purissimo Cuore ricolmo di carità, di dolcezza, e di tenerezza verso di noi peccatori è l'origine per cui vi chiamiamo Madre della Divina Pietà. Quindi con gran fiducia mi presento a voi Madre nostra amorosissima afflitto, ed angustiato... e vi prego farmi sperimentare la carità con cui mi amate, concedendomi,... s' è conforme alla Divina volontà, ed in vantaggio dell' anima mia. Deh volgete vi supplico i vostri purissimi occhi verso di me, e di tutti i miei prossimi. Guardate la crudel guerra, che il demonio, il mondo, e la carne fanno all' anime nostre, e quante ne periscono. Ricordatevi tenerissima Madre, che siamo vostri figli comprati col preziosissimo Sangue del vostro Unigenito. Degnatevi pregar col maggior impegno la Santissima Trinità, acciò ci conceda la grazia onde siamo sempre superiori al demonio, al mondo, ed a tutte le nostre perverse passioni. Quella grazia con cui i giusti maggiormente si santifichino, i peccatori si convertano, l' eresie siano distrutte, gl' infedeli illuminati, e gli ebrei convertiti. Domandate o Madre amorosissima, questa grazia per l' infinita bontà dell' Altissimo Dio, per i meriti del vostro

Digitized by Google

santissimo Figlio, per latte, che gli daste, per la sollecitudine con cui lo serviste, per l' amore con cui l' amaste, per le lagrime, che spargeste, e pel dolore, che soffriste nella sua santissima Passione. Otteneteci il gran dono, che tutto il mondo formi un popolo, ed una Chiesa, che dia gloria, onore, e ringraziamento alla Santissima Trinità, ed a voi, che siete la mediatrice. Questa grazia ci conceda la potenza del Padre, la sapienza del Figlio, e la virtù dello Spirito Santo. Amen.

ORATIO

AD BEATISSIMAM VIRGINEM SUB TITULO PIETATIS.

Ante Sanctissimos pedes tuos genuflexus, o magna coelorum Regina, veneror te profunda cum reverentia, et confiteor te esse Filiam divini Patris, Matrem Verbi Divini, et Sponsam Spiritus Sancti. Tu gratia, virtutibus et donis coelestibus plena, purissimum es Sanctissimae Trinitatis templum: tu custos es et dispensatrix gratiarum ejus. Purissimum cor tuum caritate, dulcedine et teneritudine plenum erga nos peccatores causa est ob quam te vocamus Matrem divinae pietatis. Inde magna cum fiducia sisto me coram te matre nostra amorosissima, afflictus et angustiatus..... et oro te ut facias me experiri caritatem qua me amas, concedendo mihi..... si ita placeat divinae voluntati, et prosit animae meae. Deh! purissimos oculos tuos ad me et ad omnes proximos meos, quaeso, converte. Aspice crudele bellum quod demon, mundus, et caro inferunt animabus nostris, et quot exinde pereant. Memorare tenerrima mater nos esse filios tuos Unigeniti tui filii pretiosissimo sanguine redemptos. Dignare instantissime apud Sanctissimam Trinitatem intercedere ut concedat nobis gratiam semper vincendi daemonem, mundum, nostrasque perversas passiones; gratiam qua justi magis sanctificentur, peccatores convertantur, haereses extirpentur, infideles illuminentur et Haebraei ad veram fidem adducantur. Pete o mater amorosissima, hanc gratiam per infinitam altissimi Dei bonitatem, per Sanctissimi Filii tui merita; per lac, quoeum nutrivisti, per sollicitudinem, qua ipsi serviisti, per amorem quo ipsum amasti, per lacrymas quas fudisti, per dolorem quem in Sanctissima ipsius passione passa es. Obtine magnum donum ut mundus totus sit unus populus, una ecclesia, quae det gloriam, honorem, et gratiarum actionem Sanctissimae Trinitati et Tibi, quae es mediatrix nostra. Hanc gratiam concedat nobis potentia Patris, Sapientia Filii, et virtus Spiritus Sancti. Amen.

DCLXXXVI.

URBIS ET ORBIS.

Extat in Ecclesia S. Mariae vulgo *in Monterone* de Urbe Congregationis Sanctissimi Redemptoris quaedam Pia Archisodalitas pro solandis animabus in Purgatorio detentis quae a sa. me. Gregorio PP. XVI pluribus est Indulgentiis ac privilegiis ditata, inter quae illud praesertim quod Missae quae a quocumque Sacerdote sive Saeculari sive Regulari in suffragium defunctorum Sodalium in Altari praedictae Archisodalitatis celebrabuntur, eodem gaudeant privilegio ac si in Altari privilegiato celebratae fuissent; quod quidem privilegium ex speciali gratia, a Sanctissimo Domino Nostro PP. Pio IX extensum fuit ad omnes Sodalitates ejusdem tituli eidem Archiconfraternitati jam aggregatas ac in posterum aggregandas. Cum vero ejusdem Archisodalitatis finis sit non modo animabus Sodalium tantum defunctorum juvandi, sed omnium defunctorum fidelium animas a Purgatorii poenis liberandi, hinc enixis precibus R. P. Brixius Queloz praememoratae Congregationis Sanctissimi Redemptoris Procurator Generalis, ejusdemque Archisodalitatis Generalis Moderator eumdem Sanctissimum Dominum Nostrum humillime rogabat, ut de Apostolica benignitate idem privilegium ad omnia et singula Altaria Ecclesiae tam Archisodalitatis quam cujuscumque Sodalitatis sub eodem titulo dictae Archisodalitati aggregatae, ac in posterum aggregandae, pro anima cujusvis defuncti, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit dignaretur extendere. Cum itaque Sanctitas Sua vota Oratoris clementissime excepisset, benigne annuit in omnibus pro gratia juxta preces.

Insuper cum idem Archisodalitatis Moderator exposuisset quod praelaudatus Pontifex Grogorius XVI fel. rec. in concedendis praememoratae Archisodalitati pluribus Indulgentiis suo Brevi diei 12 Februarii 1841 eam injunxisset conditionem, ut Sodales extra Urbem moram trahentes, aliquam respective Ecclesiam, in qua Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservatur, visitarent; atque ex hac adjecta conditione plures Christifideles adscripti, qui vel ruri aut in iis locis morantur, ubi vix Ecclesia, seu publicum Sacellum existit, quin in eo Sanctissimum Sacramentum asservetur, Indulgentiarum acquisitione frustrantur, Eadem Sanctitas Sua, clementer indulsit, ut omnes et singuli Christifideles praefatae Archisodalitati adscripti vel aggregati eas omnes et singulas Indulgentias Archisodalitati concessas lucrari possint et valeant visitantes Ecclesiam seu publicum Oratorium etiamsi in eis non inveniatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservatum, dummodo tamen caeteras alias conditiones fideliter adimpleant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Digitized by Google

Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congreg. Indulg. die 26 Martii 1860.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Colombo Secret.

(*Vide* Decreta DCLXXIX, DCXCII.)

DCLXXXVII.

GANDAVEN.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX attentis expositis clementer indulsit, ut licet nulla nova canonica erectio facta fuerit Sodalitatum existentium iis in locis solummodo Dioecesis Gandavensis in quibus Concordatum anni 1801 extendebatur, quaeque ibidem ante illum canonice reperiebantur erectae, et quae ratione tantum ejusdem privilegia et Indulgentias amiserant, si nunc de facto caeteroquin juxta singularum regulas existunt, gaudeant omnibus iisdem privilegiis et Indulgentiis quibus antea potiebantur, et quae forsan postea usque nunc obtinuerunt sine nova canonica singularum erectione ita ut habeantur tamquam canonice noviter erectae et Sodales pari modo usque in praesens rite ut supra adscripti, habeantur tamquam valide adscripti non obstante Decreto diei 22 Februarii 1847 et Decisione diei 14 Decembris 1857 et dummodo ab unaquaque ex praefatis Sodalitatibus servetur Constitutio sa. me. Clementis PP. VIII quae incipit « *Quaecumque a Sede Apostolica* » Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus aliis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 26 Martii 1860.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Colombo Secret.

(*Vide* Decreta DXCIII, DCXXIII, DCLXXII, DCXCIV.)

DCLXXXVIII.

URBIS ET ORBIS.

Cum in Decreto Urbis et Orbis Privilegiorum et Indulgentiarum pro pia Societate Propagationis Fidei diei 17 Octobris 1847 legantur haec verba « *Quique unum insuper* Pater, *et* Ave, *cum hac invocatione* » Sancte Francisce Xaveri ora pro nobis « *quolibet idiomate recitaverint,* » Sanctitas Sua in Audientia habita ab infrascripto Assessore Sac. Congregationis die 13 Maii 1860 attentis Eidem Sanctitati Suae expositis, benigne annuit ut verba praedicta, prout jacent, intelligantur, et quatenus opus sit concessit, ut tum unum *Pater*, et *Ave*, tum invocatio « *S. Francisce Xaveri ora pro nobis* » quocumque idiomate recitari possint ad effectum de quo agitur.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 13 Maii 1860.

F. Card. Asquinius Praef.

Philippus Can. Cossa Assessor.

(*Vide* Decreta DXCVII, DCXI, DCXV.)

DCLXXXIX.

URBIS ET ORBIS.

Ad Religionis et pietatis incrementum ad mutuam charitatem inflammandam Apostolica Sedes pluribus sive Ordinibus Regularibus Religionibus et Institutis sive etiam Christifidelium Saecularium Archiconfraternitatibus et Congregationibus potestatem fecit alias Confraternitates et Congregationes erigendi et instituendi nec non etiam sibi aggregandi ac Indulgentias, Privilegia, aliasque spirituales gratias sibi concessas communicandi.

Cum autem nulla certa forma vel ratio praescripta fuisset quae in hujusmodi institutionibus et erectionibus vel aggregationibus et communicationibus fâciendis servari deberet, Clemens VIII fel. rec. Constitutione quae incipit *Quaecumque a Sede Apostolica* data sub die 7 Decembris 1604 modum praecepit servandum in his peragendis formulam quoque praescribendo, atque inter alia statuit Indulgentias, privilegia, etc., tantummodo communicari posse quae nominatim et expresse Societati aggreganti concessa sunt non tamen ea quae per extensionem vel communicationem sibi quovis modo concessa sunt et quidem communicari non sub generali verborum forma vel ad instar, sed expresse et in specie atque per dictam formulam ab ipso Pontifice approbatam, quae quidem omnia in eadem Constitutione reperiuntur praecepta sub nullitatis poena, ut clarius patet ex laudata Constitutione.

Compertum tamen est progressu temporis non ab omnibus adhibitam fuisse hanc formulam neque privilegia neque Indulgentias adamussim communicatas quemadmodum Pontifex praeceperat.

Cum insuper statutum fuisset in eadem Constitu-

Digitized by Google

tione ut institutiones et aggregationes gratis omnino fierent, et tantummodo per Decretum Congregationis Cardinalium sub Paulo V Indulgentiarum moderationi praepositae latum die 6 Martii 1608 titulo expensarum permissum fuisset instituentibus, vel aggregantibus scutum unum aureum recipere et quidem sub poena, inter caetera, nullitatis prout clarius innotescit ex eodem Decreto, attamen cognitum similiter est neque dispositionem hanc ab omnibus servatam fuisse.

Ad dubitationem itaque omnem tollendam super validitate harum institutionum seu aggregationum Sanctitas Sua benigne sanavit institutiones et aggregationes hucusque factas in quibus aliquid ex praedictis desideretur quod perficiendum erat per Constitutionem enunciatam aut Decretum superius expressum, vel contra in iisdem praescripta peractum sit, simulque mandavit ut in posterum formula in hujusmodi erectionibus seu institutionibus seu aggregationibus adhibenda concordet saltem in substantialibus cum illa praescripta a Clemente VIII cujus Constitutionis ad minus praecipua capita in eadem formula inserantur cum variationibus ab Eadem Sanctitate Sua approbatis, cujus quidem formulae exemplar iis praesertim quorum interest communicandum in Actis Sac. Congregationis servari praecepit, et ut Societati aggregatae ab Ordine, Instituto, seu Archiconfraternitate aggregante tradi possit separatim et distincte a formula ac etiam typis impressus Elenchus Indulgentiarum et Privilegiorum ab Ordinario tamen loci recognitus; cujus impressio in hunc tantum finem permittitur etiamsi Indulgentiarum concessiones sint depromptae ex pluribus Brevibus, etc., non obstante Decreto S. C. Indicis, et altero Decreto Sac. Congregationis Indulgentiarum explicante et moderante praedictum Decretum Indicis diei 22 Januarii 1858.

Atque hoc Decretum absque ulla Brevis expeditione publicari jussit derogando cuicumque Apostolicae dispositioni in contrarium etiam specialis memoriae dignae.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congreg. Indulg. et SS. Reliquiarum die 8 Januarii 1861.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Dreceta DXXV, DXLII.)

DCXC.

URBIS ET ORBIS.

Cum plures Confraternitates, Sodalitates, Piae Uniones, etc. Fidelium canonice erectae reperiantur in quibus loci Ordinarius designaverit Parochum qui ratione muneris quod exercet et pro tempore quo munere fungitur sit constitutus Confraternitatis, Sodalitatis, etc. Rector, Moderator, seu quocumque titulo appelletur proindeque facultate polleat ea gerendi, quae ad Rectores spectant et etiam, quatenus in respectiva sodalitate id Rectori tribuatur, fideles adscribendi, Habitus benedicendi et Scapularia, illaque imponendi, Coronas, etc. pariter benedicendi juxta facultates ad quamlibet Sodalitatem spectantes pro similibus impositionibus, benedictionibus, etc., atque dubium exortum sit circa hujusmodi designationem Parochi libere et auctoritate propria peractam ab Ordinariis, facta fuit relatio SS. D. N. Pio PP. IX in Audientia diei 8 Jan. 1861; et Sanctitas Sua derogando omnibus hucusque circa hanc designationem quavis auctoritate et quovis modo aliter praescriptis benigne sanavit, quatenus opus sit, tales designationes Parochorum nec non acta per ipsos tamquam Rectores et adscriptos per eosdem Parochos, quatenus Rectoris munus, quo funguntur in respectiva Sodalitate, fideles abscribendi sit, valide adscriptos habendos esse declaravit, nec non benedictiones Habituum, Scapularium, etc. Coronarum, etc. et impositiones, etc. ab eisdem factas, prout Rectoribus in respectiva Sodalitate tribuitur, ratas habendas esse concessit. Quoad futurum vero Eadem Sanctitas Sua benigne impertiri dignata est ut Ordinarii locorum libere designare possint, si ita in Domino expedire judicaverint, Parochos pro tempore in Rectores, Moderatores, etc. Confraternitatum, etc. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum die 8 Januarii 1861.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Colombo Secret.

(*Vide etiam* Decreta DXXXIII, DCXC.)

DCXCI.

URBIS.

MONIALIUM PERPETUAE ADORATIONIS SANCTISSIMI SACRAMENTI.

Fidelium Religio ut in Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, in quo Christus Dominus divitias sui erga nos amoris velut effudit, jugiter

Digitized by Google

augeatur, instantibus Superiorissa ac Monialibus Perpetuae Adorationis ejusdem Venerabilis Sacramenti, Eminentissimus Cardinalis Urbis Vicarius sua ordinaria auctoritate, piam quamdam utriusque sexus Christifidelium Unionem canonice in earum Ecclesia S. Mariae Magdalenae ad Montem Quirinalem erexit per Decretum diei 23 Augusti 1858 cum facultate aggregandi fideles Romae et ejus Suburbano tantum suae jurisdictioni subjecto. Nunc vero eadem Superiorissa eaedemque Moniales Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX enixis precibus rogarunt ut de Ecclesiae thesauro praefatae piae Unionis Sodales Indulgentiis ditare dignaretur. Itaque referente me infrascripto Secretariae Sac. Congregationis Indulgentiarum Substituto in Audientia habita die 23 Augusti 1861 Sanctissimus Dominus Noster omnibus utriusque sexus Christifidelibus eidem piae Unioni adscriptis, ac in posterum adscribendis non modo communicavit singulas Indulgentias, quibus gaudent praememoratae Moniales, servatis tamen omnibus et singulis conditionibus injunctis, ut in earum Indulgentiarum Summario a Sac. Congregatione recognito et approbato sub die 1 Martii 1853 exceptis tantum articulis sexto, decimosecundo, decimoquarto, decimoquinto, decimosexto, decimoseptimo, decimooctavo, decimonono, vigesimotertio, vigesimoseptimo, et trigesimo, verum etiam Indulgentiam Plenariam clementer est elargitus in die Receptionis in eamdem piam Unionem, dummodo ea die vere poenitentes confessi, ac Sac. Communione refecti aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint; ac insuper Plenariam Indulgentiam in Mortis Articulo acquirendam, si rite dispositi fuerint, et Sanctissimum Jesu Nomen corde, si ore nequiverint, devote invocaverint, peramanter impertitus est; facta eis quoque potestate omnes et singulas Indulgentias ut supra elargitas animabus etiam in Purgatorio detentis applicandi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus Constitutione sa. me. Clementis VIII quae incipit *Quaecumque a Sede Apostolica*, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Augusti 1861.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Substitutus.

(*Vide* Summaria in Appendice n° XLVI, LV.)

DCXCII.

URBIS.

CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS.

In Congregationis Sanctissimi Redemptoris Ecclesia vulgo *S. Maria in Monterone* de Urbe pluribus ab hinc annis extat quaedam pia Unio ad levamen animarum in Purgatorio existentium canonice erecta, ac multis jam Indulgentiis et privilegiis ditata, quae ex speciali Indulto sa. me. Gregorii PP. XVI aliis quoque ejusdem tituli Unionibus canonice pariter erectis easdem Indulgentias eademque privilegia communicat tamquam Primaria quae Archisodalitatis titulo jam est insignita. Nunc vero, ut fidelium pietas erga defunctorum animas piacularibus flammis addictas magis ac magis incrementum suscipiat, ex parte Procuratoris generalis praefatae Congregationis, qui generalis Moderatoris praedictae piae Unionis munere fungit, novae et humillimae delatae sunt preces Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX ut nonnulla alia privilegia eidem piae Unioni de Apostolica benignitate indulgere dignaretur. Facta itaque per me infrascriptum Secretariae Sac. Congregationis Indulgentiarum Substitutum Eidem Sanctissimo Domino Nostro de omnibus relatione in Audientia diei 23 Augusti 1861 Sanctitas Sua clementer indulsit, ut Ipsi generali Moderatori praememoratae piae Unioni de Urbe aggregare liceat cum Indulgentiarum privilegiorumque communicatione alias ejusdem tituli Uniones Locorum etiam in quibus alia jam existit ipsius tituli Unio, quatenus eas erigere Loci Ordinarius opportunum judicaverit, non obstante distantiae defectu, sed servata in reliquis Constitutione sa. me. Clementis VIII quae incipit « *Quaecumque a Sede Apostolica* ». Item generali Moderatori facultatem elargitus est Sacerdotes subdelegandi ad effectum adscribendi fideles supraenunciatae pie Unioni iis in Locis, in quibus eadem Unio haud existit, ea tamen lege, ut adscriptorum nomina in Album primariae, seu vicinioris ejusdem tituli Unionis inserantur. Ac insuper supramemorato generali Moderatori concessit facultatem huic primariae Unioni aggregandi quoque Sodalitates seu Confraternitates canonice tamen erectas, licet alio titulo, aliove instituto distinguantur, addita tantum priori appellatione « *Ad levamen animarum in Purgatorio existentium* » servata pariter in reliquis supraexpressa Constitutione. Rectoribus vero uniuscujusque piae Unionis, nec non Sacerdotibus

Digitized by Google

ut supra subdelegatis pro fidelium adscriptione potestatem impertitus est benedicendi pro fidelibus adscriptis Coronas Sancti Michaelis Archangeli vulgo *Coronas Angelicas* cum adnexis Indulgentiis juxta Decretum Sacrae Rituum Congregationis diei 8 Augusti 1851. Et tandem idem Sanctissimus peramanter indulsit ut praefatus generalis Moderator in aggregandis aliis Unionibus seu Confraternitatibus uti possit et valeat consueto diplomate quo hucusque usus est, dummodo in substantialibus cum Decretis hujus Sacrae Indulgentiarum Congregationis sub die 8 Januarii 1861 editis plene concordet. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Augusti 1861.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archip. Prinzivalli Substit.

(*Vide* Decreta DCLXXIX, DCLXXXVI.)

DCXCIII.

URBIS ET ORBIS.

Cum fel. rec. Pius VI per Edictum Eminentissimi sui in Urbe Vicarii sub die 28 Februarii 1778 Indulgentiam centum dierum elargitus esset omnibus Christifidelibus, qui ad publica Xenodochia se conferunt ad charitatis actus erga infirmos exercendos, dubium exinde ortum est, utrum haec Indulgentia pro Urbe tantum sit elargita, vel pro Orbe universo, hinc Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX ad meas humillimas preces benigne declaravit, hanc concessionem non ad Urbem tantum, sed ad omnes totius catholici Orbis Christifideles extendi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Augusti 1861.

F. Card. Asquinius Praef.
A. Archipr. Prinzivalli Substit.

DCXCIV.

BRIOCEN. ET TRECOREN.

Vicarius Generalis Episcopi Briocensis et Trecorensis sequentia dubia proposuit enodanda Sacrae Congregationi Indulgentiarum.

1° *Utrum Confraternitates ac piae Congregationes canonice erectae ante Concordatum anni* 1801 *in Ecclesiis et Oratoriis, quibus constat nunc Dioecesis Briocensis, hucusque, ut primum, suum valorem cum suis privilegiis et Indulgentiis servaverint, absque nova erectione, an indigeant erectione nova?*

2° *An sufficiant declarationes quibus constat Ordinario habuisse, ut canonice adhuc existentes post annum* 1801 *praefatas Confraternitates, licet nullimode compertum sit eos Ordinarios habuisse voluntatem, vel etiam facultatem novam erectionem conferendi?*

3° *An viso authographo, vel datis probationibus moraliter certis primariae erectionis, possit, vel debeat hodiernus Episcopus Briocensis uti praedecessores ejus, dictas Confraternitates agnoscere et declarare canonice existentes, absque praevia facultate a S. Sede obtenta?*

4° *Si qua Confraternitas prius canonice erecta ex quacumque causa accidentali desit existere per plurimos annos, potuitne cessante causa valide instaurari denuo absque nova erectione canonica?*

5° *An Indulgentiae sive plenariae sive partiales certis locis vel operibus in Dioecesi Briocensi olim ante annum* 1801 *in perpetuum canonice concessae nunc etiam valeant et lucrifieri possint servatis servandis juxta conditiones primariae concessionis, ea concessione non renovata?*

6° *Utrum* 1° *sufficiat in casu simplex instauratio Sodalitatis, an* 2° *necesse sit novam et canonicam erectionem noviter fieri.*

Sac. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita perpensis dubiis a Vicario Generali R. P. D. Episcopi Briocensis et Trecorensis expositis, primo, secundo, tertio, quarto et sexto dubio providendum censuit per sequentes facultates Apostolicas, quae praefato Episcopo Briocensi et Trecorensi tribuuntur, nempe vigore specialium facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX concessarum eadem Sac. Congregatio attentis ab Episcopo Oratore expositis, et ad effectum de quo in precibus eidem Episcopo facultatem indulsit emittendi Decretum generale nomine Sanctae Sedis, quo omnes et singulae Confraternitates et Sodalitates quae in iis locis Dioecesis Briocensis et Trecorensis in quibus Concordatum 1801 extendebatur, ante illud *legitimae* existebant, et nunc etiam de facto existunt sub iisdem titulo, legibus, et habitu ubi gestare *liceat*, ad formam tamen Constitutionis Apostolicae sa. me. Clementis VIII quae incipit « *Quaecumque a Sede Apostolica, etc.* » quaeque insuper noviter et cano-

Digitized by Google

nice hucusque iterum erectae non fuerint, canonice et noviter erigantur ita ut in posterum tamquam canonice existentes, nec non omnes et singuli Confratres et Sodales ante praefatum Decretum juxta uniuscujusque Confraternitatis et Sodalitatis alias legitima Statuta jam adscripti tamquam valide adscripti, nec non benedictiones et impositiones Scapularium, etc., item benedictiones Coronarum, Rosariorum, etc., tamquam ratae habeantur. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Ad quintum vero dubium eadem Sac. Congregatio respondendum censuit « Affirmative, dummodo nulla ex iis causis intercesserit ob quas Indulgentiae suum valorem juxta canonicas regulas a probatis auctoribus traditas amiserint ».

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 7 Septembris 1861.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Archipr. Prinzivalli Substit.

(*Vide etiam* Decreta DXCIII, DCXXIII, DCLXXII, DCLXXXVII.)

DCXCV.

TERTII ORDINIS S. FRANCISCI,

Tre stati comprende il Terz' Ordine di S. Francesco. Il primo è detto Regolare, ed è quello che professa la regola del Terz' Ordine con voti solenni, e questo gode tutte le Indulgenze de' Frati Minori. Il secondo stato è detto Secolare, ed è quello che dimora nelle proprie case, di cui se ne conoscono i privilegii. Il terzo stato è quello che vive ne' Monasteri, Ritiri, Conservatorj, Collegj, etc., formando una sola famiglia sotto la giurisdizione degli Ordinarj, diretto da Sacerdoti Secolari senza i voti sostanziali di Religione, benchè recitassero l' officio dell' Ordine. Ora si domanda alla Sac. Congregazione dell' Indulgenze, se questo terzo stato godu tutte le Indulgenze de' Frati Minori non solo, ma se le loro Chiese ancora in modo che i fedeli che visitano le medesime ai 2 di Agosto, conseguiscano l' Indulgenza della Porziuncula? Et quatenus negative *s' implora la grazia nel modo esposto.*

Tres status comprehendit tertius ordo S. Francisci. Primus dicitur regularis, qui est eorum qui profitentur Regulam tertii ordinis cum votis solemnibus, et hic gaudet omnibus Indulgentiis Fratrum Minorum. Secundus status dicitur saecularis, qui est eorum qui habitant in propriis domibus, cujus privilegia nota sunt. Tertius status est eorum qui habitant in monasteriis, secessibus, conservatoriis, collegiis, etc. formantes unam solam familiam sub jurisdictione ordinariorum; diriguntur que a sacerdotibus saecularibus absque votis substantialibus status Religiosi, quamvis recitant officia ordinis. Nunc petitur a Sacra Congregatione Indulgentiarum, utrum tertius iste status non solum gaudeat omnibus Indulgentiis Fratrum Minorum, sed etiam eorum ecclesiae, ita ut fideles qui easdem visitant die 2 Augusti lucrentur Indulgentiam Portiunculae? Et quatenus negative, supplicatur pro gratia modo exposito.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita supradicto quaesito respondit : Monasteria, Congregationes, seu Communitates mulierum, etc., quae subjectae non sunt obedientiae vel directioni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Min. S. Francisci non gaudere communicatione privilegiorum et Indulgentiarum Ordinis nisi speciale habeant Indultum Sedis Apostolicae, vel nisi agatur de Monasteriis Sanctimonialium quae a cura et gubernio Fratrum suorum Ordinum sub immediatam Episcoporum jurisdictionem translata sunt, quae fruuntur cunctis privilegiis, et Indulgentiis ac si sub guhernio Fratrum suorum actu existerent juxta Decretum Sacrae Congregationis diei 22 Aprilis 1711. Quoad gratiam vero quae generice petitur pro Indulgentiis et privilegiis de quibus agitur obtinendis » non expedire.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis die 18 Septembris 1861.

F. Card. Asquinius Praef.

A. Archipr. Prinzivalli Substit.

(*Vide etiam* Decretum DCLX.)

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX

SEU

ALTERA COLLECTIO

QUAMPLURIMORUM SUMMARIORUM INDULGENTIARUM

QUAE TAM PRO ALIQUIBUS ORDINIBUS REGULARIBUS

AC SODALITATIBUS

QUAM PRO NONNULLIS ECCLESIIS PIISQUE LOCIS

A SACRA CONGREGATIONE

INDULGENTIIS SACRISQUE RELIQUIIS PRAEPOSITA

AUTHENTICE RECOGNITA SUNT AC PROBATA

AB ANNO 1668 AD ANNUM 1861

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX

I.

Sommario delle Indulgenze, Grazie e Privilegi perpetui concessi dai Sommi Pontefici Paolo V, Gregorio XV, Clemente X, ed Innocenzo XI all'Archiconfraternita del sacro Cordone del Serafico Padre S. Francesco d'Assisi alle Confraternite ad essa aggregate, e di alcune, quali si estendono a tutti i fedeli.

1. Paolo V di felice memoria, rivocando tutte le altre Indulgenze dell'Archiconfraternita concesse a tutti i fedeli dell'uno e l'altro sesso, che veramente pentiti, confessati e communicati entreranno in detta Compagnia, e riceveranno in memoria di S. Francesco il Cordone benedetto dai superiori dell'Ordine dei Minori Conventuali, nel primo giorno del loro ingresso Indulgenza Plenaria.

2. Concesse ancora Indulgenza Plenaria ai Fratelli e Sorelle della medesima Compagnia, tanto ascritti, quanto da ascriversi, quali veramente pentiti, confessati e comunicati visiteranno divotamente la Chiesa, ovvero Oratorio della Compagnia nella festa principale dell' istessa Archiconfraternita dai primi vesperi sino al tramontar del sole, ed ivi pregheranno Dio divotamente per la concordia de' Principi cristiani, estirpazione dell'eresie, ed esaltazione di Santa Madre Chiesa.

3. Di più concesse Indulgenza Plenaria e remissione di tutti i peccati ai medesimi Confratelli e Consorelle, che nel punto della lor morte pentiti, confessati e comunicati, o se ciò non potranno fare, almeno veramente pentiti, devotamente invocheranno col cuore, non potendo con la bocca il Santissimo nome di Gesù.

4. Inoltre concesse ai medesimi Confratri e Consorelle, che interverranno alla processione solita farsi dalla stessa Confraternita per ciachedun mese, tre anni ed altrettante quarantene d'Indulgenza.

5. A quelli pure della stessa Compagnia, che interverranno e saranno presenti ai Confratelli, quando insieme recitano l'Officio della Beata Vergine, e lo reciteranno, concesse cento giorni d'Indulgenza, e l'istesso quando interverranno a qualsivoglia altro officio.

6. Alli stessi Cordigeri, che accompagneranno il Santissimo Sagramento quando si porterà agl'infermi, concesse cinque anni ed altrettante quarantene d'Indulgenza.

7. Sette anni ed altrettante quarantene d'Indulgenza concesse a chi pentito, confessato e comunicato visiterà alcuna del Chiese dell'Ordine dei Minori Conventuali dal primo vespero al tramontar del sole nelle festività di S. Antonio di Padova, S. Bonaventura, S. Ludovico Vescovo, S. Bernardino e S. Chiara, pregando ivi il Signore come sopra.

8. Similmente rimise, e rilasciò nella forma consueta della Chiesa cento giorni delle imposte, o in qualsivoglia modo dovute penitenze, ogni volta che gl'istessi Fratelli e Sorelle accompagneranno alla sepoltura il cadavere di qualsivoglia fedele, o sovverranno alla necessità di qualche povero, o faranno la pace fra'nemici.

9. Concedendo, che tutte le sopradette Indulgenze possano applicarsi per modo di suffragio alle anime dei fedeli defonti.

10. Dando facoltà al P. Generale *pro tempore* dell'Ordine dei Minori Conventuali di poter erigere ed istituire in qualsivoglia Chiesa Dei Frati del suo Ordine, compagnia di laici dell'uno et l'altro sesso, sotto nome di Cordigeri di S. Francesco, osservata

Digitized by Google

la formola della Costituzione di Sisto V sotto li 19 Novembre 1585, e Clemente VIII suoi predecessori, e dichiarando, che tutte le sudette Compagnie erette e da erigersi, dopo che saranno erette s'intendano aggregate all'Archiconfraternita di San Francesco d'Assisi, conforme la detta Costituzione di Sisto V, come del tutto costa nel Breve di Paolo V spedito sotto li 2 Marzo 1607.

11. Lo stesso Paolo V con altro suo Breve delli 15 Giugno 1610 confermate le Indulgenze e grazie da esso concesse nel già detto Breve all'Archiconfraternita del sacro Cordone, concede a tutti i Fratelli e Sorelle di detta Archiconfraternita, che veramente pentiti, confessati e comunicati, devotamente visiteranno la Chiesa dell'Archiconfraternita il giorno 2 Agosto, dai primi vesperi sino al tramontar del sole di detto giorno, ed ivi porgeranno a Dio pie e devote preghiere per la pace fra Principi Cristiani, estirpazione dell'eresie, ed esaltazione di Santa Madre Chiesa, Indulgenza Plenaria.

12. Ampliando la sudetta concessione a tutte le altre Confraternite di Cordigeri, che conforme la Costituzione di Clemente VIII, sono state erette ed aggregate alla sopradetta Archiconfraternita sino al giorno di detta concessione, senz'altra comunicazione; con che però alle Confraternite da erigersi canonicamente ed aggregarsi, si debbano comunicare questa e le altre Indulgenze concesse all'Archiconfraternita in conformità della sopradetta Costituzione di Clemente VIII.

13. Gregorio XV per suo Breve delli 10 Novembre 1622 concede ai Fratelli e Sorelle della detta Archiconfraternita del sacro Cordone, che possano godere di tutte le Indulgenze, remissione di peccati, e rilassazioni di penitenze, che, come ai Regolari, vengono concedute ai Frati Minori Conventuali.

14. Ai Fratelli e Sorelle, che per povertà, o per distanza, o per infermità, o per altro legittimo impedimento non possono giornalmente visitare le Chiese, che sono obligati visitare i Frati predetti per conseguire le medesime Indulgenze, concesse, che con dire cinque *Pater*, e cinque *Ave* con cinque *Gloria Patri* ad onore delle cinque Piaghe di Nostro Signor Gesù Cristo e di S. Francesco; conseguiscano quelle Indulgenze, come se personalmente visitassero quelle Chiese.

15. Ultimamente concede alli detti Fratelli e Sorelle, che tutte le Indulgenze da se dette di sopra, remissione de' peccati, e rilassazioni di penitenze, ed anco quelle che si acquistano visitando le Chiese dell'Ordine dei Minori Conventuali il giorno di S. Maria degli Angeli detta Porziuncula, che è alli 2 di Agosto, possano applicarsi per modo di suffragio alle anime che si trovano in Purgatorio.

16. Dichiarando, che tutte le Confraternite dei Cordigeri, le quali sino a quell' ora erano state erette, istituite, ed aggregate a detta Archiconfraternita, conforme la Costituzione di Clemente VIII, possano godere di queste sue grazie senz'altra comunicazione, concessione o indulto, e che a quelle, che per l'avvenire s'erigessero, istituissero ed aggregassero legittimamente conforme a detta Costituzione di Clemente VIII, possano comunicarsi dall' Archiconfraternita, come le Indulgenze concessele da Paolo V, osservata però la formola della sudetta Costituzione.

Altre Indulgenze concesse dai Sommi Pontefici Clemente X et Innocenzo XI.

17. Clemente X di sa. mem. per suo Breve speciale emanato sotto li 3 Ottobre 1670 concesse in perpetuo a tutti i fedeli dell'uno e l'altro sesso Indulgenza Plenaria, e remissione di tutti i peccati, se veramente pentiti, confessati e comunicati visitassero una delle Chiese dei Minori Conventuali dai primi vesperi sino al tramontar del sole del secondo giorno di Agosto, ivi devotamente pregando per la concordia dei Principi Cristiani, estirpazione dell' eresie, ed esaltazione di Santa Madre Chiesa.

18. Concesse ancora la s. m. d'Innocenzo XI Indulgenza Plenaria perpetua, e remissione di tutti i peccati alli sudetti Cordigeri, che devotamente interverranno alla processione solita farsi dalla Confraternita eretta in qualche Chiesa dell'Ordine, in una delle Domeniche di ciascun mese, essendo veramente pentiti, confessati e comunicati, pregando Dio per la concordia de'Principi Cristiani, estirpazione dell'eresie, ed esaltazione di Santa Madre Chiesa, come per Breve spedito sotto li 26 Agosto 1680.

Ed in altro Breve dell' istesso tempo concede Indulgenza Plenaria perpetua, e remissione de' peccati a tutti, e a ciascuno dell'Ordine dei Minori Conventuali di S. Francesco, Cappuccini, e dell'Osservanza, così Frati, come Monache, ed a tutti i fedeli dell'uno e l'altro sesso, i quali veramente pentiti, confessati e comunicati, nei giorni delle feste de' santi Francesco, Antonio di Padova, Bonaventura, Ludovico vescovo e confessore, e Bernardino, devotamente visiteranno una delle Chiese dei predetti Ordini; e nella festa di S. Chiara una delle Chiese

Digitized by Google

delle Monache del dett'Ordine, dai primi vesperi sino al tramontar del sole, ed ivi devotamente pregheranno come sopra.

Seguono le Indulgenze concesse ai Regolari dalla s. m. di Paolo V sotto li 23 Maggio 1606, delle quali potranno godere i Cordigeri, conforme alla sudetta concessione di Papa Gregorio XV.

Ai Regolari, che devotamente visiteranno la Chiesa dell'Ordine, ed ivi faranno orazione, pregando il Signore per la concordia de'Principi Cristiani, estirpazione dell'eresie, salute del Pontefice romano, ed esaltazione di Santa Madre Chiesa, concede l'istesse Indulgenze, che nei giorni delle Stazioni descritte nel Messale Romano, conseguiscono quelli, che visiteranno le Chiese dentro e fuori di Roma, come se personalmente le visitassero : e li Cordigeri visitando la loro Cappella nella Chiesa dell'Ordine, ove è istituita la Compagnia, ed orando come sopra, conseguiranno l'istesse Indulgenze.

A ciascheduno che dirà cinque *Pater* et *Ave* avanti l'altare della propria Chiesa, per ogni giorno cinque anni d'Indulgenza ed altrettante quarantene, e tale Indulgenza conseguiranno i Cordigeri, visitando ed orando al loro Altare o Cappella, quale si è detta di sopra.

Che se detti Cordigeri per povertà, distanza, o infermità, o altro legittimo impedimento non possono visitare detta Cappella, con dir cinque *Gloria Patri* ad onore delle cinque piaghe di Nostro Signor Gesù Cristo e di S. Francesco, conseguiranno le Indulgenze, come se personalmente visitassero, e ciò per la concessione di Gregorio XV nel Breve delli 10 Novembre 1622, come si è detto in questo Sommario ai numeri 13 e 14.

A tutti i Regolari, che ogni giorno per lo spazio di mezz'ora per un mese intiero faranno orazione mentale, confessandosi e comunicandosi l'ultima Domenica di detto mese, sessant' anni ed altrettante quarantene d'Indulgenza, quale acquisteranno anche i Cordigeri facendo l'istessa orazione mentale, confessione e comunione come sopra.

A tutti quei Regolari, che almeno per lo spazio di due ore in diversi tempi, confessati e comunicati, e dopo aver celebrato Messa interverranno all'orazione delle Quarant'ore, che sarà ordinata dal loro superiore nelle visite generali per il buon progresso di esse visite, ed ivi porgeranno pie e devote preghiere per la concordia de'Principi Cristiani, estirpazione dell'eresie, salute del Sommo Pontefice, esaltazione di Santa Chiesa, ed accrescimento della disciplina ed osservanza regolare, Indulgenza Plenaria e remissione di tutti i peccati; quale pure si adatterà ai Cordigeri. »

Summarium indulgentiarum, gratiarum et privilegiorum perpetuorum a Summis Pontificibus Paulo V, Gregorio XV, Clemente X, et Innocentio XI concessorum Archiconfraternitati sacri funis seraphici Patris S. Francisci Assisiensis, confraternitatibus ipsi aggregatis; et aliquorum quae extenduntur ad omnes fideles.

1. Paulus V fel. rec. revocando omnes alias indulgentias Archiconfraternitatis concessit omnibus utriusque sexus fidelibus, qui vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti, ingredientur dictam societatem, et accipient in memoriam S. Francisci funem benedictum a superioribus ordinis Minorum Conventualium, prima die eorum ingressus indulgentiam plenariam.

2. Concessit etiam Indulgentiam plenariam fratribus et sororibus ejusdem societatis, tam adscriptis quam adscribendis, qui vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti devote visitabunt ecclesiam, aut oratorium dictae societatis in festo principali ejusdem Archiconfraternitatis a primis vesperis usque ad solis occasum, et ibi Deum devote orabunt pro concordia principum Christianorum, extirpatione haeresum, et exaltatione S. Matris Ecclesiae.

3. Insuper concessit Indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum iisdem confratribus et consororibus, qui in articulo suae mortis confessi et Sacra Communione refecti, aut si hoc facere non potuerint, saltem vere contriti, devote invocabunt corde, si ore non possint, Sanctissimum nomen Jesu.

4. Insuper concessit iisdem confratribus et consororibus, qui interierunt processioni singulo mense ab eadem confraternitate fieri solitae indulgentiam trium annorum et totidem quadragenarum.

5. Iis autem ejusdem societatis, qui intervenient et aderunt confratribus quando simul recitant officium Beatae Mariae Virginis, et illud recitabunt concessit indulgentiam centum dierum; et eamdem quando intererunt cuicumque alii officio.

6. Iisdem chordigeris, qui comitantur Sanctissimum Sacramentum quando defertur ad infirmos, concessit Indulgentiam quinque annorum et totidem quadragenarum.

7. Indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum concessit iis qui contriti, confessi, et Sacra Communione refecti visitabunt aliquam ecclesiam ordinis Minorum Conventualium a primis vesperis usque ad occasum solis in festis S. Antonii a Padua, S. Bonaventurae, S. Ludovici Episcopi, S. Bernardini, et S. Clarae, Dominum ibidem orantes ut supra.

8. Similiter remisit et relaxavit in forma Ecclesiae consueta centum dies de impositis aut quocumque modo debitis poenitentiis, singula vice, qua iidem fratres et sorores comitabuntur ad sepulturam cadaver cujuscumque fidelis, aut subvenient necessitati alicujus pauperis, aut pacem facient inter inimicos.

9. Concedens ut omnes supradictae Indulgentiae possint applicari per modum suffragii animabus fidelium defunctorum.

10. Dans facultatem P. Generali *pro tempore* ordinis

Digitized by Google

Minorum Conventualium, ut possit erigere et instituere in quaeumque ecclesia fratrum sui ordinis, societatem laicorum utriusque sexus sub nomine chordigerorum S. Francisci, observata formula constitutionis Sixti V de die 19 Novembris 1585 et Clementis VIII suorum praedecessorum, et declarans omnes supradictas Societates erectas aut erigendas, postquam erectae erunt censendas esse aggregatas Archiconfraternitati S. Francisci Assisiensis, juxta praefatam constitutionem Sixti V, ut integre constat ex Brevi Pauli V expedito die 2 Martii 1607.

11. Idem Paulus V alio suo Brevi 15 Junii 1610 confirmatis Indulgentiis et gratiis ab ipso concessis in praefato Brevi Archiconfraternitati sacri funis, concessit omnibus confratribus et sororibus dictae archiconfraternitatis, qui vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti, devote visitabunt ecclesiam archiconfraternitatis die 2 Augusti a primis vesperis usque ad occasum solis dictae diei, et ibi fundent ad Deum pias et devotas preces pro pace inter principes Christianos, extirpatione haeresum, et exaltatione S. Matris Ecclesiae, Indulgentiam plenariam.

12. Extendendo supradictam concessionem omnibus confraternitatibus chordigerorum, quae juxta constitutionem Clementis VIII erectae sunt et aggregatae supradictae archiconfraternitati usque ad diem dictae concessionis, sine alia communicatione; quamvis tamen confraternitatibus canonice erigendis et aggregandis communicari debeat haec et aliae indulgentiae archiconfraternitati concessae juxta supradictam constitutionem Clementis VIII.

13. Gregorius XV per Breve de die 10 Novembris 1622 concessit fratribus et sororibus dictae archiconfraternitatis sacri funis ut possint gaudere omnibus indulgentiis, remissionibus peccatorum, et relaxationibus poenitentiarum, quae tanquam Regularibus, concessae sunt Fratribus Minoribus Conventualibus.

14. Fratribus et sororibus qui ob paupertatem, locorum distantiam, infirmitatem aut aliud legitimum impedimentum non possunt quotidie visitare ecclesias, quas visitare debent praedicti fratres ad lucrandas easdem indulgentias, concessit, ut dicendo quinque *Pater* et quinque *Ave* cum quinque *Gloria* in honorem quinque plagarum D. N. J. C. et S. Francisci, lucrentur illas indulgentias acsi personaliter visitassent illas ecclesias.

15. Tandem concessit dictis fratribus et sororibus, ut omnes indulgentiae a se supra expressae, peccatorum remissiones, et poenitentiarum relaxationes, et etiam eae quae acquiruntur visitando ecclesias ordinis Minorum Conventualium die S. Mariae de Angelis, dicta Portiunculae, quae est 2ª Augusti, possint applicari per modum suffragii animabus quae sunt in Purgatorio.

16. Declarans omnes confraternitates chordigerorum quae usque ad praesens sunt erectae, institutae et aggregatae dictae archiconfraternitati juxta constitutionem Clementis VIII, posse gaudere his suis gratiis sine alia communicatione, concessione aut indulto; et iis, quae pro futuro erigerentur, instituerentur, et aggregarentur legitime juxta constitutionem praedictam Clementis VIII posse communicari ab archiconfraternitate sicuti Indulgentias concessus a Paulo V, servata tamen formula supradictae constitutionis.

Aliae indulgentiae concessae a Summis Pontificibus Clemente X et Innocentio XI.

17. Clemens X fel. rec. suo Brevi speciali emanato die 3 Octobris 1670 concessit in perpetuum omnibus utriusque sexus fidelibus Indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum si vere contriti, confessi, et Sacra Communione refecti, visitaverint unam ex ecclesiis Minorum Conventualium a primis vesperis usque ad occasum solis diei secundae Augusti, ibidem devote orantes pro concordia principum christianorum, extirpatione haeresum, et exaltatione S. Matris Ecclesiae.

18. Concessit etiam fel. rec Innocentius XI Indulgentiam plenariam perpetuam et remissionem omnium peccatorum supradictis chordigeris, qui devote intervenient processioni fieri solitae a confraternitate erecta in aliqua ecclesia ordinis, in una Dominica singuli mensis, si vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti Deum orent pro concordia principum christianorum, extirpatione haeresum, et exaltatione S. Matris Ecclesiae, ut patet ex Brevi expedito die 26 Augusti 1680.

Et in alio Brevi ejusdem temporis concedit Indulgentiam plenariam perpetuam et remissionem peccatorum omnibus et singulis ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, Cappuccinorum et de observantia, tam fratribus quam monialibus, et omnibus utriusque sexus fidelibus, qui vere contriti, confessi, et Sacra Communione refecti diebus festis Sanctorum Francisci, Antonii a Padua, Bonaventurae, Ludovici Episcopi et confessoris, et Bernardini devote visitabunt unam ex ecclesiis praedictorum ordinum, et in festo S. Clarae unam ex ecclesiis monialium dicti ordinis, a primis vesperis usque ad solis occasum et ibi devote orabunt ut supra.

Sequuntur indulgentiae Regularibus concessae a fel. rec. Paulo V die 23 Maji 1606, quibus gaudere poterunt chordigeri juxta supradictam concessionem Papae Gregorii XV.

Regularibus qui devote visitabunt ecclesiam ordinis, et ibidem orationem facient, Dominum orantes pro concordia principum Christianorum, extirpatione haeresum, Romani Pontificis incolumitate, et exaltatione S. Matris Ecclesiae, concessit easdem indulgentias, quas diebus Stationum in missali romano descriptarum, lucrantur illi, qui visitant ecclesias intra et extra moenia urbis Romae, acsi personaliter easdem visitassent: et chordigeri visitando suam Capellam in ecclesia ordinis, ubi instituta est societas, et orando ut supra, lucrabuntur easdem indulgentias.

Cuicumque qui recitabit quinque *Pater* et *Ave* ante altare propriae ecclesiae pro singula die Indulgentiam quinque annorum et totidem quadragenarum: et hanc indulgentiam lucrabuntur chordigeri visitando et orando ad suum altare vel capellam, sicuti dictum est supra.

Si dicti chordigeri propter paupertatem, locorum distantiam, infirmitatem, aut aliud legitimum impedimentum non possint visitare dictam capellam, dicendo quinque *Gloria Patri* in honorem quinque plagarum D. N. J. C. et S. Francisci, lucrabuntur Indulgentias, acsi personaliter visitassent, et hoc ex concessione Gregorii XV per Breve 10 Novembris 1622, ut dictum est in hoc summario sub numeris 13 et 14.

Omnibus Regularibus qui quotidie per mediam horam integro mense facient orationem mentalem, confitendo et communicando ultima Dominica dicti mensis Indulgentiam sexaginta annorum et totidem quadragenarum, quam

Digitized by Google

lucrabuntur etiam chordigeri faciendo eamdem orationem mentalem, confitendo et communicando ut supra.

Omnibus illis Regularibus qui saltem per duas horas diversis temporibus, confessi et Sacra Communione refecti et postquam missam celebraverint, intererunt orationi quadraginta horarum, quae ab eorum superiore in visitationibus generalibus injungetur pro bono successu dictarum visitationum, et ibidem fundent pias et devotas preces pro concordia principum christianorum, extirpatione haeresum, Summi Pontificis incolumitate, exaltatione S. Ecclesiae et augmento disciplinae et observantiae regularis, Indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum; quae etiam adaptabitur chordigeris.

Die 14 Januarii 1681.

Sacra Congregatio Summarium hoc Indulgentiarum a se recognitum, censuit imprimi posse, atque ubique promulgari.

A. Card. Homodeus

Michael Angelus Riccius Sac. Congr. Secr.

(*Vide* Decretum DCLXXX.)

II.

Summarium omnium et singularum Indulgentiarum Primariae Congregationis vulgo nuncupatae della Buona Morte *a sa. me. Benedicto XIII sub die* 23 *Septembris* 1729 *concessarum.*

Indulgentia Plenaria omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis, qui in Sodales ejusdem Primariae Congregationis recipientur die prima illorum receptionis, si Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae ea die sumpserint.

Indulgentia Plenaria Confratribus et Consororibus dictae Primariae Congregationis qui in Mortis Articulo constituti Sanctissimum Jesu Nomen, corde, si ore nequiverint, devote invocaverint.

Indulgentia Plenaria omnibus Confratribus et Consororibus, qui vere poenitentes confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Ecclesia, in qua Congregatio reperitur erecta, sumpserint, in una feria sexta seu Dominica cujuslibet mensis per eos ad sui libitum respective eligenda, dummodo Expositioni Sanctissimi Sacramenti de vespere peragendae, vel in qualibet ex feriis sextis seu Dominicis diebus intersint.

Indulgentia Plenaria omnibus et singulis Confratribus et Consororibus qui ut supra vere poenitentes confessi in Nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis D. N. Jesu Christi, et Epiphaniae et Pentecostes et Sanctissimae Trinitatis et Corporis Christi, nec non in Purificationis, Assumptionis, Conceptionis et Nativitatis B. M. V. ac Nativitatis S. Joannis Baptistae et singulorum Sanctorum Apostolorum videlicet Petri et Pauli, Andreae, Jacobi, Joannis, Thomae, Philippi, Jacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis, Judae, et Mathiae, nec non S. Josephi, et Commemorationis omnium Sanctorum festis diebus Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Ecclesia in qua Congregatio reperitur erecta, sumpserint, ac ibi prout unicuique suggeret devotio, pro Christianorum Principum concordia, Haeresum extirpatione, Haereticorum et Infidelium conversione et S. Matris Ecclesiae exaltatione ac Summi Pontificis prosperitate pie oraverint.

Indulgentia septem annorum, totidemque quadragenarum singulis Confratribus et Consororibus, qui Expositioni Sanctissimi Sacramenti vespere in qualibet ex dictis feriis sextis, seu Dominicis faciendae, devote interfuerint; et ut supra oraverint aut corpus suum flagellaverint; seu ut vulgo dicitur, disciplinam fecerint.

Indulgentia unius anni omnibus Confratribus et Consororibus, quoties corpora defunctorum ad sepulturam associaverint, vel si infirmi aut legitime impediti audito signo campanae Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam pro salute animae defuncti recitaverint, aut Congregationibus, tam publicis quam privatis, ac Divinis Officiis spiritualibusque colloquiis, exhortationibus, et aliis piis officiis aut diebus feriatis Missae Sacrificio interfuerint, aut vespertino tempore antequam cubent conscientiam diligenter examinaverint, seu pauperes infirmos in hospitalibus vel privatis domibus, nec non carceratos visitaverint.

Omnes et singuli Confratres et Consorores, qui singulis Quadragesimae et aliis anni diebus in Missali Romano descriptis, rite dispositi Ecclesiam in qua Congregatio reperitur erecta devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, eas omnes et singulas Indulgentias prout in Decreto hujus Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Julii 1777 consequantur, quas consequerentur si Ecclesias Urbis pro consequendis Indulgentiis Stationum designatas personaliter visitarent.

Omnes et singulae praefatae Indulgentiae sive plenariae sive partiales possunt animabus fidelium defunctorum per modum suffragii applicari.

Singuli Confratres et Consorores ubique locorum pro tempore commorantes, opera praedicta, quae ipsi sodales pro singularum Indulgentiarum consecutione observare deberent, prout poterunt observando, et

Digitized by Google

exequendo, omnes easdem Indulgentias, remissiones, et relaxationes consequi possunt.

J. Archiep. Tyri Secr.

(*Vide* Decretum CDLXXIX.)

III.

Summarium Indulgentiarum Numismatibus seu Crucibus S. Benedicti nuncupatis per Monachos Ordinis ejusdem S. Benedicti Bohaemiae, Moraviae et Silesiae benedictis concessarum.

Sanctissimus DD. Benedictus PP. XIV ad humillimas et enixas preces R. P. D. Bennonis Lubel Ordinis S. Benedicti, liberi et exempti Monasterii Brzeunoviensis Abbatis, Walsthadii Silesiorum Praepositi. Regni Bohaemiae Praelati infulati, ac per eamdem Bohaemiam, Moraviam et Silesiam Visitatoris perpetui, ut ex voto Sac. Congregationis Indulgentiarum Sacrisque Reliquiis praepositae Numismatibus, seu Crucibus S. Benedicti nuncupatis per ejusmodi Visitatorem perpetuum pro tempore existentem, ac Monachos eidem subjectos sub certa formula ad hoc specialiter approbata benedictis, sequentes Indulgentias sub die 23 Decembris 1741 ac per suum Breve diei 12 Martii 1742 confirmavit, videlicet.

1° Qui saltem semel in hebdomada Coronam Domini, vel Beatissimae Virginis, vel Rosarium, ejusve tertiam partem; aut Officium vel Divinum vel Parvum ejusdem Beatissimae Virginis Mariae vel Defunctorum: aut Septem Psalmos Poenitentiales, vel Graduales recitare; aut rudimenta Fidei docere; aut detentos in Carcere, vel alicujus domus hospitalis aegrotos visitare, aut pauperibus subvenire; aut Missam audire, vel (si est Sacerdos) celebrare consueverit, si vere poenitens ac Sacerdoti per Ordinarium approbato confessus fuerit, et Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserit, in quolibet ex diebus infrascriptis, nimirum die Festo Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis, et Corporis Christi, ac die Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, et Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae, necnon primo die Novembris festo Omnium Sanctorum, ac die festo S. Benedicti, et pro haeresum ac schismatum extirpatione, Fidei Catholicae exaltatione, pace et Christianorum Principum concordia, caeterisque Romanae Ecclesiae necessitatibus pias ad Deum preces effuderit, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem consequetur.

2° Qui eadem in aliis festis Domini, aut Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorumque Apostolorum aut S. Joseph, aut SS. Mauri, Placidi, Scholasticae, vel Gertrudis Ordinis S. Benedicti peregerit, in quolibet eorum Indulgentiam septem annorum, totidemque quadragenarum acquiret.

3° Qui Missam audiet, vel (si est Sacerdos) celebrabit, ac pro Christianorum Principum prosperitate, illorumque Statuum, et Ditionum tranquillitate Deum orabit, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum adipiscetur.

4° Qui ob reverentiam erga Passionem Jesu Christi Domini Nostri feriis sextis, aut in honorem Beatissimae Virginis Mariae diebus Sabbati jejunaverit, qualibet earum die id egerit Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum; qui vero confessus, ac S. Communione refectus jejunium iisdem diebus per integrum annum servaverit, Plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et Indulgentiam lucrabitur, qua etiam gaudebit, qui idem opus complere intendens infra annum decesserit.

5° Qui semel vel pluries in die jaculatoriam *Benedicta sit Purissima et Immaculata Conceptio* proferre consueverit, Indulgentia quadraginta dierum fruetur.

6° Qui saltem semel in hebdomada recitare consueverit Coronam aut Rosarium aut Officium Beatae Mariae Virginis vel Defunctorum, aut Vesperas, unumque saltem ex Nocturnis cum Laudibus aut Psalmos Poenitentiales cum Litaniis eorumque precibus, aut in honorem Sanctissimi Nominis Jesu, vel quinque ejus Plagarum dixerit quinquies *Orationem Dominicam*, aut in honorem Sanctissimi Nominis Mariae, quinquies Salutationem Angelicam, aut Antiphonam *Sub tuum praesidium, etc.* cum unaqualibet ex approbatis Orationibus ejusdem Beatissimae Virginis, quo die id fecerit Indulgentiam septem dierum consequetur.

7° Qui in quavis feria sexta de Passione et Morte Domini Jesu Christi pie cogitaverit, et ter Orationem Dominicam ac Salutationem Angelicam recitaverit, Indulgentiam centum dierum semel in die praefatorum lucrabitur.

8° Qui ob devotionem erga SS. Joseph, Benedictum, Maurum, Scholasticam et Gertrudem recitando Psalmum *Miserere mei Deus, etc.*, aut quinquies Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam oraverit, ut Deus per eorum intercessionem Sanctam Catholicam Ecclesiam conservet, ipsumque orantem

Digitized by Google

beato fine quiescere faciat Indulgentiam centum dierum consequetur.

9° Qui ante celebrationem Missae, vel sumptionem Eucharistiae, aut recitationem Officii Divini vel Parvi B. Mariae Virginis devotam aliquam precationem adhibuerit, Indulgentia quadraginta dierum fruetur.

10° Qui pro Christifidelibus in agone constitutis Deum deprecabitur, ac pro ipsis ter Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam dixerit, Indulgentiam quinquaginta dierum acquiret.

11° Qui detentos in carcere, aut aegrotos in Nosocomiis aliquo pio opere adjuvando visitaverit, aut Doctrinam Christianam in Ecclesia, aut Domi filios vel propinquos vel famulos docuerit, praeter Indulgentias ab aliis Summis Pontificibus ad id concessas, toties Indulgentiam biscentum dierum adipiscetur.

12° Qui Coronam aut Rosarium B. V. Mariae in honorem ejusdem Purissimae et Immaculatae Conceptionis recitaverit, ipsam deprecans apud ejus Divinum Filium, ut sine lethali labe vivere et mori valeat, Indulgentiam septem annorum percipiet.

13° Qui Sanctissimum Eucharistiae Viaticum ad infirmos devote sociaverit, praeter Indulgentias ad id tam pium opus ab aliis Summis Pontificibus concessas, Indulgentia septem annorum etiam gaudebit.

14° Qui quotidie pro haeresum extirpatione oraverit, Indulgentia viginti annorum semel in hebdomada fruetur.

15° Qui conscientiam suam excusserit ac vere poenitens peccata commissa emendare, et confiteri firmiter proposuerit, quinquies Oratione Dominica et Angelica Salutatione devote repetita, Indulgentiam unius anni, si vere confessus et Sacra Communione refectus fuerit ea die Indulgentiam decem annorum acquiret.

16° Qui probo suo exemplo aut consilio aliquem peccatorem ad poenitentiam reduxerit, remissionem tertiae partis poenarum sibi propter sua peccata alias quomodolibet debitarum consequetur.

17° Qui vere poenitens confessus Sacraque Communione refectus in feria quinta Coenae Domini et in die Paschatis Resurrectionis pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, Summique Pontificis conservatione pias ad Deum preces effuderit, easmet acquiret Indulgentias, quas iisdem diebus Sanctitas Sua Populo benedicens publice elargitur.

18° Qui Deum pro ordinis seu religionis S. Benedicti propagatione deprecatus fuerit, particeps erit omnium et singulorum bonorum operum, quae in eadem Religione quomodolibet peraguntur.

19° Qui vel infirmitate corporis, vel alio legitimo impedimento detentus Missam audire (aut si Sacerdos), celebrare, aut Officium vel Divinum, vel B. V. Mariae aut alia virtutis exercitia ad praefatas Indulgentias acquirendas injuncta peragere nequiverit, eisdem nihilominus gaudebit, si pro ipsis recitaverit ter Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam, ac Antiphonam *Salve Regina*, etc. atque in fine ipsius dixerit *Benedicta sit Sanctissima Trinitas, et laudetur Sanctissimum Sacramentum, ac Conceptio Beatissimae Virginis Mariae sine labe conceptae*, dummodo tamen confessus ac Sacra Communione refectus fuerit, vel saltem contritus inde peccata sua confiteri firmiter proposuerit.

20° Qui in articulo Mortis constitutus, animam suam Deo pie commendans praemissa peccatorum suorum confessione sumptaque Sanctissima Eucharistia si potuerit, sin minus elicita cordis contritione Jesu et Mariae Nomina ore, si potuerit, alioquin corde saltem invocaverit, Plenariam omnium peccatorum suorum remissiones nec non poenitentiarum relaxationes aut sibi adipisci aut animabus fidelium defunctorum per modum suffragii applicare poterit.

Sanctitas Sua declaravit quod praedicta Numismata seu Medalliae quae non fuerint benedicta a Visitatore perpetuo Ordinis S. Benedicti per Bohaemiam, Moraviam et Silesiam pro tempore existen., vel a Monachis eidem subjectis, aut quibus ab Apostolica Sede ex speciali gratia indultum fuerit, omni penitus Indulgentia careant.

Item vetuit benedici ejusmodi Medallias chartaceas, vel ex simili materia confectas, sed tantummodo ex auro, argento, aere, auricalco, aliove solido metallo consistentes, aliter nulla prorsus gaudeant Indulgentia.

In distribuendis hujusmodi Numismatibus, eorumque usu Eadem Sanctitas Sua servari jubet Decretum fel. rec. Alexandri VII editum sub die 6 Februarii 1657, nimirum, ut Numismata, quae vulgo Medalliae nuncupantur cum praedictis Indulgentiis benedicta non transeant personam illorum, quibus a Monachis praefatis concedentur, aut quibus ab his prima vice distribuentur, nec commodari, aut vendi aut precario dari valeant, alioquin careant Indulgentiis jam concessis, et aliqua deperdita, altera pro ea subrogari, nullo modo possit, nisi a quibus supra benedicta fuerit, quacumque concessione, aut privilegio in contrarium non obstante.

Digitized by Google

Insuper expresse prohibet, ne quis Sacerdos, sive saecularis, sive cujuslibet Ordinis, Congregationis aut Instituti Regularis, quavis etiam dignitate aut officio insignitus extra praedictos Monachos Bohaemiae, Moraviae et Silesiae, vel quibus a S. Sede ex speciali privilegio Indultum fuerit, ejusmodi Numismata, seu Cruces benedicere, aut a se benedicta fidelibus distribuere audeat, vel praesumat sub poenis praeter nullitatem benedictionis, et Indulgentiarum, per respectivos locorum Ordinarios aut Fidei Inquisitores juxta reatus qualitatem arbitrio infligendis, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Voluitque Sanctitas Sua quod istarum litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici vel Secretarii Visitatoris perpetui praedicti pro tempore existentis subscriptis, et sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, vel ejusdem Bennonis, aut existentis pro tempore Visitatoris perpetui munitis eadem prorsus in judicio, et extra ubique locorum fides adhibeatur, quae adhiberetur litteris ipsis originalibus si forent exhibitae vel ostensae.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, instante R. P. Bennone Lubel liberi et exempti Monasterii Brzeunoviensis Abbate, Walsthadii Praeposito Regni Bohaemiae Praelato infulato, ac Ordinis S. Benedicti per eamdem Bohaemiam, Moraviam et Silesiam Visitatore perpetuo suprascriptum Indulgentiarum Summarium cum suis respectivis declarationibus quocumque idiomate in locis quibusvis Catholicis imprimi posse censuit. Et facta de praedictis omnibus et singulis sub die 21 Aprilis 1742 per me subscriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit et concessit.

L. Card. Picus Praef.

A. M. Erba Prot. Apost. Secret.

(*Vide* Decretum CXIV.)

IV.

Summarium Indulgentiarum Rosariis seu Coronis S. Birgittae nuncupatis per PP. Superiores Monasteriorum, aut ulios Sacerdotes Ordinis Sanctissimi Salvatoris, sive ejusdem S. Birgittae ad id deputatos benedictis concessarum.

Sanctissimus D. N. Benedictus PP. XIV Rosariis, seu Coronis S. Birgittae nuncupatis per PP. Superiores Monasteriorum, aut alios Sacerdotes Ordinis Sanctissimi Salvatoris sive ejusdem S. Birgittae ad id deputatos benedictis praeter Indulgentias a sanme. Leone X et Clemente XI ut infra concessas, et a S. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita sub die 4 Decembris 1714 recognitas atque approbatas, alias per suum Breve diei 15 Januarii 1743 novissime addit atque concessit.

1° Qui pro suo arbitrio Rosarium seu Coronam S. Birgittae nuncupatam, ut supra, benedictam devote recitaverit, centum dierum pro qualibet Oratione Dominica et pro qualibet Salutatione Angelica, nec non centum dierum pro quolibet, si dixerit, symbolo Apostolico Indulgentiam lucrabitur. Leo X 6 Idus Julii 1515.

2° Qui dictum Rosarium seu Coronam integram quindecim decadum recitaverit, praeter praedictas centum dierum, etiam septem annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam acquiret. Idem Leo X loc. cit.

3° Qui idem Rosarium seu Coronam cum alio vel aliis recitaverit omnes et singuli recitantes easdemmet Indulgentias perinde ac si quisque seorsim id egerit consequetur. Idem Leo X loc. cit.

4° Quilibet easdem Indulgentias aut sibi acquirere aut per modum suffragii animabus Purgatorii applicare valet. Benedictus XIV 10 Martii 1742.

5° Qui dictam Coronam quinque saltem decadum per integrum annum quotidie recitaverit, et vere poenitens, confessus ac S. Communione refectus pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, et S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderit, die per unumquemque semel in anno eligenda Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam cum facultate illam etiam per modum suffragii animabus fidelium defunctorum applicandi adipiscetur. Clemens XI 22 Septembris 1714.

6° Qui saltem semel in hebdomada dictam Coronam quinque saltem decadum recitare consueverit, et in festo ejusdem S. Birgittae confessus et S. Communione refectus propriam cujusque parochialem vel aliam Ecclesiam devote visitaverit, ac in ea, ut praefertur, oraverit, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam assequetur. Benedictus XIV 15 Januarii 1743.

7° Qui in articulo mortis constitutus animam suam Deo devote commendans, praemissa peccatorum suorum confessione, sumptaque Sanctissima Eucharistia, si potuerit, sin minus elicita cordis contritione ore si potuerit, alioquin corde saltem Jesu Nomen invocaverit, Plenariam omnium pec-

Digitized by Google

catorum suorum Indulgentiam consequetur. Idem loc. cit.

8° Qui eamdem Coronam quinque saltem decadum per mensem continuum quotidie recitaverit, et confessus ac S. Communione refectus die intra ejusmodi mensem per unumquemque eligenda aliquam Ecclesiam devote visitaverit, ac in ea Deum, prout supra, oraverit, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam lucrabitur. Idem loc. cit.

9° Qui eamdem Coronam penes se deferens pro Christifidelibus in Agone constitutis ad signum campanae flexis genibus Deum deprecabitur, qua vice id egerit, Indulgentia quadraginta dierum fruetur. Id. loc. cit

10° Qui apud se dictam Coronam habens vere peccatorum suorum poenitens conscientiam suam examinaverit, ac ter Orationem Dominicam, et ter Salutationem Angelicam recitaverit, Indulgentia viginti dierum gaudebit.

11° Qui ipsam Coronam retinens sacrosancto Missae Sacrificio quocumque feriato vel festivo die, aut Verbi Dei praedicationi devote interfuerit, aut sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur associaverit: aut devium aliquem ad viam salutis reduxerit: vel in honorem Domini Nostri Jesu Christi, seu B. Mariae Virginis, aut ejusdem S. Birgittae quodcumque pium opus peregerit, et ter Orationem Dominicam, terque Salutationem Angelicam recitaverit, Indulgentiam centum dierum consequetur. Idem loc. cit.

12° Quilibet omnes et singulas praefatas Indulgentias ac peccatorum remissiones, nec non poenitentiarum relaxationes aut sibi aut per modum suffragii animabus fidelium defunctorum applicare poterit. Id. loc. cit.

Ad lucrifaciendas omnes et singulas praedictas Indulgentias ejusmodi Coronae seu Rosaria a praefatis PP. Ordinis Sanctissimi Salvatoris sive S. Birgittae debent esse prius benedicta, aliter nulla prorsus gaudent Indulgentia.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita innovando Decreto diei 26 Novembris 1714 vetuit ne hujusmodi Coronae seu Rosaria, utpote benedicta vendantur, aut alteri commodentur, aut praecario dentur, alioquin careant Indulgentiis jam concessis, et aliqua deperdita altera pro ea subrogari nullo modo possit, nisi a quibus supra benedicta fuerit. Insuper ad humillimas preces moderni praedicti Ordinis Procuratoris Generalis suprascriptum Indulgentiarum Summarium, annuente ad relationem per me infrascriptum Secretarium factam Sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV sub die 9 Februarii 1743 quocumque idiomate in quibuslibet locis catholicis imprimi posse censuit.

A. CARD. S. CLEMENTIS.
A. M. Erba Prot. Ap. Secr.

(*Vide* Decretum XXXVI.)

V.

Sommario delle Indulgenze perpetue che da tutti i fedeli dell'uno e l'altro sesso dispositi come si conviene si possono acquistare nella Chiesa di S. Maria di Galliera di Bologna detta comunemente la Madonna di Galliera; *Chiesa della Congregazione de' PP. dell'Oratorio di San Filippo Neri per concessione di Gregorio XV come da suo Breve dei* 23 *Giugno* 1622 *e riconosciuto e approvato dalla Sacra Congregazione delle Indulgenze il di* 1 *Aprile e confermato da N. S. Benedetto XIV ai* 24 *del medesimo Aprile* 1743.

Qualunque fedele dell'uno e l'altro sesso che veramente pentito, confessato e communicato visiterà la medesima Chiesa nelle feste o giorni sotto designati, ed ivi pregherà Sua Divina Maestà per la concordia ed eseltazione di S. Madre Chiesa acquisterà l'infrascritte Indulgenze, cioè.

Nella festa della Circoncisione del Signore Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nella festa dell'Epifania del Signore Indulgenza Plenaria.

Nella festa della Purificazione di Maria SS. Indulgenza Plenaria.

Nella festa di S. Mattia Apostolo Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nella festa di S. Gregorio Magno Indulgenza Plenaria.

Nella festa di S. Marco Evangelista Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nella vigilia dell'Ascensione del Signore Indulgenza Plenaria.

Nella festa dell'Apparizione di S. Michele Arcangelo Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nella festa di S. Filippo Neri Indulgenza Plenaria applicabile alle anime de'fedeli defonti.

Nella festa di S. Giovanni Battista Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nella festa di S. Pietro Apostolo Indulgenza Plenaria.

Digitized by Google

Nella festa della Visitazione di Maria SS. Indulgenza Plenaria.

Nella festa di S. Giacomo Apostolo Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nel giorno 5 Agosta festa della Dedicazione di S. Maria ad Nives Indulgenza Plenaria.

Nella festa dell'Assunzione di Maria SS. Indulgenza Plenaria.

Nella festa di S. Bartolomeo Apostolo Indulgenza di sette anni e sette quarantene. Simile per la festa di S. Matteo.

Nella festa della Natività di Maria Vergine e di S. Girolamo Indulgenza Plenaria.

Nella festa di S. Luca Evangelista Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nella festa dei SS. Simone e Giuda Apost. Indulgenza Plenaria.

Nel giorno della Commemorazione di tutti i defonti Indulgenza Plenaria applicabile alle anime del Purgatorio.

Nella festa della Presentazione di Maria SS. Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nella festa della Concezione di Maria SS. Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

Nella festa del SS. Natale del Signore Indulgenza Plenaria.

Nella prima Domenica di ogni mese facendo la Comunione Generale Indulgenza Plenaria.

Qualunque fedele che veramente pentito de'suoi peccati avrà proposto di confessarsi acquisterà in qualunque giorno dell'anno l'Indulgenza di tre anni e tre quarantene.

Chi visiterà li sette Altari destinati nella medesima Chiesa conseguirà una volta il mese le medesime Indulgenze come visitasse li sette Altari della Basilica di S. Pietro di Roma.

Chi visiterà la medesima Chiesa nei giorni infrascritti conseguirà le Indulgenze delle Stazioni che si acquistano visitando la Basilica di S. Maria Maggiore di Roma, cioè.

Nel Mercoldi delle Quattro Tempora di Quaresima.

Nella seconda Domenica di Quaresima.

Nel Mercoldi della settimana Maggiore o Santa.

Nel Lunedi delle Rogazioni.

Nel Mercoldi delle Quattro Tempora di Pentecoste.

Nel Mercoldi delle Quattro Tempora dell'Autunno.

Nella Domenica prima dell'Avvento.

Di più Altare privilegiato quotidiano per ogni fedele defunto conceduto da Urbano VIII nel 1634.

La S. Congregazione delle Indulgenze e S. Reliquie per suo decreto del 1 Aprile 1743 ha dichiarato nulle ed apocrife, e dalla Santità di Nostro Signore Benedetto XIV espressamente rivocate tutte le altre Indulgenze che non sono nel presente Sommario contenute.

Summarium indulgentiarum perpetuarum, quae ab omnibus utriusque sexus fidelibus debite dispositis acquiri possunt in ecclesia S. Mariae de Galliera Bononiae vulgo dicta la Madonna di Galliera; ecclesia congregationis Patrum Oratorii S. Philippi Nerii, ex concessione Gregorii XV ut patet ex ejus Brevi diei 23 Junii 1622, recognito et approbato a Sacra Congregatione Indulgentiarum 1 Aprilis, et confirmato a SSmo Dno Nro Benedicto XIV 24 Aprilis 1743.

Quilibet utriusque sexus fidelis qui vere contritus, confessus et Sacra Communione refectus visitabit eamdem ecclesiam in festis aut diebus infra designatis, et ibidem divinam majestatem orabit pro concordia et exaltatione Sanctae Matris Ecclesiae, lucrabitur infrascriptas indulgentias, id est.

In festo Circumcisionis Domini indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

In festo Epiphaniae Domini indulgentiam plenariam.

In festo Purificationis B. M. V. indulgentiam plenariam.

In festo S. Mathiae apostoli, indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

In festo S. Gregorii magni indulgentiam plenariam.

In festo S. Marci Evangelistae, indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

In vigilia Ascensionis Domini indulgentiam plenariam.

In festo apparitionis S. Michaëlis Archangeli indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

In festo S. Philippi Nerii indulgentiam plenariam applicabilem animabus fidelium defunctorum.

In festo S. Joannis Baptistae indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

In festo S. Petri apostoli, indulgentiam plenariam.

In festo Visitationis B. M. V. indulgentiam plenariam.

In festo S. Jacobi apostoli, indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

Die 5 Augusti, festo Dedicationis B. M. V. ad Nives, indulgentiam plenariam.

In festo Assumptionis B. M. V. indulgentiam plenariam.

In festo S. Bartholomei apostoli indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum. Similem pro festo S. Matthaei.

In festo Nativitatis B. M. V. et S. Hieronymi indulgentiam plenariam.

In festo S. Lucae evangelistae indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

In festo SS. Simonis et Judae, indulgentiam plenariam.

In die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, indulgentiam plenariam applicabilem animabus Purgatorii.

In festo Praesentationis B. M. V. indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

In festo Conceptionis B. M. V. indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

Digitized by Google

In festo Nativitatis Domini, indulgentiam plenariam.

Prima Dominica cujusque mensis dum fit communio generalis, indulgentiam plenariam.

Quilibet fidelis qui vere contritus de suis peccatis habebit propositum confitendi lucrabitur quocumque anni die indulgentiam trium annorum et trium quadragenarum.

Qui visitabit septem altaria designata in eadem ecclesia lucrabitur semel in mense easdem indulgentias, acsi visitasset septem altaria basilicae S. Petri Romae.

Qui visitabit eamdem ecclesiam diebus infrascriptis lucrabitur indulgentias Stationum, quae acquiruntur visitando basilicam S. Mariae Majoris Romae, id est.

Feria IV quatuor temporum Quadragesimae.

Dominica secunda Quadragesimae.

Feria IV hebdomadae majoris seu Sanctae.

Feria II rogationum.

Feria IV quatuor temporum Pentecostes.

Feria IV quatuor temporum in autumno.

Dominica prima Adventus.

Insuper altare privilegiatum quotidianum pro quolibet fideli defuncto, concessum ab Urbano VIII anno 1634.

Sacra Congregatio Indulgentiarum et reliquiarum decreto suo de 1 Aprilis 1743 declaravit nullas et apocryphas, et a S. D. N. Benedicto XIV expresse revocatas omnes alias indulgentias, quae non sunt contentae in praesenti summario.

Eadem S. Congregatio eadem die praesens Summarium imprimi posse censuit, et facta de his omnibus sub die 5 et iterum 24 ejusdem mensis Aprilis per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne approbavit, et quatenus opus sit singulas praefatas Indulgentias confirmavit, et de novo respective concessit.

A. Card. Sancti Clementis.
A. M. Erba Prot. Ap. Secr.

VI.

Sommario dell' Indulgenze e Privilegi concessi da' Sommi Pontefici alla Ven. Archiconfraternita delle Sagre Stimmate di S. Francesco di Roma, e dalla Santità di N. S. Benedetto Papa XIV in parte confermate, altre estese, o di nuovo concesse in perpetuo, il tutto come risulta dal Decreto della Sagra Congregazione dell' Indulgenze e Sagre Reliquie spedito il di 27 Gennajo 1742, che originalmente si conserva nell' Archivio della medesima Archiconfraternita.

1° Qualunque fedele tanto dell' uno, che dell' altro sesso, quale veramente pentito de' suoi peccati si farà descrivere per Fratello o Sorella della Ven. Archiconfraternita delle Sagre Stimmate, in quel giorno, cioè rispetto agl' uomini, del loro ingresso, che faranno nell' Oratorio, e quanto alle donne nel giorno in cui parimenti si faranno registrare per Sorelle, con ricevere in memoria del Padre S. Francesco il Cordone benedetto, e confessandosi e communicandosi acquisterà l'Indulgenza Plenaria, e la remissione di tutti i suoi peccati.

2° Ogni Confratello e Consorella, che nel punto di sua morte, raccomandando l' anima sua a Dio, pentito, confessato e communicato, o, se ciò fare non potrà, almeno contrito, invocherà il Sanctissimo Nome di Gesù col cuore, non potendo colla bocca, quadagnerà l' Indulgenza Plenaria, e la remissione di tutti i suoi peccati.

3° Qualunque Confratello e Consorella, che veramente pentito, confessato e communicato visiterà nella festa di S. Francesco d' Assisi ai 4 di Ottobre da' primi vesperi fino al tramontar del sole di detto giorno la Chiesa, ossia la Cappella od Oratorio della Ven. Archiconfraternita, ed ivi pregherà Dio per la concordia fra' Principi Cristiani, per l'estirpazione dell' eresie, e per l' esaltazione della Santa Madre Chiesa, conseguirà l' Indulgenza Plenaria, e la remissione di tutti i suoi peccati.

4° Ogni Confratello e Consorella, che veramente pentito, confessato e communicato visiterà la Chiesa, o Cappella, ossia Oratorio della medesima Ven. Archiconfraternita nelle feste della Purificazione ed Assunzione di Maria Vergine Santissima, de' santi Quaranta Martiri, e della Dedicazione della Chiesa di detta Ven. Archiconfraternita da' primi vesperi fino al tramontar del sole delle medesime feste, ed ivi pregheranno S. D. M. come sopra, acquisterà in ognuna delle dette feste l' Indulgenza di sette anni, e sette quarantene.

5° Qualunque Confratello e Consorella, che almeno contrito accompagnerà il Santissimo Sagramento dell' Eucaristia, si nelle Processioni che si fanno da detta Ven. Archiconfraternita con licenza della Santa Sede, che quando da qualunque luogo si porta agl' infermi, o per qualunque altra occasione, guadagnerà per ogni volta l' Indulgenza di cinque anni ed altrettante quarantene, e se essendo impedito, al sentire il segno della campana, reciterà cinque volte il *Pater Noster*, e cinque volte l'*Ave Maria*, pregando Dio per la salute dell' infermo, acquisterà per ogni volta l' Indulgenza di cento giorni.

6° Ogni volta, che qualsisia Confratello e Consorella di detta Archiconfraternita interverrà alle Messe ed altri Divini Offici, Orazioni ed Esercizi di

Digitized by Google

pietà, che si celebrano, o si fanno a suo tempo nella Chiesa, o Cappella, ossia Oratorio della stessa Ven. Archiconfraternita, o ridurrà a miglior vita li peccatori, o comporrà, o procurerà che si componghino le discordie cogl' inimici proprj o altrui, o alloggerà i poveri, o visiterà i carcerati o infermi, soccorrendoli con buoni consigli, e se sono poveri, con qualche limosina, o sovverrà alla necessità di qualunque bisognoso, o insegnerà agl' ignoranti li precetti di Dio necessari alla salute dell' anima, o accompagnerà alla sepoltura li cadaveri de' defonti, si de' Confratelli e Consorelle, che d'altri fedeli, o reciterà cinque volte il *Pater noster*, e cinque volte l'*Ave Maria* per l' anima de' defonti Confratelli e Consorelle della medesima Archiconfraternita, quante volte farà qualcuna di dette pie opere, tante volte guadagnerà l' Indulgenza di cento giorni.

7° Ogni giorno in cui calunque Confratello e Consorella visiterà la Chiesa o Cappella, ossia Oratorio di detta Ven. Archiconfraternita, o essendo legittimamente impedito, reciterà cinque *Pater*, cinque *Ave*, e cinque volte il *Gloria Patri*, *etc.* ad onore delle cinque Piaghe di Nostro Signore Gesù Cristo, e di S. Francesco, conseguirà l' Indulgenza di cinque anni et altrettante quarantene.

8° Ogni Confratello e Consorella che nelli giorni delle Stazioni descritti nel Messale Romano visiterà la Chiesa o Cappella, ossia Oratorio di detta Ven. Archiconfraternita acquisterà le medezime Indulgenze, come se visitasse la Chiesa, o Chiese dentro o fuori le mura di Roma, nelle quali in detti giorni si acquistano le Indulgenze delle medesime Stazioni.

9° Qualsisia Confratello e Consorella della medesima Ven. Archiconfraternita, che farà l'Orazione mentale, almeno per mezz'ora, conseguirà in quel giorno l'Indulgenza di cento giorni : se poi continuerà detta Orazione ogni giorno per un mese intiero, potrà in un giorno a sua elezione dentro lo stesso mese, in cui confessato e communicato, acquistare l'Indulgenza di sette anni ed altrettante quarantene : e se praticherà la medesima Orazione mentale quotidianamente per un anno intiero, se in un giorno pure ad arbitrio d'ognuno, veramente pentito, confessato e communicato, acquisterà l'Indulgenza Plenaria e la remissione di tutti i suoi peccati.

10° Ogni Confratello e Consorella della medesima Ven. Archiconfraternita gode per partezipazione di tutte le orazioni, discipline, digiuni, pellegrinaggi, pie opere, e di qualunque altro bene spirituale, che fa ed acquista ogni Religioso di tutto l'Ordine di S. Francesco di Assisi.

11° Qualunque Confratello e Consorella della stessa Ven. Archiconfraternita, che veramente pentito, confessato e communicato interverrà all'esposizione del Santissimo Sagramento dell'Eucaristia, che nella Domenica terza di ogni mese si fa nella Chiesa della medesima Ven. Archiconfraternita, ed ivi per qualche spazio di tempo farà Orazione a Dio, conseguirà in ognuna di dette Domeniche l'Indulgenza Plenaria, e la remissione di tutti i suoi peccati.

12° Ogni volta che qualsivoglia Confratello e Consorella di detta Ven. Archiconfraternita, confessato e communicato, visiterà ne' giorni destinati, gl'infermi nello Spedale di S. Giovanni Laterano, servandoli ne' loro bisogni, acquisterà l' Indulgenza di sette anni, e sette quarantene.

13° Li Confratelli e Consorelle, che almeno contriti assisteranno con divozione alla solenne benedizione dell' Acqua lustrale, che ogni anno si suol fare nella vigilia, o nella festa dell' Epifania, in rito latino, nella Chiesa di detta Ven. Archiconfraternita, ed ivi pregheranno come sopra, guadagneranno l'Indulgenza di duecento giorni.

14° Qualunque fedele tanto dell' uno che dell'altro sesso, che veramente pentito, confessato e communicato nel secondo giorno del mese di Agosto dai primi vesperi fino al tramontar del sole del medesimo giorno visiterà la Chiesa di detta Ven. Archiconfraternita, ed ivi pregherà Dio per la Concordia fra' Principi Cristiani, per l'estirpazione dell'eresie, e per l'esaltazione della Santa Madre Chiesa, acquisterà l'Indulgenza Plenaria, e la remissione di tutti i suoi peccati.

15° Ogni fedele dell'uno e dell'altro sesso, che veramente pentito, confessato e communicato visiterà la Chiesa della medesima Ven. Archiconfraternita nella festa delle Sagre Stimmate di S. Francesco, cominciando dai primi vesperi fino al tramontar del sole della medesima festa, o in qualunque giorno della sua ottava, o interverrà alla Processione, che dalla stessa Ven. Archiconfraternita si suol fare in un giorno dentro la medesima ottava, e preghera Dio come sopra, conseguirà per una sol volta in detti otto giorni, o visitando come sopra la Chiesa, o accompagnando la Processione predetta, l'Indulgenza Plenaria, e la remissione di tutti suoi peccati.

16° Tutte, ed ognuna delle sopra espresse Indulgenze potrà ognuno acquistarle per se, o applicarle per modo di suffragio alle anime de' fedeli defonti.

Digitized by Google

17° La Chiesa di detta Ven. Archiconfraternita per concessione della sa. mem. di Benedetto XIII gode l'Altare Maggiore Privilegiato ogni giorno in perpetuo per l'anima di qualunque fedele defonto, come da Breve de' 28 Giugno 1727.

La Santità di Nostro Signore Benedetto Papa XIV comanda, che di tutte le predette Indulgenze e Privilegi si debba formare il Sommario, ossia Catalogo, e riportarne l'approvazione dalla Sagra Congregazione dell' Indulgenze e Sagre Reliquie, affinchè ognuno possa vedere ed osservare le grazie concesse, tanto alli Confratelli e Consorelle, quanto alla Chiesa della medesima Ven. Archiconfraternita, e l'opere che debbonsi fare per conseguirle.

Summarium indulgentiarum et privilegiorum a Summis Pontificibus concessorum venerabili archiconfraternitati sacrorum stigmatum S. Francisci de Urbe Romae et a S. D. N. Benedicto XIV partim confirmatorum, partim extensorum aut de novo concessorum in perpetuum, prout quoad omnia patet ex decreto Sacrae Congregationis indulgentiarum et reliquiarum de die 27 Januarii 1742, *quod in originali asservatur in archivio ejusdem archiconfraternitatis.*

1° Quilibet utriusque sexus fidelis qui vere contritus de suis peccatis seipsum adscribi faciet in fratrem aut sororem venerabilis archiconfraternitatis sacrorum stigmatum, in illa die, id est respectu virorum, eorum ingressus in oratorium, et quantum ad mulieres in die qua pariter se inscribi facient in sorores, recipiendo in memoriam S. Patris Francisci funem benedictum, ac confitendo et ad sacram synaxin accedendo, lucrabitur indulgentiam plenariam, et remissionem omnium suorum peccatorum.

2° Quilibet confrater et consoror, qui in articulo mortis Deo commendans animam suam, contritus, confessus, et Sacra Communione refectus, invocabit Sanctissimum nomen Jesu, corde, si ore non possit, lucrabitur indulgentiam plenariam et remissionem omnium suorum peccatorum.

3° Quilibet confrater et consoror, qui vere contritus, confessus et Sacra Communione refectus, visitabit in festo S. Francisci Assisiensis die 4 Octobris a primis vesperis usque ad solis occasum istius diei, ecclesiam, capellam, vel oratorium venerabilis archiconfraternitatis, ibique Deum orabit pro concordia inter principes christianos, pro extirpatione haeresum, et pro exaltatione S. Matris Ecclesiae, lucrabitur indulgentiam plenariam et remissionem omnium suorum peccatorum.

4° Quilibet confrater et consoror, qui vere contritus, confessus et Sacra Communione refectus visitabit ecclesiam, capellam, aut oratorium ejusdem venerabilis archiconfraternitatis in festis Purificationis et Assumptionis B. M. V. Sanctorum quadraginta martyrum et dedicationis ecclesiae dictae venerabilis archiconfraternitatis a primis vesperis usque ad solis occasum eorumdem festorum, ibique Deum orabit ut supra, lucrabitur in singulo dictorum festorum indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

5° Quilibet confrater et consoror, qui saltem contritus comitabitur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum tam in processionibus, quae a dicta Ven. Archiconfraternitate de S. Sedis licentia fiunt, quam dum a quocumque loco defertur ad infirmos, aut quacumque alia occasione, lucrabitur singula vice indulgentiam quinque annorum et totidem quadragenarum; et si impeditus sit, ac audiens signum campanae recitabit quinque *Pater noster* et quinque *Ave Maria*, Deum orans pro salute infirmi, lucrabitur singula vice indulgentiam centum dierum.

6° Quotiescumque aliquis confrater aut consoror dictae archiconfraternitatis intererit missis aliisque officiis divinis, orationibus et piis exercitiis quae celebrabuntur aut fient tempore suo in ecclesia, capella aut oratorio ejusdem venerabilis archiconfraternitatis, aut ad meliorem vitam reducet peccatores, aut componet vel componi curabit discordias cum inimicis propriis, aut alienis, aut hospitabit pauperes, aut visitabit carceratos aut infirmos, juvando ipsos bonis consiliis, et si sint pauperes aliqua eleemosyna, aut subveniet necessitati cujuscumque indigentis, aut ignorantes docebit praecepta Dei ad salutem necessaria, aut comitabitur ad sepulturam cadavera defunctorum, tam confratrum et consororum, quam aliorum fidelium, aut recitabit quinquies *Pater* et quinquies *Ave Maria* pro anima defunctorum confratrum et consororum ejusdem archiconfraternitatis, quotiescumque faciet aliquam ex dictis piis operibus, toties lucrabitur indulgentiam centum dierum.

7° Singula die qua aliquis confrater et consoror visitabit ecclesiam, capellam, aut oratorium dictae venerabilis archiconfraternitatis, aut si legitime impeditus fuerit, recitabit quinque *Pater*, quinque *Ave* et quinquies *Gloria Patri*, etc. in honorem quinque plagarum D. N. J. C. et S. Francisci, lucrabitur Indulgentiam quinque annorum et totidem quadragenarum.

8° Quilibet confrater et consoror, qui diebus stationum in missali Romano descriptarum visitabit ecclesiam, capellam aut oratorium dictae Ven. archiconfraternitatis lucrabitur easdem indulgentias, acsi visitasset ecclesiam aut ecclesias intra aut extra muros urbis Romae, in quibus dictis diebus acquiruntur indulgentia earumdem stationum.

9° Quiscumque confrater et consoror ejusdem Ven. archiconfraternitatis, qui faciet orationem mentalem saltem per mediam horam, lucrabitur illa die indulgentiam centum dierum. Si continuabit dictam orationem singula die per integrum mensem, potèrit in una die ad suam electionem intra eumdem mensem, qua confitebitur et ad sacram synaxin accedet, lucrari indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum; et si practicabit eamdem orationem mentalem quotidie per integrum annum, si in aliqua die ad uniuscujusque arbitrium, vere contritus, confessus et Sacra Communione refectus fuerit, lucrabitur indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum suorum.

10° Quilibet confrater et consoror ejusdem Ven. archiconfraternitatis gaudet per participationem omnibus orationibus, disciplinis, jejuniis, peregrinationibus, piis operibus, et quocumque alio bono spirituali, quod facit et acquirit quilibet religiosus totius ordinis S. Francisci Assisiensis.

11° Quilibet confrater et consoror ejusdem Ven. ar-

Digitized by Google

chiconfraternitatis, qui vere contritus, confessus, et Sacra Communione refectus intererit expositioni Sanctissimi Sacramenti, quae qualibet Dominica tertia cujusque mensis fit in ecclesia ejusdem Ven. archiconfraternitatis, et ibidem per aliquod temporis spatium Deum orabit, lucrabitur in singula ex dictis Dominicis indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum.

12° Singula vice qua quiscumque confrater et consoror dictae Ven. archiconfraternitatis, confessus et Sacra Communione refectus, visitabit diebus statutis infirmos in nosocomio S. Joannis in Laterano, inserviens ipsis in suis necessitatibus, lucrabitur indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum.

13° Confratres et consorores qui saltem contriti devote assistent solemni benedictioni aquae lustralis, quae singulo anno fieri solet in vigilia aut festo Epiphaniae, ritu latino, in ecclesia dictae Ven. archiconfraternitatis, ibique orabunt ut supra lucrabuntur indulgentiam ducentorum dierum.

14° Quiscumque utriusque sexus fidelis, qui vere contritus, confessus, et Sacra Communione refectus die secunda mensis Augusti a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei visitabit ecclesiam dictae Ven. archiconfraternitatis, ibique Deum orabit pro concordia inter principes christianos, pro extirpatione haeresum, et pro exaltatione S. Matris Ecclesiae, lucrabitur indulgentiam plenariam, et remissionem omnium suorum peccatorum.

15° Quilibet utriusque sexus fidelis, qui vere contritus, confessus, et Sacra Communione refectus visitabit ecclesiam ejusdem Ven. archiconfraternitatis in festo sacrorum stigmatum S. Francisci incipiendo a primis vesperis usque ad solis occasum ejusdem festi, aut in quocumque alio die infra ejus octavam, aut intererit processioni quae ab eadem Ven. archiconfraternitate fieri solet aliqua die infra eamdem octavam, Deumque orabit ut supra, lucrabitur una tantum vice intra dictos octo dies, sive ecclesiam visitando ut supra, sive comitando praedictam processionem, indulgentiam plenariam et remissionem omnium suorum peccatorum.

16° Omnes et singulas supra expressas indulgentias poterit quisque lucrari pro se, aut illas per modum suffragii applicare animabus fidelium defunctorum.

17° Ecclesia Ven. archiconfraternitatis ex concessione fel. rec. Benedicti XIII gaudet altari majori privilegiato quotidie in perpetuum pro anima cujuscumque fidelis defuncti, ut patet ex Brevi 28 Junii 1727.

SSmus Dnus Nr Benedictus Papa XIV mandat ut de omnibus praedictis indulgentiis et privilegiis formetur summarium aut catalogus a Sacra Congregatione indulgentiarum et reliquiarum approbandus ut quilibet possit videre et cognoscere gratias concessas tam confratribus et consororibus, quam ipsi ecclesiae venerabilis archiconfraternitatis, et opera ad illas consequendas praestanda.

Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita habita die 1 Octobris 1743 praefatum Summarium approbari, ac imprimi posse censuit. Et facta de praedictis sub die quinta ejusdem mensis Sanctissimo Domino per me infrascriptum ejusdem Sacrae Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua benigne annuit.

C. Card. de Hieronymis Praef.

A. M. Erba Prot. Apost. Secr.

(*Vide* Decretum CXI.)

VII.

Indulgenze che la Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIV concede alle Corone, Rosarj, Immagini, Croci e Medaglie benedette in occasione delle Canonizzazioni de'Santi Fedele da Sigmaringa Martire, Camillo de Lellis Fondatore, Pietro Regalato, Giuseppe da Leonessa Confessori, e Catarina Ricci Vedova; come per udienza avuta il dì 27 Agosto 1746.

Chi sarà solito dire, una volta almeno la settimana, la Corona del Signore, o della Beatissima Vergine, o il Rosario, o la sua terza parte, o l'Officio Divino, o piccolo della Madonna, o de'Morti, ovvero i Sette Salmi Penitenziali o Graduali, oppure avrà il costume d' insegnare la Dottrina Cristiana, o di visitare i carcerati, o gl' infermi di qualche Spedale, o di sovvenire i poveri, o d'intervenire alla Messa, o di dirla essendo Sacerdote, se veramente pentito, confessato da Confessore approvato dall' Ordinario, si comunicherà in qualsivoglia degl' infrascritti giorni, cioè Natale del Signore, Epifania, Resurrezione, Ascensione, Pentecoste, festa della Santissima Trinità, e Corpus Domini, festa della Purificazione, Annunziazione, e Natività della Beatissima Vergine, Natività di S. Gio: Battista, festa dei Ss. Apostoli Pietro e Paolo, Andrea, Giacomo, Giovanni, Tommaso, Filippo e Giacomo, Bartolomeo, Matteo, Simone e Giuda, e Mattia, o pure nella festa di S. Giuseppe Sposo della Beata Vergine, o nel giorno di ciascheduno de' sudetti cinque Santi nuovamente canonizzati, o nella festa d'ogni Santo, e divotamente pregherà Dio per l'estirpazione dell' eresie, e propagazione della fede Cattolica, per la pace e concordia de' Principi Cristiani, e per altri bisogni di S. Chiesa, conseguirà l' Indulgenza Plenaria, e la remissione de' suoi peccati.

Chi digiunerà la vigilia di ciascheduno de' sudetti cinque Santi, e confessato si comunicherà nel giorno della loro festa, e pregherà come sopra, acquisti ogni volta l' Indulgenza Plenaria.

Chi pentito de'suoi peccati con proposito d'emendarsi visiterà in un istesso giorno sette Chiese a sua elezione, e dove sette Chiese non sieno, visiterà tutte

Digitized by Google

quelle Chiese che vi sono, e dove ve ue sia una sola visiterà tutti gli Altari di essa, similmente pregando per l' estirpazione dell' eresie, etc. una volta l' anno guadagni l' Indulgenze delle Sette Chiese di Roma.

Chi penserà divotamente a qualche Mistero della Passione di Nostro Signore, ed a riverenza della medesima Passione bacierà umilmente la terra sette volte, in quel giorno acquisterà l' Indulgenza della Scala Santa, e ciò una volta l' anno.

Chi farà un atto di pentimento vero de' suoi peccati con fermo proposito d'emendarsene, o eserciterà qualche atto di virtù ad esempio de' sudetti Santi, guadagni ogni volta sette anni d' Indulgenza, ed altrettante quarantene.

Chi leggerà, o sentirà leggere qualche capitolo della vita de'sudetti cinque Santi, o visiterà il di loro Altare, o venererà la di loro Immagine, pregando per l'esaltazione di Santa Chiesa, e per la conversione de' peccatori guadagni ogni volta cento giorni d' Indulgenza.

Chi farà qualche limosina a' poveri, o pure gl' istruirà, o farà istruire nelle cose che appartengono alla fede, e a' buoni costumi, acquisti ogni volta cento giorni d' Indulgenza.

Chiunque si eserciterà nella divozione del Santissimo Sagramento dell' Altare, o della Beata Vergine, meditando quel Mistero, e i beneficj che a noi ne derivano, ovvero compatendo a' dolori che senti la Beatissima Vergine per la passione e morte del suo Figliuolo, o in altra forma venerando il Santissimo Sagramento, e pregando per i bisogni della Santa Chiesa, guadagni ogni volta cento giorni d' Indulgenza.

Chi al suono della campana di qualche Chiesa, la sera, o al mezzo giorno reciterà le solite preci *Angelus Domini, etc.*, o non sapendole un Pater noster, ed un'Ave Maria, o parimente suonando il segno per li morti reciterà il Salmo *De profundis*, o non sapendo detto Salmo, dirà un Pater noster, ed un'Ave Maria, conseguisca cento giorno d' Indulgenza.

Chi stando in Roma, o nel suo distretto per lo spazio di venti miglia, per legittimo impedimento non potrà esser presente alla Benedizione solenne, che fl Sommo Pontefice suol dare nel giorno di Pasqua e dell'Ascensione, se confessato e communicato pregherà per l' estirpazione dell' eresie, etc. acquisterà l' Indulgenza, come se fosse presente, la quale Indulgenza conseguirà parimente, chi sarà fuori di Roma, e di tal distretto, in qualsivoglia luogo si sia, benchè egli non sia impedito facendo le cose sudette.

Chiunque in articolo di morte raccomanderà divotamente a Dio l' anima sua invocando il Santissimo Nome di Gesù con la bocca, e non potendo, col cuore, pentito veramente, e come sopra confessato e communicato, o non potendo, almeno contrito, conseguirà la remissione di tutti i peccati, e l' Indulgenza Plenaria.

Ciascuna delle sopradette Indulgenze potrà applicarsi per modo di suffragio alle anime del Purgatorio.

Per acquistare le sopradette Indulgenze basta avere una Corona, o Medaglia, etc. benedetta da Sua Santità con le medesime Indulgenze, facendo gli atti prescritti come sopra, benchè per altro si dovessero fare per obbligo.

Comanda Sua Santità, ché nella distribuzione ed uso di queste Medaglie, Corone, etc. si osservi il Decreto della fel.·me. di Alessandro VII stampato sotto li 6 Febraro 1657, cioè, che le Medaglie, Corone, etc. benedette con le sopradette Indulgenze non passino la persona di quelli a' quali saranno concedute, o á quali da questi saranno distribuite per la prima volta, e che non si possano prestarsi ad altri, o darsi precariamente, altrimenti perdano l' Indulgenze che hanno, e che perdendosene una, non se ne possa sostituire in suo luogo un' altra.

Sua Santità proibisce la stampa di queste Indulgenze in ogni altro luogo fuori di Roma.

Indulgentiae quas SSmus Dnus Nr Papa Benedictus XIV concedit Coronis, Rosariis, Imaginibus, Crucibus et Numismatibus benedictis occasione canonizationis sanctorum Fidelis a Sigmaringa Martyris, Camilli de Lellis Fundatoris, Petri Regalati, Josephi a Leonissa, Confessorum, et Catharinae Ricci, viduae; ex audientia habita 27 Augusti 1746.

Qui solet recitare saltem semel in hebdomada Coronam Domini, aut Beatissimae Virginis, aut Rosarium, aut tertiam ejus partem, aut officium Divinum aut parvum B. M. V. aut defunctorum, aut septem Psalmos poenitentiales, aut graduales, aut habet consuetudinem docendi doctrinam christianam, aut visitandi carceratos, aut alicujus nosocomii infirmos, aut juvandi pauperes, aut assistendi missae, eamve celebrandi si sit sacerdos, si vere contritus, confessario ab Ordinario approbato confessus, ad sacram Synaxim accedet in aliquo ex infrascriptis diebus, id est in Nativitate Domini, Epiphania, Paschate Resurrectionis, Ascensione, Pentecoste, festo SSmae Trinitatis, Corporis Christi, Purificationis, Annuntiationis, et Nativitatis B. M. V., Nativitatis S. Joannis Baptistae, in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Jacobi, Joannis, Thomae, Philippi et Jacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Judae, Mathiae, aut in festo S. Josephi Sponsi B. M. V. aut in die cujuscumque

Digitized by Google

ex supradictis quinque Sanctis recenter canonizatis, aut in festo omnium Sanctorum, et Deum devote orabit pro extirpatione haeresum, propagatione fidei catholicae, pro pace et concordia inter principes christianos et pro aliis necessitatibus S. Ecclesiae catholicae, lucrabitur indulgentiam plenariam et remissionem suorum peccatorum.

Qui jejunabit in vigilia cujuscumque ex supradictis quinque sanctis, et confessus ad sacram Synaxim accedet die festo eorum, et orabit ut supra lucrabitur singula vice indulgentiam plenariam.

Qui contritus de suis peccatis cum emendationis proposito visitabit intra unam et eamdem diem septem ecclesias ad arbitrium suum eligendas, et ubi septem ecclesiae non sunt, visitabit omnes illas quae ibidem reperiuntur, et ubi habetur una tantum visitabit omnia ejusdem altaria, similiter orando pro extirpatione haeresum, etc. semel in anno lucrabitur indulgentias septem ecclesiarum Urbis Romae.

Qui devote recogitabit aliquod mysterium passionis Domini nostri, et in honorem ejusdem passionis septies terram humiliter osculabitur, illa die lucrabitur indulgentiam Scalae Sanctae, et hoc semel in anno.

Qui actum verae contritionis de suis peccatis eliciet, cum firmo emendationis proposito, aut exercebit aliquem virtutis actum ad exemplar supradictorum Sanctorum, lucrabitur singula vice indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum.

Qui leget aut legi audiet aliquod caput de vita supradictorum quinque Sanctorum, aut visitabit eorum altare, aut venerabitur eorum imaginem orando pro exaltatione Sanctae Ecclesiae et pro conversione peccatorum, lucrabitur singula vice indulgentiam centum dierum.

Qui pauperibus elargietur aliquam eleemosynam, aut ipsos instruet aut instrui faciet circa ea quae ad salutem spectant et ad bonos mores, lucrabitur singula vice indulgentiam centum dierum.

Quicumque se exercebit in devotione erga Sanctissimum altaris Sacramentum, aut erga Beatissimam Virginem, meditando hoc mysterium et quae ex illo in nos dimanant beneficia, aut compatiendo doloribus quas passa est Beatissima Virgo pro Filii sui passione et morte, aut alio modo venerando Sanctissimum Sacramentum, et orando pro necessitatibus S. Ecclesiae lucrabitur singula vice indulgentiam centum dierum.

Qui ad sonitum campanae alicujus ecclesiae, vespere aut meridie recitabit solitas preces *Angelus Domini*, aut si eas ignoret, unum *Pater* et unum *Ave*, aut pariter dato signo pro defunctis, recitabit psalmum *De profundis*, vel si nesciat dictum psalmum dicet unum *Pater noster* et unum *Ave Maria*, lucrabitur indulgentiam centum dierum.

Qui praesens erit Romae aut in suo districtu ad spatium viginti milliarium, et propter legitimum impedimentum non poterit adesse Benedictioni solemni, quam Summus Pontifex solet impertiri die Paschae et Ascensionis, si confessus et Sacra Communione refectus orabit pro extirpatione haeresum, etc., lucrabitur indulgentiam acsi praesens foret; quam indulgentiam pariter consequetur qui erit extra Romam ejusque districtum, in quocumque loco fuerit quamvis non sit impeditus quominus faciat opera supradicta.

Quicumque in articulo mortis devote Deo commendabit animam suam, invocando Sanctissimum nomen Jesu ore, aut si non potuerit, corde, vere contritus, et ut supra confessus, et Sacra Communione refectus, aut si non potuerit, saltem contritus, lucrabitur remissionem omnium peccatorum et indulgentiam plenariam.

Quaelibet ex supradictis indulgentiis poterit per modum suffragii applicari animabus Purgatorii.

Ad lucrandas supradictas indulgentias sufficit habere coronam, aut numisma, etc., benedictum a Sua Sanctitate cum iisdem indulgentiis, faciendo opera praescripta ut supra, quamvis alias fieri deberent ex obligatione.

Mandat Sua Sanctitas, ut in distributione et usu horum numismatum, coronarum, etc., observetur decretum fel. rec. Alexandri VII typis editum die 6 Februarii 1657, id est ut numismata, coronae, etc., benedictae cum supradictis indulgentiis non transeant personam eorum, quibus erunt concessae, aut quibus ab istis erunt prima vice distributa, et ut aliis non possint commodari aut precario dari, alias amittunt indulgentias quas habent; et si una deperdatur non possit ejus loco alia substitui.

Sua Sanctitas prohibet impressionem harum indulgentiarum in omni alio loco extra Romam.

Ant. M. Erba Prot. Apost. e Segretario.

VIII.

Sommario delle Indulgenze concesse dalla fel. mem. di Paolo V all' Archiconfraternita della Santissima Concezione della Beatissima Vergine Maria in Ss. Lorenzo e Damaso di Roma.

La felice memoria di Paolo V avendo deliberato di prescrivere all'Archiconfraternita dell' istessa Concezione certe, e particolari Indulgenze, delle quali per l'avvenire possa godere, per questa causa ha rivocato ed annullato le Indulgenze, e doni spirituali per qualunque Pontefice ne' tempi andati concessi alla detta Archiconfraternita.

E di nuovo Sua Santità ha concesso a tutti li fedeli dell' uno e l'altro sesso, i quali per l'avvenire entreranno in detta Archiconfraternita nel primo giorno del loro ingresso, se saranno veramente pentiti, confessati e communicati Indulgenza Plenaria.

E tanto alli Fratelli e Sorelle, che di presente, e poi di tempo in tempo si faranno descrivere in detta Archiconfraternita, quanto a quelli che vi sono già descritti, quali in articolo di morte pentiti, confessati e communicati, e non potendo, almeno contriti divotamente invocheranno il nome di Gesù e di Maria colla bocca, se potranno, se non potranno, col cuore, parimente concede Indulgenza Plenaria come sopra.

Ed ancora ai medesimi Fratelli e Sorelle, quali pentiti, confessati e communicati nel giorno della festività della Concezione della Beata Vergine Maria

Digitized by Google

pregheranno il Signore per la concordia dei Principi Cristiani, per l'estirpazione dell' eresie, ed esaltazione di Santa Madre Chiesa, concede parimente Indulgenza Plenaria, e remissione di tutti i peccati.

Di più ai Fratelli e Sorelle, quali nelle feste della Natività, Annunciazione, Purificazione ed Assunzione della Beatissima Vergine Maria pentiti, e confessati si communicheranno, e pregheranno come sopra, in ciascun giorno delle dette feste concede sette anni d'Indulgenza, e tante altre quarantene.

Ed a quelli che interverranno alla Processione solita farsi ogni anno da detta Archiconfraternita nel giorno della festa della Concezione di essa Beatissima Vergine Maria nel qual giorno essa Archiconfraternita suole dotare, e vestire le povere verginelle, concede tre anni ed altrettante quarantene.

E parimente a quelli, quali saranno presenti alle Congregazioni cosi publiche, come private delle medesima Archiconfraternita, dove si trattano li negozj di quella, rilascia per ogni volta cento giorni.

Inoltre tanto alli detti Fratelli e Sorelle, quanto agli altri fedeli cristiani dell' uno e l'altro sesso, quali ciascun giorno di feste, vigilie, e Sabbati di essa Beatissima Vergine Maria di tutto l'anno interverranno nella Cappella della Concezione dell'istessa Archiconfraternita situata nella predetta Chiesa dei Ss. Lorenzo e Damaso, ed ivi sentiranno le Litanie, e l'Antifona *Salve Regina*, ovvero essi le reciteranno, ogni volta le rilascia cento giorni.

Ed ancora alli detti Fratelli et Sorelle solamente, quali accompagneranno alla sepoltura ecclesiastica li corpi dei defonti Fratelli e Sorelle della detta Archiconfraternita, e pregheranno il Signore per l'anima di quel defonto, rilascia per ogni volta duecento giorni.

Ed ogni volta, che faranno la sera l'esame della coscienza, e si raccomanderanno alla protezione dell' istessa Beatissima Vergine Maria, et dell'Angelo Custode, per ogni volta rilascia cento giorni.

Ed a quelli che in onore della medesima Immacolata Vergine sovverranno alle povere verginelle, acciò non venghino nella potestà del Diavolo, e le ajuteranno, ovvero in qualsivoglia modo le troveranno occasione per conservazione della loro pudicizia, ogni volta che faranno questo concede un anno d'Indulgenza.

Ed a quelli che daranno opera, che si faccia pace ed unione fra li fedeli, ovvero lascino il peccato, ovvero visiteranno gli ospedali e li carcerati, ed insegneranno agl'ignoranti la Dottrina Cristiana, per ogni volta gli rilascia sessanta giorni.

Ed a quelli che reciteranno divotamente l'Uffizio della Beatissima Vergine Maria per ogni volta concede cinquanta giorni.

Ed a quelli, quali per un mese continuo reciteranno detto Uffizio ogni giorno, e poi confessati si communicheranno una volta per ciascun mese, concede sette anni ed altrettante quarantene dell'ingiunte, o altrimenti dovute penitenze secondo la forma consueta di Santa Madre Chiesa in ogni mese, che ciò faranno.

Di più concede alla detta Archiconfraternita, ed alli suoi Uffiziali, che sono al presente, e saranno in avvenire, di poter communicare tutte, e ciascuna delle suddette grazie spirituali, ed Indulgenze all' altre Confraternite, che sotto l'invocazione della Concezione della stessa Beatissima Vergine Maria al presente sono erette, e si erigeranno in avvenire in qualsivoglia luogo, osservata però la forma della Costituzione della fel. me. di Clemente VIII, e questo non ostante qualunque Costituzione ed Ordinazione Apostolica, nè qualsivoglia altro in contrario.

E queste Indulgenze vuole Sua Beatitudine, che durino in perpetuo, come più chiaramente appare dal Breve di Sua Santità.

Dato in Roma presso San Marco sotto l' Anello del Pescatore li 5 Luglio 1607 l'anno terzo del suo Ponteficato.

Summarium indulgentiarum a fel. rec. Paulo V concessarum archiconfraternitati Sanctissimae Conceptionis B. M. V. in ecclesia S. Laurentii in Damaso, Romae.

Cum fel. rec. Paulus V statuisset archiconfraternitati ejusdem Conceptionis concedere certas et peculiares indulgentias quibus in futurum possit gaudere, ea de causa revocavit et annullavit indulgentias et dona spiritualia a quocumque Pontifice praeteritis temporibus dictae archiconfraternitati concessa.

Et de novo Sua Sanctitas concessit omnibus utriusque sexus fidelibus, qui deinceps ingredientur dictam archiconfraternitatem, prima die eorum ingressus, si sint vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti indulgentiam plenariam.

Et tam fratribus et sororibus qui in praesenti, et deinceps de tempore in tempus se adscribi facient dictae archiconfraternitati, quam iis qui jam sunt inscripti qui in articulo mortis contriti confessi et Sacra Communione refecti, et si non possint, saltem contriti devote invocabunt nomen Jesu et Mariae, ore, si possint, si non possint, corde, pariter concedit indulgentiam plenariam ut supra.

Et etiam iisdem fratribus et sororibus, qui contriti, confessi et Sacra Communione refecti in die festo Conceptionis B. V. M. Dominum orabunt pro concordia inter principes Christianos, pro extirpatione haeresum, et exaltatione S. Matris Ecclesiae concedit pariter indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum.

Digitized by Google

Insuper fratribus et sororibus, qui in festis Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis B. M. V. contriti et confessi ad sacram Synaxim accedent, et orabunt ut supra, in singulo ex supradictis festis concedit indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum.

Et iis qui intererunt processioni fieri solitae singulo anno a dicta Archiconfraternitate in die festo Conceptionis ejusdem B. M. V. quo die dicta archiconfraternitas solet dotare et vestire pauperes virgines, concedit tres annos et totidem quadragenas.

Et pariter iis qui aderunt congrationibus tam publicis quam privatis ejusdem archiconfraternitatis, ubi tractantur ejusdem negotia, relaxat pro singula vice centum dies.

Praeterea tam dictis fratribus et sororibus quam aliis utriusque sexus fidelibus christianis qui quolibet die festorum, vigiliarum, et sabbatorum ejusdem B. M. V. totius anni intererunt in capella Conceptionis ejusdem archiconfraternitatis sita in praedicta ecclesia SS. Laurentii et Damasi, ibique audient Litanias, et antiphonam *Salve Regina* aut ipsimet ea recitabunt, singula vice relaxat centum dies.

Et etiam dictis fratribus et sororibus tantum qui comitabuntur ad sepulturam ecclesiasticam cadavera defunctorum fratrum et sororum dictae archiconfraternitatis, Dominumque orabunt pro anima istius defuncti, relaxat pro singula vice ducentos dies.

Et singula vice qua vespere facient examen conscientiae, et ejusdem B. M. V. et angeli custodis protectioni se commendabunt pro singula vice relaxat centum dies.

Et iis qui in honorem ejusdem immaculatae Virginis subvenient pauperibus virginibus, ut non incidant in potestatem diaboli, easque juvabunt, aut quocumque modo iisdem ad conservandam pudicitiam occasionem invenient, singula vice qua hoc fecerint concedit indulgentiam unius anni.

Et iis qui operam dabunt ut fiat pax et concordia inter fideles, aut ut peccatum deserant, aut visitabunt hospitalia et carceres, et ignorantes docebunt doctrinam christianam pro singula vice relaxat sexaginta dies.

Et iis qui devote recitabunt officium B. M. V. pro singula vice concedit quinquaginta dies.

Et iis qui per mensem continuum quotidie recitabunt dictum officium, et deinde confessi ad sacram Synaxim accedent semel in singulo mense, concedit septem annos et totidem quadragenas de injunctis aut alias debitis poenitentiis juxta formam consuetam S. Matris Ecclesiae, in singulo mense quo hoc facturi sunt.

Insuper concedit dictae archiconfraternitati, ejusque officialibus praesentibus et futuris ut possint communicare omnes et singulas supradictas gratias spirituales et indulgentias aliis confraternitatibus, quae sub invocatione Conceptionis B. M. V. jam erectae sunt aut pro futuro erigentur in quocumque loco, observata tamen forma constitutionis fel. rec. Clementis VIII, et hoc non obstante quacumque constitutione et ordinatione apostolica, aut quocumque alio in contrarium.

Et has indulgentias Sanctitas Sua vult durare in perpetuum, ut clarius patet ex Brevi Suae Sanctitatis. Datum Romae apud S. Marcum sub annulo Piscatoris 5 Julii 1607, anno tertio sui pontificatus.

Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita die 12 Decembris 1744 suprad. Summarium imprimi posse censuit. De quibus facta die 16 ejusdem mensis per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum Sacrae Congregationis benigne approbavit.

C. Card. de Hieronymis Praef.

A. M. Erba Prot. Apost. Secr.

IX.

Sommario delle Indulgenze perpetue concesse dalla san. me. di Alessandro VII per suo Breve che comincia « Cum sicut » *in data del* 27 *Luglio* 1660 *e confermate dalla Santità di Nostro Signore Benedetto XIV con sua Bolla dei* 7 *Marzo* 1741 *all' Archiconfraternita di S. Margherita di Cortona chiamata della Penitenza e Contrizione eretta nella Chiesa della medesima Santa de' PP. Minori Osservanti di S. Francesco della stessa città.*

1° Indulgenza Plenaria e remissione di tutti i peccati a tutti li fedeli dell' uno e l' altro sesso, che pentiti, confessati e communicati si faranno ascrivere in detta Archiconfraternita, per il giorno del suo ingresso e pregheranno Iddio per la concordia fra i Principi Cristiani, estirpazione dell'eresie, ed esaltazione della S. Madre Chiesa.

2° Indulgenza Plenaria e remissione di tutti i peccati alli Confratelli e Consorelle che in articolo di morte confessati e communicati, e ciò non potendo fare, almeno contriti invocheranno con il cuore, non potendo colla bocca, il Santissimo Nome di Gesù.

3° Indulgenza Plenaria e remissione di tutti i peccati alli Confratelli e Consorelle, che pentiti, confessati e communicati nel giorno della festa di detta S. Margherita dalli primi vesperi al tramontare del sole visiteranno la Chiesa o Cappella o Oratorio di detta Archiconfraternita, ed ivi pregheranno come sopra.

4° Indulgenza di sette anni e sette quarantene alli Confratelli e Consorelle veramente pentiti, confessati e communicati che nella terza festa di Pasqua di Resurrezione, nella Domenica di Pentecoste, nella festa della Natività di S. Giovanni Battista, e nella festa di S. Matteo Apostolo visiteranno la Chiesa, Cappella, o Oratorio della medesima Archiconfraternita, ed ivi pregheranno come sopra.

5° Indulgenza di giorni settanta alli medesimi Confratelli e Consorelle ogni volta che interverranno

Digitized by Google

alle Messe ed altri divini Officida celebrarsi o recitarsi in detta Archiconfraternita in qualunque luogo si fanno.

6° Simile per ogni volta che interverranno alle Congregazioni publiche o private della stessa Archiconfraternita in qualunque luogo si faranno.

7° Simile per ogni volta che alloggeranno i poveri e le persone miserabili, e procureranno la pace tra i nemici e cercheranno la loro riconciliazione.

8° Simile per ogni volta che accompagneranno alla sepoltura il cadavere de' medesimi Confratelli e Consorelle o d'altri defonti.

9° Simile per ogni volta che interverranno a qualsivoglia Processione da farsi con licenza dell'Ordinario, o accompagneranno il SS. Sagramento tanto quando si porta agl' infermi, che in qualunque altro luogo o in qualsivoglia maniera, oppure quando fossero impediti, sentendo il segno della campana reciteranno un *Pater* ed *Ave* in suffragio delle anime de'Confratelli e Consorelle defonti.

10° Simile per ogni volta che convertiranno qualche peccatore o lo ridurranno alla strada della salute eterna, o insegneranno i precetti di Dio e le altre cose che sono necessarie per conseguire l'eterna salute, a quelli che non le sanno.

11° Simile finalmente per ogni volta che si eserciteranno in qualunque altra opera di pietà.

12° E che tutte le suddette Indulgenze possa ognuno guadagnarle per se, oppure applicarle per modo di suffragio alle anime dei fedeli defonti.

13° La Santità di Nostro Signore per Breve che comincia « *Exponi nobis* » spedito a tenore del Voto della S. Congregazione delle Indulgenze, e Sacre Reliquie ai 6 Aprile 1748 con cui ha eretta in Archiconfraternita la predetta *alias* Confraternita concede facoltà alli Officiali della medesima di aggregare qualunque altra Confraternita del medesimo Istituto in qualunque parte del mondo, osservando però la forma della Costituzione di Clemente VIII, e di communicare alle medesime Confraternite aggregate tutte le Indulgenze già concesse alla stessa Archiconfraternita.

Summarium indulgentiarum perpetuarum a fel. rec. Alexandro VII concessarum suo Brevi quod incipit Cum sicut, *de die 27 Julii 1660, et confirmatarum a SSmo Dno Nro Benedicto XIV per bullam 7 Martii 1741, archiconfraternitati S. Margaritae de Cortona, dictae de poenitentia et contritione, erecta in ecclesia ejusdem Sanctae PP. Minorum S. Francisci de Observantia ejusdem civitatis.*

1° Indulgentia plenaria et remissio omnium peccatorum utriusque sexus fidelibus, qui contriti, confessi et Sacra Communione refecti se adscribi facient dictae archiconfraternitati, pro die sui ingressus, Deumque orabunt pro concordia inter principes christianos, extirpatione haeresum et exaltatione S. Matris Ecclesiae.

2° Indulgentia plenaria et remissio omnium peccatorum confratribus et consororibus qui in articulo mortis, confessi et Sacra Communione refecti, et si hoc facere non potuerint, saltem contriti, invocabunt corde, si ora non possint, Sanctissimum nomen Jesu.

3° Indulgentia plenaria et remissio omnium peccatorum, confratribus et consororibus, qui contriti confessi, et Sacra Communione refecti in die festi dictae S. Margaritae a primis vesperis usque ad solis occasum visitabunt ecclesiam, capellam aut oratorium dictae archiconfraternitatis, ibique orabunt ut supra.

4° Indulgentia septem annorum et septem quadragenarum confratribus et consoribus vere contritis confessis et Sacra Communione refectis, qui feria tertia Paschae Resurrectionis, Dominica Pentecostes, in festo Nativitatis S. Joannis Baptistae, et in festo S. Matthaei apostoli visitabunt ecclesiam, capellam, aut oratorium ejusdem archiconfraternitatis, ibique orabunt ut supra.

5° Indulgentia septuaginta dierum iisdem confratribus et consororibus singula vice qua intererunt missis, aliisque divinis officiis celebrandis aut recitandis in dicta archiconfraternitate, in quocumque loco fiant.

6° Similis pro singula vice, qua intervenient Congregationibus publicis aut privatis ejusdem archiconfraternitatis, in quocumque loco faciendis.

7° Similis pro singula vice qua hospitio excipient pauperes et personas miserabiles, et procurabunt pacem inter inimicos eorumque reconciliationem procurabunt.

8° Similis pro singula vice qua comitabuntur ad sepulturam cadaver eorumdem confratrum et consororum, aliorumve defunctorum.

9° Similis pro singula vice qua intererunt cuicumque processioni de Ordinarii licentia faciendae, aut comitabuntur sanctissimum Sacramentum tam quando defertur ad infirmos, quam in quocumque alio loco aut quocumque modo, aut si fuerint impediti, ad signum campanae recitabunt unum *Pater* et *Ave* in suffragium animarum confratrum et consororum defunctorum.

10° Similis pro singula vice qua convertent aliquem peccatorem, eumve reducent in viam salutis aeternae, aut ignorantes docebunt praecepta Dei, aliasque res ad aeternam salutem consequendam necessarias.

11° Similis tandem pro singula vice qua sese exercitabunt in quocumque opere pio.

12° Et ut omnes supradictas indulgentias possit quilibet lucrari pro se, aut eas per modum suffragii applicara animabus fidelium defunctorum.

13° Sanctissimus Dnus Nr per Breve quod incipit *Exponi nobis*, expeditum juxta tenorem voti Sac. Cong. Indulgentiarum et Sacrarum Reliquiarum die 6 Aprilis 1748, quo in archiconfraternitatem erexit praefatam *alias* confraternitatem, concedit officialibus ejusdem facultatem aggregandi quamcumque aliam confraternitatem ejusdem instituti in quacumque mundi parte, servando tamen formam constitutionis Clementis VIII, et communicandi iisdem confraternitatibus aggregatis omnes indulgentias jam concessas ipsimet Archiconfraternitati.

A. M. Erba Proton, Apost. Secret.

(*Vide* Decretum CLXXIV.)

Digitized by Google

X.

Summarium Indulgentiarum concessarum tam Congregationi Primae Primariae, sub titulo Annunciationis B. M. Virginis in Collegio Romano, quam caeteris Sodalitiis, Confraternitatibus, aut Congregationibus in reliquis Societatis Jesu Collegiis, Domibus, Seminariis, Residentiis, et quibuscumque aliis locis, sub gubernio ejusdem Societatis existentibus; vel Sodalitia sint Scholarium tantummodo, vel non Scholarium, vel utrorumque simul sive utriusque sexus Christifidelium; dummodo eidem Congregationi Primae Primariae a Praeposito ejusdem Societatis pro tempore Generali juxta facultatem ipsi ab Apostolica Sede concessam, pluriesque confirmata sint aggregata.

Indulgentia Plenaria pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus :

1° Quicumque Sodales, aut qui sunt extra Sodalitatem Christifideles utriusque sexus vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti Ecclesiam seu Cappellam, Oratorium, seu locum ubi erunt in die festivitatis seu solemnitatis Invocationis seu Tituli sub quo unaquaeque Sodalitas erecta sit; a primis ejusdem diei vesperis usque ad solis occasum ejusdem festivitatis pie visitaverint; et ibidem pro Reipublicae Christianae conservatione et augmento, pro haeresum extirpatione, Principum Christianorum mutua et universali pace, ac Romani Pontificis prosperitaie oraverint; vel alias preces pro sua quisque devotione ad Deum effuderint Indulgentiam Plenariam consequuntur.

2° Si Sodalitium alium Titulum, seu alium Patronum habuerit, praeter Beatissimam Virginem, eo die quo ejusdem festum celebrabitur eodem modo Indulgentia Plenaria concessa est; si talis Titulus non adsit, cujuslibet Congregationis Moderator potest singulis annis eligere quem voluerit.

3° Utraque festivitas etiamsi extra locum Sodalitii celebretur, et ad alium diem infra annum, etiam ad diem Dominicum transferatur; praedictae Indulgentiae eo die quo celebratur festum, et ad Altare, in quo celebratur concessae sunt; etiam si incidisset eo die festum duplex, quo casu una Missa Votiva Solemnis de hujusmodi festo translato celebrari poterit.

Indulgentiae Plenariae pro solis Sodalibus, seu Sodalitiorum Ministris, seu ipsis inservientibus.

1° Quo die in Sodalitatem quispiam recipitur, si vere poenitens, et confessus fuerit, eodemque die Sanctissimae Eucharistiae Sacramentum sumpserit in Ecclesia ubi praedicta Sodalitas fuerit, vel ubi potuerit, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem consequitur.

5° Item in Articulo Mortis.

6° Item Sodales, qui festis diebus Natalis, et Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, et Annunciationis, Assumptionis, Conceptionis et Nativitatis B. M. Virginis vere poenitentes et confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ibidem sumpserint.

7° Nec non semel in hebdomada in iis diebus, in quibus juxta praedictae Primae Primariae sive aliarum alibi erectarum vel erigendarum Congregationum ac Sodalitatum statuta ac regulas, seu consuetudines, Sodalium conventus haberi solent; et vere poenitentes, et confessi ac S. Communione refecti Ecclesiam, sive Cappellam, Oratorium, seu locum uniuscujusque Sodalitii ac Congregationis visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, et S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint; quoties tamen in eadem hebdomada, aut ter conveniunt Sodales, dies pro Indulgentia Plenaria consequenda erit ad singulorum arbitrium; monentur tamen Sodales a Moderatorum directione in his et in omnibus dependere.

8° In Sodalitiis, in quibus Sodales vespere, noctu, seu alia quacumque hora post meridiem convenire solent, dies pro Indulgentia Plenaria consequenda, vel eadem, vel subsequens esse potest, ad eorum arbitrium.

9° Moderatores ejusdem Societatis Jesu Presbyteri quoties Congregationum Sodales, aut Ministros visitaverint, eosque spiritualibus monitis, sive ad morborum incommoda patienter toleranda, sive ad mortem de manu Domini libenter acceptandam adjuverint, et coram aliqua Crucifixi Salvatoris Nostri imagine ter saltem Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam juxta Pontificis et S. Matris Ecclesiae mentem ab ipsis recitari curaverint, quo die iidem infirmi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, Indulgentiam Plenariam ipsis applicare possunt.

10° Indulgentiam Plenariam semel in hebdomada concessam, bis in anno lucrari possunt Sodales, etiam si locum ipsum Sodalitii non visitaverint; dummodo aliud templum visitent in quo Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumant, et generalis Confessio, vel totius anteactae vitae vel ab ultima generali praecedat.

Digitized by Google

11° Hac occasione generalis Confessionis usus maximopere laudatur, uti etiam praecipue a Summis Pontificibus specialis erga Beatissimam Virginem Mariam devotio commendatur; Sodalibus insuper injungitur, ut Praepositi Generalis, ac peculiarium Moderatorum ab ipso deputatorum mandatis consiliisque alacri, et prompta voluntate obtemperare numquam recusent.

Indulgentia septem annorum, quam iidem consequuntur toties, quoties.

12° Qui corpora Sodalium vel aliorum Christifidelium ad Ecclesiasticam sepulturam prosecuti fuerint.

13° Qui per campanae signum de extremo fidelis alicujus agone, aut transitu admoniti, ad Deum pro infirmi salute, aut ejus felici transitu vel pro defuncti requie fuerint deprecati.

14° Qui coetibus tum publicis tum privatis, vel divinis Officiis vel spiritualibus colloquiis et exhortationibus;

15° Qui piis Officiis etiam in Sodalium vel aliorum Christifidelium defunctorum per ipsam Congregationem ordinandis, et a Praeposito Generali Societatis Jesu vel ejus, Vicario approbandis, etc.

16° Qui Missae Sacrificio diebus feriatis interfuerint.

17° Qui conscientiam suam diligenter examinaverint vespere antequam cubitum eant.

18° Qui pauperes infirmos tam Sodales, quam alios in Hospitalibus vel domibus privatis, etc.

19° Qui carcere detentos visitaverint.

20° Qui pacem inter inimicos conciliaverint.

Declaratio et aliae Indulgentiae.

21° Has etiam omnes Indulgentias consequi poterunt Sodales ubivis locorum commorantes, si apud Ecclesiam eorumdem locorum, aut alibi, ut poterunt, opera praestabunt, quae sunt servanda ad hujusmodi Indulgentias consequendas.

22° Sodales consequuntur omnes Indulgentias Stationum Ecclesiarum Urbis, sive intra sive extra muros illius, si diebus Quadragesimae, et aliis anni temporibus, ac diebus Stationum hujusmodi Ecclesiam Societatis Jesu, si ibi fuerit, alioquin aliam Ecclesiam seu Cappellam in locis, ubi eos pro tempore esse contigerit, devote visitaverint, et ibi septies Orationem Dominicam, et septies Angelicam Salutationem recitaverint.

Indulgentiae pro Defunctis.

23° Omnes supradictae Indulgentiae applicari possunt in suffragium animarum fidelium defunctorum.

24° Altare cujusvis Congregationis aut Sodalitii ejusmodi est Privilegiatum cum extensione ad omnes Sacerdotes pro anima quorumlibet ipsorum Sodalium tantum.

25° Ipsi vera Sodales Sacerdotes possunt pro anima suorum pariter Sodalium celebrare Missam cum eodem Privilegio ad quodlibet Altare cujuscumque Ecclesiae.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita superexpressum Indulgentiarum ac Privilegiorum Summarium approbari, publicari ac imprimi posse censuit; de quibus facta per me ejusdem Sac. Congregationis Pro-Secretarium die 7 Decembris 1748 Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua votum S. Congregationis benigne approbavit.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO PRAEF.
A. E. Vicecomes Pro-Secret.

(*Vide* Decretum CLXXII.)

XI.

Sommario delle Indulgenze concesse in perpetuo dalla Santità di N. S. Papa Benedetto XIV nel suo Breve che comincia « Inexhausti Ecclesiae Thesauri » *emanato sotto li* 28 *Febraro* 1750 *tanto ai Terziari secolari dell'uno et l'altro sesso, che professano la Regola del Terz'Ordine di S. Francesco di Paola, quanto a'Cordigeri che portano il Cordone benedetto, annullando tutte le altre Indulgenze già concesse ai medesimi da altri sommi Pontefici.*

1° Qualunque fedele sì dell'uno che dell'altro sesso quale nel giorno in cui si farà ascrivere al detto Terz'Ordine per professare la detta Regola essendo veramente pentito e confessato riceverà il SS. Sagramento dell'Eucaristia conseguirà Indulgenza Plenaria.

2° Li medesimi Terziarii secolari che veramente pentiti, confessati e communicati visiteranno nelle feste della Dedicazione di S. Michele Arcangelo, S. Francesco di Paola, S. Francesco di Sales, e di quella di tutti i Santi (primo giorno di Novembre) dalli primi vesperi sino al tramontar del sole delle stesse feste una delle Chiese de'Padri dell'Ordine de'Minimi di S. Francesco di Paola, ed in mancanza di questi nella città o luogo dove questi dimoreranno, visiteranno qualunque altra Chiesa di detta città o luogo ed ivi pregheranno per la pace e concordia tra

Digitized by Google

i Principi Cristiani, per l'estirpazione dell'eresie, e per l'esaltazione di S. Madre Chiesa, in ciascuno dei detti giorni ne'quali ciò faranno, guadagneranno Indulgenza Plenaria.

3° Li medesimi Terziarii secolari che essendo in articolo di morte saranno veramente pentiti, confessati e communicati, e non potendo cio fare, saranno almeno contriti ed invocheranno il SS. Nome di Gesù col cuore, non potendo colla bocca, guadagneranno Indulgenza Plenaria.

4° Li medesimi Terziarii secolari che nelli giorni di Quaresima ed altri giorni dell'anno descritti nel Messale Romano per le Stazioni, visiteranno una Chiesa dell'Ordine de'Minimi di S. Francesco di Paola, nella città o luogo dove queste vi saranno, altrimenti qualche altra Chiesa della stessa città o luogo dove questi dimoreranno ed ivi faranno orazione per qualche spazio di tempo conseguiranno le stesse Indulgenze, che conseguirebbero se nelli medesimi giorni visitassero le Chiese situate tanto dentro che fuori delle mura di Roma, quali sono destinate nel Messale Romano per l'Indulgenza delle dette Stazioni.

5° Li medesimi Terziarii secolari che veramente pentiti, confessati e communicati visiteranno qualche Chiesa come sopra nelle feste della Natività di N. S. Gesù Cristo, Risurrezione del medesimo, e Pentecoste, come parimenti della Natività, Annunziazione, Purificazione, Assunzione della Beatissima Vergine Maria; dell'Apparizione di S. Michele Arcangelo, ed in altre de'Ss. Apostoli Pietro e Paolo, Andrea, Giacomo, Giovanni e Tommaso, Filippo e Giacomo, Bartolomeo, Matteo, Simone e Giuda, Mattia, ed ivi pregheranno come sopra, acquisteranno ognuna di dette feste Indulgenza di sette anni e sette quarantene.

6° Gli altri fedeli dell'altro sesso, benchè non abbiano professato il detto Terz' Ordine, nel giorno nel quale riceveranno il Cordone o Cingolo di lana quale dicono di S. Francesco di Paola benedetto dai Superiori *pro tempore* dell'Ordine de'Minimi, o da altro Sacerdote professo dello stesso Ordine, oppure da qualunque altro deputato dai medesimi Superiori, confessati e communicati conseguiranno Indulgenza Plenaria.

7° Inoltre i medesimi i quali veramente pentiti, confessati e communicati nella festa di S. Francesco di Paola dalli primi vesperi sino al tramontar del sole di detta festa, visiteranno qualche Chiesa delli Frati dell'Ordine de'Minimi, o in mancanza di quella, qualunque altra Chiesa della città o luogo dove si troveranno ed ivi pregheranno come sopra, guadagneranno Indulgenza Plenaria.

8° Parimenti li medesimi che in articolo di morte veramente pentiti, confessati e communicati, ovvero non potendo cio fare, almeno contriti invocheranno il Nome di Gesù col cuore, non potendo colla bocca, acquisteranno Indulgenza Plenaria.

9° Di più alli medesimi li quali portando il Cordone o sia Cingolo benedetto di lana, una volta il giorno faranno qualche preghiera in onore di N. S. Gesù Cristo e de'suoi Ss. Apostoli in qual giorno cio faranno acquisteranno Indulgenza di cento giorni.

10° Finalmente tanto li Terziarii secolari, quanto gli altri fedeli dell'uno e l'altro sesso detti Cordigeri, ogni qual volta essi o ciascuno di quelli divotamente interverranno alle Messe o altri Divini Offizi che si celebreranno o reciteranno nella Chiesa, o alloggeranno i poveri, o metteranno o procureranno di mettere o far mettere la pace tra i nemici, o ancora accompagneranno alla sepoltura li corpi dei defonti, o interverranno a qualche Processione da farsi con licenza dell'Ordinario, o accompagneranno il SS. Sagramento, tanto nelle Processioni, quanto allor quando si porta agl'infermi, oppure legittimamente impediti reciteranno al segno della campana un *Pater* ed *Ave*, o reciteranno cinque *Pater* ed *Ave* per li bisogni di S. Chiesa, o per l'anime de' defonti tanto del medesimo Terz' Ordine, quanto de' detti Cordigeri, o ridurranno a miglior vita li peccatori, o insegneranno agl' ignoranti i Comandamenti di Dio e quelle cose necessarie per salvarsi, o faranno qualch' altra opera di pietà o carità, ogni volta che ciò faranno acquisteranno l'Indulgenza di sessanta giorni.

11° E di più tanto alli Terziarii secolari quanto ai medesimi Cordigeri che tutte le suddette Indulgenze possino applicarsi per modi di suffragio alle anime de' fedeli defonti.

Summarium indulgentiarum in perpetuum concessarum a SSmo Dno Nro Papa Benedicto XIV in suo Brevi quod incipit : Inexhausti Ecclesiae thesauri *emanato die 28 Februarii 1750 tam Tertiariis saecularibus utriusque sexus, qui profitentur regulam tertii ordinis S. Francisci de Paula, quam chordigeris qui gestant funes benedictum; annullando omnes alias indulgentias iisdem jam concessas ab aliis Summis Pontificibus.*

1° Quicumque utriusque sexus fidelis qui in die qua adscribi se faciet dicto tertio ordini ad profitendam dictam regulam, si vere contritus et confessus SSmum Eucharistiae Sacramentum sumet, lucrabitur indulgentiam plenariam,

2° Idem Tertiarii saeculares, qui vere contriti, confessi, et Sacra Communione refecti, in festis dedicationis S. Michaëlis archangeli, Sancti Francisci de Paula

Digitized by Google

S Francisci Salesii, et omnium Sanctorum (prima die Novembris) a primis vesperis usque ad occasum solis eorumdem festorum visitabunt unam ex ecclesiis Patrum ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, et iis non existentibus in civitate aut loco ubi morantur visitabunt quamcumque aliam ecclesiam dictae civitatis aut loci, ibique orabunt pro pace et concordia inter principes christianos, pro extirpatione haeresum, et pro exaltatione S. Matris Ecclesiae; in quolibet ex dictis diebus, quo hoc facient lucrabuntur indulgentiam plenariam.

3° Iidem Tertiarii saeculares in articulo mortis constituti, si vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti, aut si hoc facere non possint, saltem erunt contriti, et invocabunt nomen Jesu corde, si ore non possint, lucrabuntur indulgentiam plenariam.

5° Indulgenza di giorni 60 alli stessi Fratelli e Sorelle ogni volta che divotamente assisteranno alle Messe, o altri divini officii che si celebrano nella nostra Chiesa secondo il prescritto dallo Statuto nostra Archiconfraternita, o interverranno alle processioni si ordinarie, come straordinarie, o qualsivoglia altra da farsi con licenza dell' Eminentissimo e Reverendissimo Sig. Cardinal Vicario, o interverranno alle Congregazioni tanto generali che particolari della nostra Archiconfraternita, o accompagneranno ii Santissimo Sagramento agli infermi ovvero impediti genuflessi allora reciteranno un *Pater et Ave* per l' infermo al quale si porta il Santissimo Viatico. Indulgenza parimenti di giorni 60 ogni volta che si alloggeranno i poveri Pellegrini, ovvero daranno ad essi qualch' altro caritatevole ajuto; se visiteranno gl' infermi o carcerati, consolandoli nelle loro infermità o tribolazioni, se faranno pace co' proprii nemici, o procureranno farla fare ad altri; se ridurranno nella via dell' eterna salute qualche anima traviata, se insegneranno agli ignoranti i misteri di nostra S. Fede, i precetti di Dio, e le altre cose necessarie a salvarsi, se reciteranno cinque *Pater et Ave* per le anime de' Fratelli e Sorelle defonti della nostra Archiconfraternita; e finalmente se praticheranno qualunque altra opera pia, ovvero di misericordia spirituale e corporale a vantaggio del prossimo : = Benedetto XIV Bolla cit.

6° Indulgenza Plenaria, applicabile ancora alle sante anime del Purgatorio, a tutti i fedeli cristiani dell' uno e dell' altro sesso che veramente pentiti confessati e communicati visiteranno la Chiesa della nostra Archiconfraternita nella festa solenne di Maria Santissima della Cintura dai primi vesperi sino al tramontare del sole del giorno di detta festa, che si celebra nella Domenica fra l'ottava, come altresì l' Indulgenza di sette anni ed altrettante quarantene ai fedeli medesemi, che veramente pentiti nel Triduo innanzi la detta festività visiteranno la Chiesa della nostra Archiconfraternita in ciascuno e qualunque giorno di detto Triduo, ovvero divotamente vi assisteranno.

7° Alli Fratelli e Sorelle della nostra Archicon-

Digitized by Google

fraternita la Santità di N. S. PP. Pio VII si è degnata inoltre di concedere in perpetuo dipoter lucrare le SS. Indulgenze delle Stazioni secondo il decreto della Sagra Congregazione delle Indulgenze dei 9 Luglio 1777, purchè nei giorni delle Stazioni descritte nel Messale Romano divotamente visitino la Chiesa della nostra Archiconfraternita ovvero la propria Chiesa parrocchiale pregando secondo l' intenzione del Sommo Pontefice. = Decr. sopra cit. dei 31 Agosto 1819.

8° Finalmente li Fratelli e Sorelle della nostra Archiconfraternita come che fin dalla prima sua origine fu eretta in S. Agostino sotto l' invocazione di Maria Santissima della Cintura, sono partecipi di tutte le Indulgenze, di tutto il bene che si fa, e di tutto il merito che si acquista dai Religiosi e Religiose dell' Ordine di S. Agostino, ed altresì essendo stata la medesima Archiconfraternita fin dai 20 Settembre 1762 all' Ordine Religioso dei PP. Ministri degli Infermi, parimenti i nostri Fratelli e Sorelle godono di tutte le Indulgenze di detto Ordine religioso e sono partecipi di tutto il bene e del merito che si acquista dagli individui di detta Religione con le opere buone che si fanno nella medesima e coll' esercizio del santo suo Istituto, e Ministero verso gl' infermi e moribondi o colle loro orazioni, santi Sagrifizii della Messa, amministrazione ed uso de' santi Sagramenti, digiuni, penitenze, limosine, buoni consigli, avvisi caritatevoli, intenzioni, e direzione delle anime nella strada della salute, e di ogni altra pratica di virtù, e di cristiana pietà e divozione che si esercita in essa Religione, e nelle sue Chiese.

Summarium indulgentiarum a fel. rec. Papa Benedicto XIV concessarum venerabili Archiconfraternitati existenti in venerabili ecclesia SS. Martt. Tryphonis, Respicii et Nymphae sub invocatione SSmi Sacramenti, Conceptionis B. M. V. de Cingulo, dictorum SS. Martyrum et S. Camilli de Lellis.

1° Omnibus utriusque sexus fidelibus Christianis, vere contritis, confessis et Sacra Communione refectis in die qua se adscribent aut ingredientur nostram venerabilem Archiconfraternitatem, Indulgentia plenaria. = Papa Benedictus XIV in bulla 21 Maji 1747 = *Universis.*

2° Fratribus et sororibus nostrae venerabilis Archiconfraternitatis Indulgentia plenaria in articulo mortis, si vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti, aut si hoc non potuerint, saltem contriti invocabunt si ore non possint, saltem corde, Sanctissimum nomen Jesu aut dabunt aliquod signum poenitentiae.

3° Iisdem fratribus et sororibus Indulgentia plenaria et remissio omnium peccatorum si vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti devote visitaverint ecclesiam nostrae Archiconfraternitatis in die festi solemnis S. Camilli de Lellis, celebrari soliti Dominica infra octavam a primis vesperis usque ad totum diem dicti festi, et orabunt secundum intentionem Summi Pontificis = Breve supra citatum Benedicti XIV=Quae Indulgentia plenaria applicabilis etiam sanctis animabus Purgatorii extensa est ad omnes fideles Christianos cum iisdem indicatis conditionibus, sicut etiam omnibus fidelibus Christianis concessa est indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum applicabilis ut supra in singula die Tridui quod peragitur ante dictum festum, si corde vere contrito visitaverint ecclesiam Archiconfraternitatis aut devote interfuerint praedicto triduo = Pius VII per rescriptum Sacrae Congregationis de die 31 Augusti 1819.

4° Iisdem fratribus et sororibus indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum, qui contriti confessi et Sacra Communione refecti visitabunt ecclesiam nostrae Archiconfraternitatis quatuor diebus sequentibus, id est 26 Maji festi S. Philippi Nerii, quo die inchoata fuerunt opera pia nostrae Archiconfraternitatis; in festo Corporis Christi; die 8 Decembris, festo Conceptionis B. M. V. et 15 Julii, quae est dies obitus S. Camilli de Lellis.

5° Indulgentia 60 dierum iisdem fratribus et sororibus quotiescumque devote interierunt missis, aliisve divinis officiis quae celebrantur in nostra ecclesia secundum praescriptum statuti nostrae Archiconfraternitatis, aut intervenient processionibus tam ordinariis quam extraordinariis, aut cuicumque alteri de licentia Emmi ac Rmi Dni Card. Vicarii institutae, aut intervenient Congregationibus tam generalibus quam particularibus nostrae Archiconfraternitatis, aut comitabuntur Sanctissimum Sacramentum ad infirmos, aut si impediti fuerint tunc genuflexi recitabunt unum *Pater* et *Ave* pro infirmo ad quem portatur Sanctissimum Viaticum. Indulgentia pariter sexaginta dierum quotiescumque hospitio excipient pauperes peregrinos aut ipsis dabunt aliud aliquod caritativum auxilium; si visitaverint infirmos aut carceratos consolando ipsos in suis infirmitatibus aut tribulationibus; si pacem fecerint cum inimicis propriis, aut eam fieri procurabunt ab aliis; si animam aliquam aberrantem reduxerint ad viam aeternae salutis, si ignorantes docuerint mysteria nostrae Sanctae fidei, praecepta Dei, aliaque ad salutem necessaria; si recitaverint quinque *Pater* et *Ave* pro animabus fratrum et sororum defunctorum nostrae Archiconfraternatis; et tandem si practicaverint aliquod aliud opus pium, aut misericordiae spiritualis et corporalis in favorem proximi = Benedictus XIV Bulla citata.

6° Indulgentia plenaria, applicabilis etiam animabus sanctis Purgatorii, omnibus utriusque sexus fidelibus Christianis qui vere contriti, confessi et Sacra Communione refecti visitabunt ecclesiam nostrae Archiconfraternitatis in festo solemni B. M. V. de Cingulo a primis vesperis usque ad occasum solis dictae diei festivae, quae celebratur in Dominica infra octavam, prout etiam indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum iisdem fidelibus, qui vere contriti in Triduo ante dictam festivitatem visitabunt ecclesiam nostrae Archiconfraternitatis in singulo et quocumque die dicti tridui, aut illi devote intererunt.

7° Fratribus et sororibus nostrae Archiconfraternitatis SSmus Dnus Nr Papa Pius VII dignatus est insuper concedere in perpetuum ut possint lucrari Sacras Indulgen-

Digitized by Google

tias Stationum secundum decretum Sacrae Congregationis indulgentiarum de die 9 Julii 1777, dummodo in diebus stationum in missali Romano annotatarum devote visitent ecclesiam nostrae Archiconfraternitatis aut propriam suam ecclesiam parrochialem, orando juxta intentionem Summi Pontificis. = Decretum supra citatum 31 Augusti 1819.

8° Tandem fratres et sorores nostrae Archiconfraternitatis, utpote quae a prima sua origine erecta fuit in ecclesia S. Augustini sub invocatione B. M. V. de Cingulo, participes sunt omnium indulgentiarum, omnium bonorum operum quae fiunt, et omnium meritorum quae acquiruntur a fratribus et monialibus ordinis S. Augustini, et cum eadem Archiconfraternitas 20 Septembris 1762 aggregata fuerit ordini religioso PP. infirmis ministrantium, pariter fratres et sorores nostri gaudent omnibus indulgentiis dicti ordinis religiosi, et participes sunt omnis boni et meriti quod acquiritur ab individuis dictae religionis, omniumque bonorum operum, quae fiunt in eadem et per exercitium sancti sui instituti et ministerium erga infirmos et moribundos, necnon per suas orationes, sacra Missae Sacrificia, administrationem et usum Sanctorum Sacramentorum, jejunias, poenitentias, eleemosynas, bona consilia, monita caritativa, intentiones, et directiones animarum in via salutis, et omne aliud exercitium virtutum et Christianae pietatis, ac devotionis quod locum habet in illa religione et in suis ecclesiis.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII omnes supraenunciatas Indulgentias in praedicto Summario recensitas a Praedecessoribus suis Pio V, Benedicto XIV, Clemente XIII praefatae Archiconfraternitati alias concessas benigne confirmavit, et alias de novo ut in enunciatis decretis sub die 31 Augusti 1819 clementer elargitus est. Voluitque Sanctitas Sua has omnes et singulas Indulgentias perpetuis futuris temporibus fore valituras absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die Audientiae 31 Augusti 1819.

B. Card. Naro Praef.

Pro R. P. D. Angelo Costaguti Secret.

Petrus Canonicus Torraca Substit.

XIX.

Summarium Indulgentiarum quae a Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VII Regiae Confraternitati sub titulo Beatae Mariae Virginis nuncupat. Notre Dame de Moutuset. *Civitatis Burdigalensis concessae sunt.*

BURDIGALEN.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII cupiens ex Pastorali officio et charitate, animarum saluti quantum cum Deo potest, paterne consulere, et Christifideles libentius, ac ferventius in bonis ac piis operibus exercendis insistere, quo uberius spiritualibus muneribus, Indulgentiis videlicet, et peccatorum remissionibus noverint esse refectos: de Omnipotentis Dei Misericordia confisus, enixis precibus Regiae Confraternitatis sub titulo B. M. V. nuncupatae *Notre Dame de Moutuset* multis ab hinc annis institutae ut nuper in Ecclesia S. Michaelis Civitatis et Dioecesis Burdigalen. canonice erectae benigne inclinatus, omnibus Confratribus praedictae Confraternitatis vere poenitentibus confessis, ac S. Communione refectis, supradictam Ecclesiam visitantibus et juxta mentem Sanctitatis Suae pie orantibus sequentes Plenarias Indulgentias clementer impertitus est.

1° Quo die in Sodalitatem quispiam recipitur Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem consequitur.

2° Indulgentia Plenaria in festo principali Confraternitatis, videlicet, tam in festo B. M. Virginis, in Dominica infra festum Ascensionis Domini, et diem Pentecosten inciden. quam in festo S. Ludovici Regis Secundarii Confraternitatis ejusdem Patroni, die nempe 25 Augusti celebrandi, incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis praedictorum duorum dierum.

3° Indulgentia Plenaria in quatuor aliis infra annum diebus ab Ordinario quotannis designandis incipienda pariter a primis vesperis usque ad praefatorum dierum solis occasum.

4° Indulgentia Plenaria in fine annualis Secessus Confratrum, a Dominica Ascensionis Domini ad Pentecosten diem inclusive decurrentis semel tantum spatio praedictorum dierum ab unoquoque Confratre lucranda, die scilicet uniuscujusque arbitrio eligenda.

5° Indulgentia Plenaria in die Officii Generalis pro Confratribus defunctis, die vigesimaquinta Augusti celebrandi singulis praedictis Confratribus interessentibus, et ut supra dispositis et orantibus.

6° Indulgentia Plenaria eisdem Confratribus in mortis articulo constitutis, dummodo rite dispositi fuerint, vel saltem corde contrito Sanctissimum Jesu Nomen corde, si ore nequiverint, devote invocaverint.

7° Indulgentia sexaginta dierum pro quolibet opere pio quod a supradictis Confratribus corde saltem contrito ac devote peragetur.

8° Ne autem Confratres absentes qui, honorarii ibi vocantur, legitime impediti, insuper spiritualibus hisce donis priventur quoties Ecclesiam antenunciatam visitare nequiverint, Indulgentias easdem con-

Digitized by Google

sequi possunt et valent, dummodo omissa visitatione Ecclesiae S. Michaelis, alia pia opera a Confessario injungenda devote ac fideliter exequantur.

9° Omnes supraenunciatae Indulgentiae sive Plenariae sive Partiales possunt animabus fidelium defunctorum etiam applicari.

Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 23 Novembris 1819.

Angelus Costaguti Secret.

SEQUITUR SUMMARIUM

Indulgentiarum Numismatibus B. M. V. de Notre Dame de Moutuset *nuncupatis concessarum.*

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ad humillimas preces regalis Confraternitatis sub titulo B. M. V. *de Notre Dame de Moutuset* nuncupat. in Ecclesia S. Michaelis, Civitatis et Dioecesis Burdigalen. canonice erectae, et ex voto Sac. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositae, Numismatibus B. M. V. *de Notre Dame de Moutuset* nuncupatis et per Sacerdotem ejusdem Confraternitatis Rectorem pro tempore benedictis, in audientia per me infrascriptum Secretarium dictae Sac. Congregationis habita sub die 23 Novembris, sequentes concessit Indulgentias, prout infra, sine praejudicio illarum jam antea, omnibus Christifidelibus generaliter concessarum. « *Indulgentia tercentum dierum omnibus utriusque sexus Christifidelibus concessa toties quoties in sequentibus piis operibus sese exercuerint.* »

1° Qui Deum deprecabitur pro Christifidelibus in extremo agone constitutis, ac pro ipsis ter Orationem Dominicam et ter Salutationem Angelicam dixerint.

2° Qui detentos in carcere aut aegrotos in nosocomiis aliquo pio opere adjuvando visitaverint.

3° Qui Doctrinam Christianam in Ecclesia, aut Domi filios, vel propinquos aut famulos docuerint.

4° Qui Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum cum ad infirmos aut alio defertur, devote associaverint.

5° Qui probo suo exemplo, aut consilio aliquem peccatorem ad poenitentiam reduxerint, vel ad audiendum Verbum Dei, aut aliquod pietatis opus peragendum conduxerit.

6° Qui conscientiam suam excusserit, ac vere poenitens peccata commissa emendari, ac confiteri firmiter proposuerit, quinquies Oratione Dominica et Salutatione Angelica devote repetita.

7° Qui Sacram B. M. V. Imaginem in Numismatibus sculptam osculaverit, actumque contritionis ferventer recitando.

8° Supradictas Indulgentias quilibet Christifidelis, tam sibi, quam per modum etiam suffragii animabus fidelium defunctorum applicari poterit. = Sanctitas Sua declaravit, quod praedicta Numismata, vulgo *Medaglie*, quae non fuerint benedicta a Sacerdote Rectore pro tempore supradictae Confraternitatis, omni poenitus careant Indulgentia.

Item vetuit benedici ejusmodi Numismata quae ex fragili materia facilisve consumptionis conficiuntur, sed tantum ex auro, argento, aere, auricalco, aliove solido metallo confecta, aliter nulla prorsus gaudeant Indulgentia. In distribuendis hujusmodi Numismatibus eorumque usu, Eadem Sanctitas Sua servari jubet Decretum fel. rec. Alexandri VII editum sub die 6 Februarii 1657, nimirum, ut Numismata quae vulgo *Medaglie* nuncupantur cum praedictis Indulgentiis benedicta non transeant personam illorum, quibus a praefato Sacerdote Rectore conceduntur, aut quibus ab eodem prima vice distribuuntur, nec commodari, aut concedi, seu precario dari valeant, alioquin careant Indulgentiis jam concessis, et aliqua deperdita, altera pro ea subrogari nullo modo possit, nisi a quo supra benedicta fuerit. Insuper voluit Sanctitas Sua quod ad lucrifaciendas omnes et singulas praefatas Indulgentias unusquisque fidelis unum ex dictis Numismatibus in actu, opera, ut supra injuncta exercendi, apud se deferre debeat.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Novembris 1819.

Angelus Costaguti Secret.

XX.

Summarium Indulgentiarum Coronae quinque Vulnerum Domini Nostri Jesu Christi a Sanctissimo Domino Nostro Leone PP. XII concessarum, quae a Clericis Excalceatis Passionis D. N. vulgo Passionisti *fidelibus distribuuntur.*

URBIS ET ORBIS.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII ex debito Pastoralis Officii sibi a Deo commissi, ad ea libenter intendit, per quae Divinus cultus fideliumque devotio praesertim erga D. N. J. C. Passionem ubique suscipiat incrementum, et ad Ea, quae pro Ecclesiarum locorumque Regularium ac Personarum in illis studio piae vitae vacantium, profectu.

Digitized by Google

commoditate, ac spirituali consolatione per Sedis Apostolicae Providentiam concessa sunt, non modo approbationis munimine roborari, verum etiam ob Regularis Disciplinae merita, et spiritualem Christifidelium utilitatem, ejusdem Sedis Apostolicae favoribus, gratiis et Indulgentiis ditari. Hinc enixis precibus, ex parte Praepositi Generalis Congregationis Clericorum Excalceatorum Passionis D. N. J. C. *Passionisti* nuncupatorum sibi porrectis, in quibus pro recitatione Coronae quinque Plagarum, quae occasione Sac. Missionum ac Spiritualium Exercitiorum ab individuis dictae Congregationis ex Instituto, fidelibus distribuuntur, nonnullae Indulgentiae petebantur « Est autem haec Corona certa precandi formula, qua quinque partes totidem *Gloria Patri* in singulis complectentes, una Angelica Salutatione ad B. V. doloribus affectam interjecta, et ad Earum singulas partes totidem D. N. J. C. Vulnera pia meditatione recoluntur: Inde est, quod Eadem Sanctitas Sua, singulorum Christifidelium devotionem ac pietatis opera fovere quam maxime cupiens hujusmodi supplicationibus inclinata, omnes et singulas Indulgentias, in sequenti Summario recensitas, benigne in perpetuum concessit, absque ulla Brevis expeditione. Facta insuper Praeposito Generali pro tempore, dictae Congregationis facultate praedictas Coronas sacro Ritu benedicendi vel per se ipsum vel per alios alumnos Sacerdotes praefatae Congregationis sibi benevisos, eidemque Coronis applicandi concessas Indulgentias ad effectum Christifidelibus distribuendi.

Inhaerendo Decreto fel. rec. Alexandri VII sub die 6 Februarii 1657 nec non Decreto hujus Sac. Congregationis Indulgentiarum sub die 5 Junii 1721; et alio Decreto diei 29 Februarii 1820 circa materiam Coronarum, Sanctitas Sua, omnes Christifideles in primis monendos voluit, quod praedictae Coronae pro consequendis Indulgentiis, sint a Praeposito Generali, vel ab alio ejusdem Congregationis Sacerdote delegato, benedictae; quod Coronae, ut supra benedictae, non transeant personam illorum, quibus concessae sunt, aut quibus ab iis prima vice distribuuntur, nec aliqua re, ex praedictis deperdita, pro ea subrogari altera nullo modo possit, nec non eaedem comodari, aut precario dari, aut vendi non possint pro Indulgentiarum communicatione, alioquin amittant Indulgentias jam concessas. His pro clariori intelligentia praenotatis, Indulgentiarum Elenchus recensetur, ut infra, videlicet.

1° Quicumque praefatam Coronam corde saltem contrito, ac devote recitaverint, Indulgentiam unius anni, semel in die acquirendam, consequentur.

2° Quisquis Coronam, ut supra decem saltem vices, infra mensem, de more recitare habuerit, Indulgentiam Plenariam in una feria sexta mensis Martii, ac in festis Inventionis, et Exaltationis Sanctissimae Crucis, vel in eorum octavis semel tantum respectivi octidui spatio lucrandam, dummodo vere poenitens confessus ac S. Communione refectus fuerit et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderit, percipiet.

3° Plenariam pariter Indulgentiam consequetur qui praedictam Coronam recitaverit a Dominica Passionis, usque ad Sabbatum Sanctum inclusive, ea die in qua vere poenitens, confessus Paschale praeceptum adimpleverit.

Et in reliquis vero, ex supradictis diebus, Indulgentiam septem annorum, totidemque quadragenarum, dummodo ut supra dispositus fuerit, adipiscetur.

4° Omnes supradictas Indulgentias unusquisque, aut pro seipso, aut fidelibus defunctis per modum suffragii, applicare poterit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 20 Decembris 1823.

A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

(*Vide* Decretum DCXVIII.)

XXI.

Summarium Indulgentiarum quae Piae Unioni nuncupat. OEuvre de bons Livres *in Dioecesi Burdigalensi concessae sunt.*

BURDIGALEN.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII ex debito Pastoralis Officii sibi a Deo commissi, ad ea libenter intendens, per quae Divinus cultus, fideliumque religio ubique suscipiat incrementum, et de aeterna eorum felicitate procuranda quam maxime sollicitus, enixis precibus Archiepiscopi Burdigalensis, qui piam cupiens canonice erigere Unionem nuncupatam « *OEuvre de bons Livres* » sub titulo B. M. Virginis; cui Unioni sit cura promulgandi et dispensandi libros Fidei rudimenta continentes ad fidelium utilitatem, ut abstrahantur a noxiis, et ad salutaria dirigantur, benigne annuens: omnibus praedictae piae Unioni adscriptis, ac in posterum

Digitized by Google

adscribendis infrascriptas Indulgentias peramanter impertitus est nempe.

1° Iis qui Sacrosancto Missae Sacrificio semel in mense pro vivis et defunctis benefactoribus celebrando in Ecclesia ab Ordinario semel tantum eligenda, corde saltem contrito, ac devote interfuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, septem annorum, totidemque quadragenarum Indulgentiam concessit.

2° Eamdem Indulgentiam pariter elargitus est iis, qui legitime impediti, vel infirmi, praelaudato Missae Sacrificio interesse nequiverint, dummodo, si impediti aliam Missam audiverint, et si infirmi alia pia opera a confessario injungenda fideliter peregerint.

3° Similiter Indulgentiam tercentum dierum omnibus adscriptis, toties quoties opera, consilio, vel alio quo poterint, meliori modo pro eorum Instituti augmento praestabunt.

4° Sacerdotibus et Saecularibus praedictae Unionis quoties libros prohibitos, tum obscoenos et haereticales, tum contra bonos mores et Religionem pertractantes ad proprium Ordinarium detulerint, toties quadraginta dierum Indulgentiam impertitus est, Sacerdotibus vero hoc peragere studentibus, praeter enunciatam Partialem Indulgentiam, Indultum etiam Altaris privilegiati personalis, pro quatuor tantum feriis in qualibet hebdomada, eorum vita naturali durante valiturum est elargitus.

5° Tandem eisdem, qui toto vitae suae tempore praedicta pia opera exercuerint, Indulgentiam Plenariam in mortis articulo lucrandam, dummodo rite dispositi fuerint, vel saltem Sanctissimum Jesu Nomen corde, si ore nequiverint, devote invocaverint, benigne pariter est impertitus. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 22 Maii 1824.

B. Card. Naro Pro-Praef.
A. Archiep. Trapezunt. Secret.

XXII.

Summarium Indulgentiarum, quae piae Societati nuncupat. Calobibliophilorum *in Civitate Imolensi concessae sunt.*

IMOLEN.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XII ex Pastorali Officio, quo Christifideles in Domino complectitur, et ad eorum procurandam salutem quam maxime sollicitus; ad humillimas preces Piae Congregationis seu Societatis *Calobibliophilorum* appellatae, noviter in Civitate et Dioecesi Imolensi canonice erectae, atque probatae, cujus institutum est tum piorum moraliumque librorum editio, et propagatio, tum etiam eliminatio, et retundatio antimoralium, qui ubique divulgantur ac circumferuntur, benigne annuens, omnibus Christifidelibus eidem praefatae Congregationi addictis, omnes et singulas Indulgentias, quae a san. me. Pio PP. VII Praedecessore Suo Societati, *dell' Amicizia Cattolica* nuncupatae, et Romae institutae concessae fuere, atque in sequenti Summario enunciatae sunt, benigne pariter concessit, et in perpetuum absque ulla Brevis expeditione communicavit die 17 Decembris 1825.

1° Indulgentia Plenaria omnibus hujus Societatis curam gerentibus semel tantum in qualibet hebdomada acquirenda, die etiam uniuscujusque arbitrio eligenda.

2° Similiter Plenaria bis in unoquoque mense lucranda diebus pariter proprio arbitrio statuendis, omnibus ubicumque locorum existentibus, ubi tamen praefata Societas non reperiatur erecta, qui ad ipsius Societatis stabilitatem et progressum operam praestabunt.

3° Plenariam quoque duabus vicibus per mensem consequenda iis, qui ejusdem Societatis incrementum propria cooperatione curabunt.

4° Septem annorum vero Indulgentiam, qui praefatos libros sive exscripserint, sive typis mandaverint, vel distribuerint aut ad ipsius utilitatem quodcumque aliud fecerint consequantur, dummodo tamen in singulis praenunciatis diebus pro dictis Indulgentiis consequendis vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti fuerint, et aliquam Ecclesiam seu publicum Oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint.

5° Ac tandem Plenaria Indulgentia semel iterum in hebdomada cum iisdem conditionibus, vel in mortis articulo lucrandam dummodo rite dispositi fuerint, vel saltem Sanctissimum Jesu Nomen corde, si ore nequiverint, devote invocaverint, iis omnibus, qui ex commissione praelaudatae Societatis aliquod pium opus, tum Ecclesiae, tum Sedi Apostolicae proficuum elucubrabunt.

B. Card. Naro Pro-Praef.
A. Archiep. Trapezuntin. Secret.

Digitized by Google

XXIII.

Summarium Indulgentiarum concessarum universis et singulis Confratribus Oratorii Nocturni canonice erecti in Ecclesia S. Mariae de Pace de Urbe a san. me. Leone XII speciali suo Brevi sub die 14 Februarii 1826 quarum nonnullae lucrari etiam possunt ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus infrascripta opera peragentibus.

Indulgentiae Plenariae.

1° Quo die in Sodalitatem quispiam recipitur, si vere poenitens confessus fuerit, eodemque die SS. Eucharistiae Sacramentum sumpserit vel in praefato Oratorio, vel in alia Ecclesia ubi poterit, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem consequitur.

2° Item in articulo mortis si saltem corde contrito Sanctissimum Jesu Nomen corde, si ore non potuerit, devote invocaverit.

3° Item diebus festis Nativitatis et Ascensionis D. N. J. C. nec non Annunciationis, Assumptionis, Conceptionis et Nativitatis B. M. V.

4° Pariter in festivitate Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ipsius Oratorii Patronorum, dummodo iidem Sodales ut supra dispositi, juxta mentem Sanctitatis Suae oraverint, ut ex Rescripto Pii PP. VIII sub die 12 Januarii 1830.

5° Similiter semel in hebdomada iis diebus, in quibus juxta praefati Oratorii Regulas, seu consuetudines ad eorum spiritualia Exercitia peragenda, Sodalium Conventus haberi solent, et vere poenitentes confessi ac Sac. Communione refecti in quacumque Ecclesia, supradictum Oratorium visitaverint, et ut supra oraverint, et quoniam saepe contingit ut pluries in hebdomada Sodales conveniant, dies pro Indulgentia Plenaria consequenda erit ad singulorum arbitrium. Monetur tamen a Moderatorum directione in his et in omnibus dependere.

6° Moderatores vero Presbyteri, quoties Congregationis Confratres seu Consores infirmitate detentos, spiritualibus monitis, sive ad morborum incommoda patienter tolleranda, sive ad mortem de manu Dei libenter acceptandam, adjuverint, et coram aliqua Crucifixi Reparatoris Nostri imagine ter saltem Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam juxta Pontificis et S. Matris Ecclesiae mentem ab ipsis recitari curaverint, quo die iidem infirmi Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae sumpserint Indulgentiam Plenariam ipsis applicare possunt.

7° Indulgentiam Plenariam semel in hebdomada concessam, bis in anno lucrari possunt Sodales etiam si locum ipsum Sodalitii non visitaverint, dummodo aliud Templum visitent, in quo Sanctissimum Sacramentum sumant, et generalis Confessio, vel totius anteactae vitae vel ab ultima generali praecedat.

Indulgentiae perpetuae septem annorum totidemque quadragenarum.

8° Qui corpora Sodalium vel aliorum Christifidelium ad ecclesiasticam sepulturam associaverint.

9° Qui per campanae signum de extremo alicujus fidelis agone aut transitu admoniti Deum pro infirmi salute, aut ejus felici transitu vel pro felici requie fuerint deprecati.

10° Qui coetibus tum publicis, tum privatis, vel divinis officiis vel spiritualibus, et exhortationibus:

11° Aut piis officiis etiam in Sodalium vel aliorum Christifidelium defunctorum suffragium per ipsius Congregationis Moderatores ordinandis;

12° Qui Missae Sacrificio diebus feriatis interfuerint.

13° Qui conscientiam suam diligenter examinaverint vespere antequam cubitum eant.

14° Qui pauperes infirmos tam Sodales, quam alios in hospitalibus privatis, et

15° Carcere detentos visitaverint.

Has omnes Indulgentias consequi poterunt Confratres et Consorores ubivis locorum commorantes, dummodo tamen aliquam Ecclesiam pro arbitrio visitent, et prout poterunt injuncta pia opera pro earumdem acquisitione fideliter adimpleant, excepta tamen Indulgentia Plenaria sub N° 4° posita.

Indulgentiae perpetuae 300 *dierum.*

16° Si Missis ac Divinis Officiis, quae in Oratorio solent celebrari interfuerint, aut bis in mense Confessionem et Communionem Sacramentalem peregerint.

17° Si pauperes hospitio susceperint;

18° Vel pacem inter inimicos, aut dissidentes composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint;

19° Vel blasphemantes aut in vanum Sanctissimum Dei Nomen accipientes, aut obscoena verba proferentes, tunc redarguerint, et devium aliquem in viam salutis reduxerint.

20° Si in iis locis adfuerint, in quibus de more, quod ad Catholicam Fidem pertinet, edocetur.

21 Si morti proximos ad felicem transitum pie

Digitized by Google

ac christiane disposuerint, aut ignorantes Dei praecepta, et ea quae ad salutem sunt docuerint.

22° Si abstinentiis, et aliis rationalibus afflictationibus suum corpus castigaverint.

Indulgentiae perpetuae 200 *dierum.*

23° Confratres et Consorores ejusdem Congregationis biscentum dierum Indulgentiam consequentur, si aliquem ad Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae fideliter suscipienda, vel ad Verbum Dei audiendum induxerint.

24° Si processionibus de Superiorum licentia peragendis interfuerint.

25° Si Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, cum ad infirmos vel alio defertur, orantes comitati fuerint.

26° Si Officium B. M. V. vel ejusdem Coronam aut Rosarium, vel pro conversione peccatorum Coronam quinque Plagarum Jesu Christi, vel septem Psalmos Poenitentiales devote recitaverint.

27° Quotiescumque Oratorium supradictum visitaverint vel aliquod pietatis, vel devotionis, vel charitatis opus peregerint.

Indulgentiae Stationum.

28° Lucrari etiam possunt praedicti Confratres et Consorores omnes et singulas Indulgentias Stationum prout in Decreto hujus Sac. Congregationis 9 Julii 1777 diebus in Missali Romano descriptis dummodo idem Oratorium rite dispositi visitaverint.

Ministri et inservientes Oratorio, licet non adscripti quo tempore suum servitium fideliter praestabunt omnes supradictas Indulgentias tum Plenarias tum Partiales jam concessas et in posterum concedendas lucrari possunt, dummodo supradicta opera injuncta fideliter adimpleant.

Insuper Pius PP. VIII sub die 12 Januarii 1830 clementer indulsit ut omnes et singulae Missae a quocumque Sacerdote sive Saeculari, sive Regulari ad quodcumque ipsius Oratorii, seu Ecclesiae Altare pro anima cujuscumque adscripti celebratae, animabus hujusmodi suffragentur, ac si in Altari Privilegiato celebratae fuissent.

Indulgentiae Plenariae perpetuae tam pro Confratribus et Consororibus quam pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus.

29° In Dominica infra Octavam SS. Corporis Christi, et in Dominica Passionis, dummodo vere poenitentes confessi ac S. Communione refecti, juxta mentem Sanctitatis Suae oraverint et devote visitaverint Oratorium praefatum.

30° Similiter Plenariam Indulgentiam lucrari possunt in diebus in quibus vere poenitentes et confessi S. Communionem sumpserint in iis Ecclesiis, in quibus de more semel in mense peragitur generalis Communio.

31° Omnes supradictae Indulgentiae tam Plenariae, quam Partiales vel Confratribus et Consororibus concessae, vel omnibus utriusque sexus Christifidelibus extensae, animabus fidelium defunctorum per modum suffragii applicari possunt.

32° Et tandem idem Summus Pontifex Pius PP. VIII ex Decreto sub datum diei 10 Maii 1830 praefati Oratorii pro tempore Praefecto, omnia et singula Privilegia, Indulta, Indulgentias, et Gratias Spirituales in hoc Summario contentas aliis Oratoriis ejusdem nominis et instituti, tam intra, quam extra Urbem canonice erectis, et in enunciatum primarium Oratorium juxta Litteras Apostolicas Leonis XII sa. me. cooptatis communicandi facultatem tribuit et impertitus est.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita praesens Summarium uti authenticum recognitum, non modo approbavit, verum etiam typis imprimi et publicari posse censuit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 15 Maii 1830.

A. Archiepiscopus Trapezuntinus Secret.

(*Vide* Decretum CDLIII.)

XXIV.

Sommario delle Indulgenze Plenarie da accordarsi in perpetuo dal Sommo Pontefice Gregorio XVI alla Compagnia dei Preti di S. Sulpizio in Francia.

Indulgenza Plenaria a ciascuno dei Preti della Compagnia finchè egli persevererà nelle medesima.

Nel giorno della sua Recezione nella Compagnia.

Nel giorno nel quale dirà la sua prima Messa.

Nel punto della morte.

In uno dei giorni che precederanno la sua partenza per l'America, quando vi sarà inviato dal Superiore generale, ed in uno di quelli che seguiteranno il suo arrivo nel luogo della sua incombenza.

Nel giorno nel quale fa ogni anno la rinnovazione delle promesse clericali.

In uno dei giorni nei quali fa ogni anno gli

Digitized by Google

esercizi spirituali o in un' altro giorno dopo gli esercizi.

Nell' anniversario de' giorni ne' quali avrà ricevuto il Battesimo, Cresima e ciascuno degli Ordini Sacri.

Nel giorno della festa del Santo Avvocato.

Nella Domenica della Santissima Trinità.

Nelle principali feste del Signore, cioè Nascita, Circoncisione, Epifania, Pasqua, Ascensione, e Corpus Domini.

Nel giorno anniversario della Dedicazione delle Chiese.

Nella Domenica di Pentecoste.

Nelle principali feste di Maria Santissima, cioè Concezione, Natività, Annunziazione, Purificazione, ed Assunzione.

Nelle feste di S. Michele, di S. Gabriele, di S. Raffaele degli Angeli Custodi e di tutti i Santi.

Nella festa dei SS. Apostoli Pietro e Paolo sia che si celebri ai 29 di Giugno, o in altro giorno; nella festa di ciascuno degli altri Apostoli, e nel giorno della Conversione di S. Paolo.

Nella Natività di S. Giovanni Battista, e nella festa di S. Giuseppe.

Nella festa dei Santi Protettori della Congregazione cioè S. Sulpizio, S. Francesco di Sales, S. Carlo Borromeo, S. Vincenzo de' Paoli, S. Filippo Neri, S. Girolamo, S. Agostino, S. Ambrogio, S. Martino, S. Francesco d'Assisi, S. Francesco di Paolo, S. Ignazio e S. Francesco Saverio.

Quando assisterà un nuovo Sacerdote alla sua prima Messa.

Quando negli esercizi spirituali che fanno li Alunni del Seminario o i Sacerdoti della Dioecesi, sarà impiegato o a predicare o a confessare o a presiedere agli esercizi, o anche a provvedere ai bisogni temporali di coloro che fanno gli esercizi.

Quando ascolterà una confessione generale od annuale o straordinaria.

Due volte al mese nei giorni che piaceragli di scegliere.

In ogni giorno dell'ottava de' fedeli defonti, per la liberazione delle anime purganti. E di più.

Indulgenza Plenaria.

In ciascuna casa della Compagnia quando il Superiore generale ne fa, o ne fa fare la visita solenne. Indulgenza Plenaria pel Visitatore, pel suo compagno e per tutte le persone che si trovano nella casa nel tempo della visita.

Nella principale Chiesa o Cappella di ciascuno de' seminarii della Compagnia. Indulgenza Plenaria nel giorno della Presentazione della B. V. perchè in questo giorno tutti direttori ed alunni del Seminario vi fanno la rinnovaziane delle promesse Clericali.

Nella principale Chiesa o Cappella di ciascuno de' Seminarii della Compagnia Indulgenza Plenaria per tutti i fedeli nel giorno della festa del S. Patrono della Chiesa o Cappella.

Summarium indulgentiarum plenariarum in perpetuum a Summo Pontifice Gregorio XVI concedendarum Societati Sacerdotum S. Sulpitii in Gallia.

Indulgentia plenaria pro singulo sacerdote societatis, quamdiu perseverat in eadem.

In die suae receptionis in societatem.

In die qua celebrabit primam suam missam.

In puncto mortis.

In uno ex diebus quae praecedunt suum discessum in Americam si eo mittatur a superiore generali, et in uno ex iis quae sequentur suum adventum in locum suae destinationis.

In die qua singulo anno facit renovationem votorum clericalium.

In uno ex diebus in quibus singulo anno facit exercitia spiritualia, aut alia die post exercitia.

In anniversario dierum quibus suscepit baptisma, confirmationem et singulum ex ordinibus sacris.

In die festi S. Patroni.

In Dominica Sanctissimae Trinitatis.

In praecipuis festis D. N. J. C. id est, Nativitate, Circumcisione, Epiphania, Paschate, Ascensione et festo Corporis Christi.

In anniversario dedicationis ecclesiarum.

In Dominica Pentecostes.

In praecipuis festis B. M. V. id est, Conceptione, Nativitate, Annuntiatione, Purificatione et Assumptione.

In festis S. Michaëlis, S. Gabrielis, S. Raphaëlis, sanctorum Angelorum Custodum et omnium Sanctorum.

In festo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, sive celebretur 29 Junii, sive alia die; in festo cujusque alterius Apostoli, et in die conversionis S. Pauli.

In nativitate S. Joannis Baptistae et in festo S. Josephi.

In festo Sanctorum protectorum congregationis, id est, S. Sulpitii, S. Francisci Salesii, S. Caroli Borromei, S. Vincentii a Paulo, S. Philippi Nerii, S. Hieronymi, S. Augustini, S. Ambrosii, S. Martini, S. Francisci Assisiensis, S. Francisci de Paula, S. Ignatii, et S. Francisci Xaverii.

Quando assistet novum sacerdotem in prima sua Missa.

Quando in exercitiis spiritualibus, quae faciunt alumni seminarii, aut sacerdotes dioecesis erit adhibitus ad praedicandum, ad confessiones excipiendum, ad praesidendum exercitiis, aut etiam ad providendum necessitatibus temporalibus eorum qui faciunt exercitia.

Quando excipiet aliquam confessionem generalem, annualem, aut extraordinariam.

Bis in mense diebus ad arbitrium suum eligendis.

Singula die infra octavam fidelium defunctorum, pro liberatione animarum purgantium. Et insuper

Digitized by Google

Indulgentia plenaria

In unaquaque domo Societatis quando superior generalis faciet aut fieri faeit in ea visitationem solemnem. Indulgentia plenaria pro visitatore, pro ejus socio, et pro omnibus personis in domo praesentibus tempore visitationis.

In praecipua ecclesia aut capella cujusque seminarii Societatis. Indulgentia plenaria in die Praesentationis B. M. V. quia illa die omnes directores et alumni seminarii ibidem faciunt renovationem votorum clericalium.

In praecipua ecclesia aut capella cujusque seminarii Societatis Indulgentia plenaria pro omnibus fidelibus in diebus festis Patroni, ecclesiae aut capellae.

GREGORIUS PP. XVI.

Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI praevia revocatione aliarum concessionum et facultatum quae huc usque praefatae Congregationi Presbyterorum sunt impertitae, attentis expositis et ex speciali gratia benigne concessit eidem Congregationi Presbyterorum in praesens et in posterum existen. omnes et singulas Indulgentias in adnexo Summario uti authentico a Sac. Congregatione Indulgentiarum rocognito recensitas, servatis servandis in singulis concessionibus praescriptis, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesentibus valituris absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Aprilis 1833.

A. CARD. FROSINI PRAEF.
L. Archiepiscopus Athenarum Secret.

XXV.

Summarium Indulgentiarum et privilegiorum favore omnium et singularum Confraternitatum seu Sodalitatum sub titulo Sancti Amoris B. M. V. Auxiliatricis canonice erigendarum in Lusitania Algarbiis et aliis ditionibus Serenissimo Regi fidelissimo subjectis juxta Decreta Sac. Congregationis ex Audientia Sanctissimi die 26 *Januarii et* 9 *Aprilis* 1833.

A Ven. Innocentio PP. XI.

Indulgentiae Plenariae.

1° Indulgentia Plenaria omnibus et singulis Christifidelibus vere poenitentibus confessis, sacraque Communione refectis die prima adscriptionis ad Confraternitatem seu Sodalitatem.

2° Indulgentia Plenaria in articulo mortis Confratribus et consororibus confessis, sacraque Communione refectis, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contritis Sanctissimum Nomen Jesu ore sin minus corde devote invocantibus.

3° Indulgentia Plenaria in festo principali, die semel eligenda et ab Ordinario approbanda, rite dispositis ut supra et visitantibus Ecclesiam seu Cappellam vel Oratorium Confraternitatis, ibique orantibus pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione. Haec Plenaria Indulgentia potest applicari in suffragium fidelium defunctorum juxta concessionem Summi Pontificis Gregorii PP. XVI ut infra.

Indulgentiae Partiales.

1° Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum quatuor diebus in anno ab Ordinario semel tantum designandis rite dispositis visitantibus et orantibus ut supra.

2° Indulgentia sexaginta dierum pro quibuscumque piis opere et exercitio.

Quoad visitationem praescriptam Ecclesiae, seu Cappellae vel Oratorii Confraternitatis Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI indulsit ut a legitime impeditis servatis servandis quaecumque publica Ecclesia substitui possit. Pro recitatione autem Litaniarum in honorem B. M. V. sa. me. Pius VII concessit in perpetuum Indulgentiam tercentum dierum etiam per modum suffragii fidelibus defunctis applicabilem.

A Summo Pontifice Gregorio XVI Indulgentiae Plenariae applicabiles quoque in suffragium fidelium defunctorum.

1° Indulgentia Plenaria in festivitatibus Conceptionis, Nativitatis, Praesentationis, Purificationis, Annunciationis, Visitationis et Assumptionis B. M. V. et in festo Titulari ut supra, et in festis S. Michaelis Archangeli et Transitus et Patrocinii S. Joseph.

Privilegia.

1° Omnes et singulae Missae celebrandae generaliter et uno complexu, vel particulariter pro animabus Confratrum et Consororum de Ecclesiae thesauro erunt privilegiatae perinde ac si in Altari privilegiato celebratae fuissent.

2° Presbyteris adscriptis Indultum Altaris privilegiati personalis in septem festivitatibus B. M. V. ac in festo Titulari ut supra.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita omnes et singulas Concessiones in praesenti Summario recensitas et perpetuis futuris tem-

Digitized by Google

poribus valituras uti authenticas habendas esse decrevit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Aprilis 1833.

A. Card. Frosini Praef.
L. Archiepiscopus Athenarum Secret.

(*Vide* Decretum CDLXI.)

XXVI.

Sommario a favore del Pio Istituto delle Religiose sotto il titolo « a Corde Jesu » *rivocata qualunque concessione precedente.*

1° Indulgenza Plenaria applicabile per modo di suffragio alle anime sante del Purgatorio nella festa titolare del S. Cuore di Gesù ed in quella di S. Longino, premessa la Confessione e Communione, non che la visita della Chiesa o Cappella delle respettive case religiose ove esisteranno coll' approvazione dell' Ordinario.

2° L' Indulgenze annesse alla visita delle sette Chiese da conseguirsi due volte l' anno, cioè nella Quaresima, e nell' Avvento, in un giorno ad arbitrio di ciascuno, visitando sette Altari della Chiesa o Cappella, e nel caso che manchi questo numero, altre Cappellette o piccoli Altari da sostituirsi nell' interno delle case religiose dai respettivi Ordinarii.

3° Le Indulgenze delle Stazioni nei giorni descritti nel Messale Romano, ed a forma del Decreto della Sagra Congregazione delle Indulgenze in data 9 Luglio 1777.

4° Indulgenza Plenaria una volta l' anno nella ricorrenza degli Esercizi spirituali da farsi con licenza dei respettivi Ordinarii per dieci giorni consecutivi essedovi intervenuta almeno cinque volte, previa la S. Confessione e Communione, e la visita della Chiesa o casa religiosa.

5° Indulgenza Plenaria in articulo mortis a forma della Costituzione della sa. me. di Benedetto XIV che incomincia « *Pia Mater* ».

6° Indulgenza di sette anni ed altrettante quarantene per un'ora di orazione da eseguirsi la notte avanti il Santissimo Sagramento, e Indulgenza Plenaria una volta il mese in un giorno ad arbitrio per quelle religiose che avranno eseguita questa ora di orazione sette volte, quali Indulgenze sono applicabili per modo di suffragio ai fedeli defonti.

7° Nelle case religiose nelle quali esista o possa esistere una Scala destinata soltanto all'orazione le Indulgenze concesse dalla sa. me. di Pio VII con Decreto della Sac. Congregazione dei 2 Settembre 1817 applicabili per modo di suffragio, da conseguirsi una volta il mese in un giorno ad arbitrio e nei Venerdì di Quaresima non che l' Indulgenza di 100 giorni d' acquistarsi una volta il giorno per ciascuna delle religiose salendo la Scala medesima in ginocchione devotamente e con cuore contrito.

8° Potranno essere partecipi delle soprascritte Indulgenze anche le Convittrici, Educande e persone addette alla direzione e servizio della case religiose.

9° Tutte le Messe che si celebreranno in suffragio delle anime delle religiose defunte goderanno del privilegio dell'Altare.

10° Indulgenza Plenaria applicabile in modo di suffragio nel giorno della sua professione a ciascuna religiosa, premessa però la S. Confessione e Communione, visitando la Chiesa o Cappella della respettiva casa religiosa.

Tali concessioni da valere in perpetuo.

Summarium in favorem pii instituti monialium sub titulo Cordis Jesu, *revocata quacumque concessione praecedenti.*

1° Indulgentia plenaria per modum suffragii applicabilis animabus sanctis Purgatorii in festo titulari Sanctissimi Cordis Jesu, et in illo S. Longini, praevia confessione et communione, necnon visitatione ecclesiae aut capellae respectivarum domuum religiosarum, ubi reperiuntur cum approbatione Ordinarii.

2° Indulgentiae annexae visitationi septem ecclesiarum consequendae bis in anno, id est in Quadragesima et in Adventu, in una die ad arbitrium cujusque visitando septem altaria ecclesiae aut capellae, et casu quo deest ille numerus alias parvas capellas aut altariola substituenda in interiori parte domuum religiosarum a respectivis Ordinariis.

3° Indulgentia Stationum diebus descriptis in missali Romano et ad formam decreti Sacrae Congregationis indulgentiarum de die 9 Julii 1777.

4° Indulgentia plenaria semel in anno recurrentibus exercitiis spiritualibus cum licentia respectivorum Ordinariorum instituendis per decem dies consecutivos, dummodo saltem quinquies intervenerint, praevia S. Confessione et Communione, et visitatione ecclesiae aut domus religiosae.

5° Indulgentia plenaria in articulo mortis juxta formam constitutionis fel. rec. Benedicti XIV, quae incipit: *Pia Mater.*

6° Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum pro una hora orationis nocte instituendae ante Sanctissimum Sacramentum, et indulgentia plenaria semel in mense die ad arbitrium pro illis monialibus quae septies instituerint hanc orationis horam, quae indul-

Digitized by Google

gentiae per modum suffragii applicari possunt fidelibus defunctis.

7° In domibus religiosis in quibus existit aut potest existere scala soli orationi destinata, indulgentiae concessae a fel. rec. Pio VII per decretum Sacrae Congregationis de die 2 Septembris 1817 applicabiles per modum suffragii, lucrandae semel in mense die ad arbitrium et feriis sextis quadragesimae, necnon indulgentia centum dierum lucranda semel in die pro singula moniali ascendendo illam scalam flexis genibus devote et contrito corde.

8° Participes esse poterunt supradictarum indulgentiarum etiam convictrices, educandae, et personae addictae directioni et servitio domuum religiosarum.

9° Omnes missae quae celebrabuntur in suffragium animarum monialium defunctarum gaudebunt privilegio altaris.

10° Indulgentia plenaria applicabilis per modum suffragii in die suae professionis cuilibet religiosae, praemissa tamen S. Confessione et Communione, visitando ecclesiam aut capellam respectivae domus religiosae.

Hae concessiones valebunt in perpetuum.

17 Aprile 1834.

Si accordano le sud. Indulgenze.

GREGORIO PP. XVI.

12° Omnibus anni diebus qui visitabit unam ex ecclesiis Franciscanis, aut cujuscumque alterius ordinis Fratrum mendicantium lucrabitur singula vice dicendo tria *Pater*, *Ave* et *Gloria* in honorem Sanctissimae Trinitatis indulgentiam concessam a multis Summis Pontificibus, trecentorum dierum, et ducentorum et septem quadragenarum. Et singula Dominica et singulo Sabbato omnium mensium anni acquiritur pro singula vice indulgentia centum nonaginta et octo annorum et totidem quadragenarum; et diebus veneris totius anni acquiritur singula vice indulgentia centum dierum. Et advertendum si in aliquam ex his diebus incidat festivitas in qua aliae habentur indulgentiae, has etiam insuper acquiri praeter supradictas. Ita *Lucius Ferraris*.

Indulgentiae quae habentur in ecclesiis Franciscanis et in ecclesiis omnium ordinum mendicantium tempore Adventus.

13° In singulis quatuor Dominicis Adventus, qui visitabit aliquam ecclesiam supradictorum Religiosorum lucrabitur omnes illas indulgentias quae habentur in omnibus Dominicis anni, ut in paragrapho praecedenti.

Indulgentia in dictis ecclesiis in Quadragesima.

14° Prima die Quadragesimae usque ad diem Paschae visitanti ut supra, conceduntur pro singula die a Joanne XX duo anni et duae quadragenae, et ab Urbano III, Innocentio III et Gregorio IX pariter duo anni et duae quadragenae; et Urbanus IV duplicavit dictas indulgentias et adjunxit unum annum et unam quadragenam et a Clemente IV conceduntur centum anni et centum quadragenae. Et Alexander IV concessit duos annos et duas quadragenas. Similiter Nicolaus III, Innocentius IV et Benedictus XI concesserunt in toto pro singula die quadragesimae centum viginti duorum annorum et quingentorum sexaginta sex dierum Indulgentiam, quae faciunt in summa pro singula die Indulgentiam ducentorum quinquaginta duorum annorum, et centum triginta duarum quadragenarum, et quingentorum sexaginta sex dierum.

15° Insuper pro singula feria secunda, quarta et sexta totius Quadragesimae ultra supradictas conceditur a Benedicto XI Indulgentia octoginta octo annorum et octoginta quadragenarum.

Indulgentiae quae habentur in dictis ecclesiis in solemnitate Paschatis.

16° In singulo Paschate Resurrectionis conceditur a Martino V Indulgentia quinquaginta annorum et octodecim quadragenarum ultra supradictas. A Leone IV centum annorum totidemque quadragenarum et a Nicolao IV septem annorum et septem quadragenarum.

17° Et a primis vesperis, id est a Sabbato sancto usque ad occasum solis sequentis diei Paschae, qui contritus, confessus aut cum proposito confitendi visitabit aliquam ex ecclesiis S. Francisci de Paula, aut aliam ecclesiam ordinis mendicantium dicendo tria *Pater*, *Ave* et *Gloria* in honorem Sanctissimae Trinitatis ex concessione Leonis X lucrabitur indulgentiam plenariam.

Indulgentiae quae habentur in festo Ascensionis Domini in ecclesiis Religiosorum mendicantium.

18° In die Ascensionis Domini qui visitabit aliquam ex supradictis ecclesiis lucrabitur ex concessione Joannis XXII indulgentiam duorum annorum et duarum

Digitized by Google

quadragenarum et ex concessione Clementis IV centum annorum et centum quadragenarum.

In festis Pentecostes.

19° In festis Pentecostes qui visitabit aliquam ex supradictis ecclesiis Religiosorum mendicantium ex concessione Martini V lucrabitur Indulgentiam quadraginta annorum et duodecim quadragenarum. Et ex concessione Leonis IV septem annorum et totidem quadragenarum. Et ex concessione Urbani IV, Clementis III et Gregorii IX unius anni et unius quadragenae et ex concessione Clementis IV centum annorum et centum quadragenarum : et insuper a primis vesperis, id est a Sabbato in vigilia Pentecostes usque ad totum diem sequentem qui contritus et confessus, aut cum proposito confitendi visitabit aliquam ex dictis ecclesiis, dicendo tria *Pater noster* et tria *Ave Maria* in honorem Sanctissimae Trinitatis ex concessione Leonis X lucratur sibi indulgentiam plenariam.

In festo Sanctissimae Trinitatis.

20° Visitanti unam ex supradictis ecclesiis in festo Sanctissimae Trinitatis conceduntur omnes illae indulgentiae, quae habentur in omnibus Dominicis et festis per annum, quae sunt in Summa ducentorum et novemdecim annorum et totidem quadragenarum. In eodem festo qui contriti et confessi, aut cum proposito confitendi a primis vesperis usque ad totum diem sequentem visitabunt unam ex supradictis ecclesiis lucrabuntur ex concessione ejusdem Leonis X Indulgentiam plenariam dicendo tria *Pater noster* et tria *Ave Maria*.

In solemnitate Corporis Christi.

21° Ex concessione Joannis XX, Urbani III, Benedicti X et Gregorii IX in festo Corporis Christi visitando aliquam ex supradictis ecclesiis habetur Indulgentia duorum annorum et duarum quadragenarum. Ex concessione Urbani IV unius anni et unius quadragenae; et ex concessione Clementis V centum annorum et centum quadragenarum. Ex concessione Alexandri IV unius anni et unius quadragenae. Ex concessione Gregorii IX et Nicolai V centum annorum et centum quadragenarum. Ita legitur in parva Margarita Sanctissimi Rosarii.

In Circumcisione Domini.

22° Qui visitabit aliquam ex ecclesiis Franciscanis, aut aliorum Religiosorum mendicantium in die Circumcisionis Domini, lucrabitur ex concessione Martini V Indulgentiam quinquaginta annorum et quinquaginta quadragenarum et ex concessione Innocentii III duorum annorum et duarum quadragenarum, ex concessione Clementis IV centum annorum et ex concessione Nicolai V ducentorum annorum et quinquaginta trium quadragenarum.

In festo Epiphaniae Domini.

23° Qui visitabit aliquam ex supradictis ecclesiis in die Epiphaniae Domini ei conceduntur ab Innocentio III dub anni et duae quadragenae, et Urbanus IV duplicavit hanc indulgentiam et concessit insuper unum annum et unam quadragenam. Clemens IV concessit centum annos et centum quadragenas; et Nicolaus V duplicavit hanc indulgentiam. Innocentius IV deinde concessit indulgentiam quinquaginta annorum et totidem quadragenarum.

In die Purificationis B. M. V.

24° Qui visitabit aliquam ex ecclesiis supradictorum ordinum mendicantium in die Purificationis B. M. V. dicta de Candelario ipsi conceduntur ultra indulgentias concessas in aliis festivitatibus Dominae Nostrae indulgentiae infrascriptae. A Clemente IV centum anni et triginta quadragenae. Ab Honorio III quadraginta anni et quadraginta quadragenae, et totidem a Joanne XXII. Item Sixtus IV concessit indulgentiam triginta annorum et triginta quadragenarum.

In festo Sanctissimae Annuntiationis.

25° In festo Sanctissimae Annuntiationis qui visitabit, etc. lucrabitur ex concessione Martini V quinquaginta annos et duodecim quadragenas. Ex concessione Clementis IV decem annos et quadraginta dies. Ex concessione Gregorii IX viginti annos et quadraginta dies. Ex concessione Bonifacii VIII novem annos et quadraginta dies. Ex concessione Nicolai IV centum annos et centum octoginta dies. Ex concessione Leonis IV septem annos et septuaginta quadragenas. A Joanne XXII conceduntur quadraginta anni et quadraginta quadragenae, et ab Urbano V indulgentia septem annorum et septem quadragenarum.

26° Advertendum moniales claustrales posse lucrari in suis ecclesiis omnes indulgentias concessas Religiosis mendicantibus, et omnibus saecularibus.

Indulgentiae in die qua fit festum tituli in ecclesiis Franciscanis et aliorum mendicantium.

27° In festo Sancti vel Sanctae sub cujus nomine aedificata est quacumque ecclesia supradictorum ordinum, eas visitando acquiruntur ex concessione Leonis IV septem anni et septem quadragenae. Et Urbanus IV duplicavit istam indulgentiam. Ex concessione Clementis IV centum dies et Honorii IV quadraginta anni et quadraginta quadragenae. Benedictus X duplicavit hanc indulgentiam. Nicolaus V dictis indulgentiis addidit septem annos et septem quadragenas. Sixtus IV addidit septem annos et triginta quadragenas.

Indulgentiae in omnibus festis Sanctorum Franciscanorum et aliorum Sanctorum ex Regularibus mendicantibus.

28° In quocumque festo cujusque Sancti aut Sanctae Ordinis Minorum, S. Dominici, S. Augustini, etc. visitando aliquam ex eorum ecclesiis ab Innocentio IV quadraginta anni; a Clemente IV quadraginta sex anni; a Nicolao III quadraginta anni; a Nicolao IV alii quadraginta anni; totidem ab Urbano V; a Sixto IV quinquaginta anni et quinquaginta quadragenae de Indulgentia.

Indulgentiae quae recurrunt in festis Sanctorum Ordinis Seraphici per anni circulum.

Mense Januario.

29° Die 16 illius mensis pro festo SS. Martt. Bernardi, Petri, etc. Protomartyrum ordinis Indulgentia plenaria perpetua concessa a Benedicto XIV. Breve *Sanctissimus* 18 Octobris 1745.

Die 30 S. Hyacinthae Indulgentia plenaria perpetua concessa a Pio VII. Breve *Ad augendam* 17 Novembris 1807.

Digitized by Google

Die 31 Beata Ludovica, Indulgentia plenaria usque ad annum 1848.

Mense Februario.

Die 6 dicti mensis pro festo SS. Martt. Petri, Baptistae, etc. Indulgentia plenaria perpetua concessa a Clemente XII. Breve *Injunctae nobis* 13 Julii 1739.

Die 22 S. Margaritae de Cortona, Indulgentia plenaria perpetua concessa a Benedicto XIII. Breve *Redemptoris* 26 Julii 1728.

Mense Martio.

Die 5 dicti mensis S. Joannis Josephi a Cruce. Indulgentia plenaria concessa a Gregorio XVI. Breve *Inclitum S. Francisci ordinem* 21 Februarii 1841.

Die 6 S. Coletae Indulgentia plenaria pro vivis et defunctis perpetua concessa a Pio VII. Breve *Ad augendam* 13 Julii 1807.

Die 9 S. Catharinae de Bononia. Indulgentia plenaria perpetua concessa a Clemente XI. Breve *Redemptoris* 21 Martii 1714.

Mense Aprili.

Die 3 S. Benedicti a S. Philadelpho, Indulgentia plenaria perpetua concessa a Pio VII. Breve *Ad augendam* 17 Novembris 1807.

Die 16 in festo S. Raphaëlis Archangeli, Indulgentia plenaria pro omnibus Religiosis et monialibus, qui confessi et Sacra Communione refecti renovabunt suam professionem, concessa a Clemente XII. Breve *Cum sicut dilectus Filius* 30 Martii 1736.

Mense Majo.

Die 13 S. Petri Regalati, indulgentia plenaria concessa a Benedicto XIV. Breve *Redemptoris* 23 Aprilis 1748.

Die 17 S. Paschalis, Indulgentia plenaria concessa ab Alexandro VII. *Redemptoris* 9 Septembris 1690.

Die 20 S. Bernardini Senensis, indulgentia plenaria concessa a Sixto V, Breve *Cum primaeva*, 28 Septembris 1585.

Mense Junio.

Die 13 S. Antonii a Padua, indulgentia plenaria perpetue concessa a Sixto V. Breve *Cum primaeva* 28 septembris 1585.

Die 19 Beatae Michelinae, indulgentia plenaria concessa a Clemente XII. *Ad augendam* 27 Septembris 1737.

Mense Julio.

Die 14 S. Bonaventurae, indulgentia plenaria concessa a Sixto V. Breve *Cum primaeva* 28 Septembris 1585.

Die 25 S. Francisci Solani, indulgentia plenaria concessa a Benedicto VIII (XIII?) Breve *Redemptoris* 14 Augusti 1729.

Mense Augusto.

Die 2 illius Indulgentia, vulgo dicta, de Portiuncula.

Die 12 S. Clarae Virginis, indulgentia plenaria etiam pro omnibus fidelibus Christianis in ecclesiis Fratrum minorum et monialium Franciscanarum, ita declaravit Sacra Congregatio die 9 Octobris 1663.

Die 19 S. Ludovici Episcopi, indulgentia plenaria concessa a Sixto V. Breve *Cum primaeva* 28 Septembris 1585.

Die 26 S. Ludovici Regis Francorum, indulgentia plenaria concessa a Benedicto XIV. Breve *Injuncta nobis* 17 Martii 1755.

Mense Septembri.

Die 4 S. Rosae de Viterbo, indulgentia plenaria concessa a Clemente XI. Breve *Agni Immaculati* 14 Januarii 1701.

Die 11 festum SS. Martt. Nicolai et Socc. Indulgentia plenaria concessa a Benedicto XIII. Breve *Ad augendam* 5 Decembris 1728.

Die 17 festum sacrorum stigmatum S. Francisci Indulgentia plenaria concessa a Clemente XII. Breve *Coelest. muner.* 31 Augusti 1731.

Die 24 S. Pacifico a S. Severino Indulgentia plenaria concessa a Gregorio XVI Breve : *Inclitum S. Francisci ordinem.* 21 Februarii 1841.

Mense Octobri.

Die 4 festum Patriarchae nostri S. Francisci Indulgentia plenaria concessa a Sixto V. Breve *Cum primaeva* 28 Septembris 1585.

Die 13 festum SS. Martt. Danielis, etc. concessa a Benedicto XIV Breve *Ad augendam* 22 Junii 1748.

Die 19 S. Petri de Alcantara. Indulgentia plenaria concessa a Clemente IX. Breve *Redemptoris* 7 Septembris 1690.

Mense Novembri.

Die 12 S. Didaci Indulgentia plenaria concessa a Clemente VIII Breve *Quae ad Sanctorum* 26 Maji 1598.

Die 19 S. Elizabeth Reginae Hungariae. Breve Benedicti XIV *Injunctae nobis* 17 Martii 1753.

Die 28 S. Jacobi de Marchia. Indulgentia plenaria concessa a Benedicto XIII Breve *Redemptoris* 14 Augusti 1727.

Die 29 festum omnium Sanctorum ordinis. Indulgentia plenaria concessa a Clemente XIII Breve *Ad augendam* 21 Martii 1766.

30° Qui recitant et assistunt officio divino et missae in solemnitate Corporis Christi, et per totam octavam lucrantur sequentes indulgentias, id est pro missa 400 dies et 400 pro matutino et alii 400 pro vesperis et pro singula hora 160 dies. Diebus infra octavam tam pro matutino quam pro missa et vesperis 200 dies pro aliis horis 80 dies indulgentiae. Ad hunc finem anticipatur Matutinum.

31° A Sixto V conceduntur eaedem indulgentiae recitanti aut assistenti ut supra in festo et per octavam immaculatae Conceptionis. Idem concedit Clemens VIII in festo Sanctissimi nominis Jesu.

32° Et Bonifacius IX in festo Visitationis B. M. V.

33° Et Calixtus III in festo Transfigurationis D. N. J. C.

34° Fratres et moniales ordinis minorum recitando coronam B. M. V. vulgo dictam Ordinis quae constat 70 *Ave Maria* et septem *Pater noster* et insuper uno *Pater noster* et uno *Ave Maria* pro Summo Pontifice lucrantur indulgentiam plenariam concessam a Leone X et Paulo V.

35° Religiosi Minores, Clarissae, et Tertiarii possunt per modum suffragii applicare animabus Purgatorii omnes indulgentias et bona opera ab ipsis facienda ex concessione Gregorii XV. Breve 10 Novembris 1622.

Digitized by Google

36° Religiosi et moniales ordinis minorum qui devote visitabunt stationes viae crucis, sive in ecclesia, sive in quocumque loco monasterii lucrantur easdem indulgentias, quas lucrantur illi, qui eas visitant in locis Sanctis Hierosolymorum, quaeque sunt fere innumerabiles cum liberatione unius animae e Purgatorio.

Indulgentiae concessae Religiosis et monialibus in assumptione habitus Religiosi, in die qua professionem committunt, et in aliis circumstantiis.

37° Religiosi cujuscumque instituti, sicut et moniales, quae vivunt in perpetua clausura cum tribus votis solemnibus; tam illae quae sunt sub directione Regularium, quam quae sunt sub Ordinariorum regimine, si fuerint contriti, confessi, et Sacra Communione refecti, tam in die vestitionis quam professionis lucrantur indulgentiam plenariam concessam a Paulo V.

38° Fratres et Moniales qui in festo principali sui ordinis confitebuntur et communicabunt aut missam audient orando pro concordia inter principes Christianos pro extirpatione haeresum, Romani Pontificis incolumitate et exaltatione S. Matris Ecclesiae, lucrantur indulgentiam plenariam. *Communis.*

39° Illi, qui in articulo mortis vere contritus, confessus et Sacra Communione refectus, aut si hoc facere non possit, saltem contritus devote invocabit ore Sanctissimum nomen Jesu, vel si non possit, corde, conceditur indulgentia plenaria.

40° Illi, qui legitime ordinatus celebrabit primam missam, et iis, qui confessi, et Sacra Communione refecti intererunt dictae missae, conceditur indulgentia plenaria.

41° Omnibus Religiosis et monialibus qui cum licentia suorum superiorum separantes se per decem dies a negotiis externis, secedent in cellam suam, aut praeterquam in actibus communibus, separabunt se ab aliorum consortio, exercentes se in lectione librorum spiritualium, aut prolatione aliquorum verborum, quae ad devotionem inducunt et ad spiritualem compunctionem, et ultra meditationem communem saepe incumbent considerationi et meditationi mysteriorum Religionis Catholicae, beneficiorum Dei, quatuor Novissimorum, Passionis D. N. J. C. et aliis orationibus vocalibus et jaculatoriis; facientes eodem tempore generalem aut annualem aut ordinariam confessionem, et insuper Sacram Communionem sumentes aut missam celebrantes, conceditur indulgentia plenaria et remissio omnium peccatorum. Notandum tamen orationem mentalem, ea quae fit in communi inclusa, debere esse, nocturno et diurno tempore simul sumpto, duarum horarum. Ita Paulus V in sua constitutione quae incipit *Romanus Pontifex* 23 Maji 1606.

42° Religiosis et monialibus ordinis minorum, qui quotidie per mediae horae spatium per mensem integrum facient orationem mentalem, confitendo et communicando ultima Dominica dicti mensis conceditur indulgentia 60 annorum et 60 quadragenarum.

43° Omnibus illis qui corde contrito et dolentes accusabunt se de suis culpis, peccatis et imperfectionibus in capitulis culparum, aut spiritualiter communicabunt, indulgentia trium annorum et trium quadragenarum.

44° Fratres minores et moniales quando sunt infirmi possunt dicere septem *Ave Maria* et unum *Pater noster* loco officii divini, aut quid aliud assignatum a confessario suo, et si infirmitas sit gravis, et medicus ita judicaverit, nequidem erunt obligati, sed sufficiet sola intentio, qua velint illud recitare. *Ferraris.*

45° Leo X concessit omnibus Religiosis, sicut etiam saecularibus indulgentiam partialem quotiescumque dicent quindecim *Pater noster* et quindecim *Ave Maria* pro iis qui sunt in peccato mortali, cum sit opus caritatis.

46° Idem Leo X concessit monialibus S. Ecclesiae (Clarae?) omnes gratias et indulgentias quibus gaudent Fratres Minores, et vicissim Fratribus, illas quae a Romanis Pontificibus concessae sunt monialibus.

47° Idem Pontifex concessit Fratribus Minoribus ut in solemnitatibus Domini, B. M. V.; SS. Petri et Pauli, S. Patris Nostri Francisci et omnium Sanctorum, sicut etiam per totam hebdomadam sanctam cum licentia superiorum suorum possint accipere absolutionem generalem.

48° Insuper idem Pontifex concessit Religiosis Minoribus ut ultra indulgentias quas habent a sede apostolica possint accipere absolutionem generalem cum indulgentia plenaria in festo S. Virginis Clarae; advertendum tamen in absolutione excipi casus superioribus reservatos.

49° Sixtus IV concessit ut quilibet Frater ordinis Praedicatorum et Minorum semel in vita et semel in morte possit accipere absolutionem generalem, etiamsi moriatur ante professionem.

50° Moniales S. Clarae et per communicationem omnes Moniales tertii ordinis quae vivunt sub directione Fratrum Minorum a Leone X habent privilegium accipiendi quater in anno a superioribus dicti ordinis Fratrum minorum aut ab aliis Religiosis confessariis ejusdem ordinis ad hoc a suis superioribus specialiter deputatis absolutionem omnium suorum peccatorum quocumque modo commissorum. Insuper placuit Sanctitati Suae benigne et ex apostolica bonitate concedere praedictis earum confessariis facultatem ut cum eadem plenitudine potestatis, de licentia tamen suorum praelatorum, eas absolvant et illi innocentiae statui restituant, sicuti faceret Sua Sanctitas si ipsamet earum confessiones exciperet et peccata audiret, et postquam confessae et absolutae fuerint, possint concedere omnibus et singulis nomine Suae Sanctitatis Sanctam Benedictionem.

Formula talis benedictionis est haec.

Dominus Noster Jesus Christus per merita suae Sanctissimae Passionis vos absolvat, et gratiam vobis infundat. Et ego auctoritate Ipsius et Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli, et Sanctorum Pontificum mihi in hac parte commissa, et vobis concessa, absolvo vos ab omni vinculo excommunicationis majoris vel minoris si forte incurristis, et restituo vos participationi et communioni fidelium, nec non Sanctis Sacramentis Ecclesiae.

Deinde eadem auctoritate ego vos absolvo ab omni transgressione votorum vestri Ordinis, ab omni officio male persoluto, horis indebite transpositis, vel omissis, et ab omnibus peccatis vestris. In nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Digitized by Google

Indulgenze a quei che lasciano qualche elemosina alle Chiese dei Religiosi Mendicanti.

51° Quelli che per testamento lasciano alcuna cosa alle suddette Chiese conseguiscono una parziale Indulgenza per Adriano III, Sergio IV, Giovanni X e XI e per altri Pontefici simile Indulgenza conseguiscono ancora quelli che donano calici, tovaglie, o altri utensili ad uso delle dette Chiese.

52° Gli infermi e decrepiti che non possono andare in Chiesa conseguiscono Indulgenze in Cella per concessione di Sisto IV, Paolo V, e per previlegio di Clemente VIII ad istanza del Reverendissimo Padre Fr. Giovan Battista di Molles Commissario Generale, nell' Infermeria, i Frati e Monache, che assistono alla cura degli infermi visitando la Cappella o Oratorio dell' Infermeria o del Convento, guadagnano l' Indulgenze come gli altri Religiosi assistenti del medesimo Convento.

53° Nota che i Religiosi e Monache di altri Istituti Religiosi, godono di tutte le predette Indulgenze per communicazione spirituale concesse da Leone X, Giulio II ed altri Sommi Pontefici, sicchè visitando le loro Chiese nel giorno di S. Francesco, di S. Antonio di Padova, confessati e communicati pregando il Signore per l' esaltazione di S. Chiesa, estirpazione dell' eresia, e per la pace e concordia tra' Principi Cristiani conseguiscono la medesima Indulgenza Plenaria e remissione di tutti i peccati. Così parimenti i Religiosi e Monache di S. Francesco visitando le proprie Chiese nella festa di S. Domenico, del gran Padre S. Agostino, di S. Francesco di Paola e così di altri Patriarchi, e Fondatori degli Ordini approvati dalla S. Sede. Così nei giorni de' Giubilei e d' Indulgenze concesse alle loro Chiese, confessati e communicati guadagnano le medesime Indulgenze, remissioni e giubilei, come se personalmente visitassero le loro Chiese. Così insegna la comune de' teologi.

54° Similmente i padri e le madri de' Religiosi e Monache guadagnano lo stesso giubileo in *articulo mortis* e dopo morte i medesimi suffragi de' Frati Minori. Parimenti per Giovanni XXII si concedono cinquanta giorni d' Indulgenza a chi farà riverenza ai Sacerdoti, quaranta giorni a chi dice la *Salve Regina* o ascolta la Messa, e similmente quaranta giorni ai Predicatori ogni volta che predicano, come a quelli che ascoltano.

Indulgenze concesse agli Avvocati.

55° Gli Avvocati delle Chiese, Conventi e Monasteri di detti Ordini per Martino IV guadagnano cento anni d' Indulgenza. *Ferraris.*

Ai Procuratori.

56° I Procuratori, che ajutano e difendono i Monasteri e luoghi suddetti conseguiscono per Martino IV cento anni d' Indulgenza, di più Innocenzo VIII concede che detti Procuratori, e loro sostituti, figliuoli, padri, madri, mogli, sorelle, fratelli ne' giorni delle Stazioni di Roma dicendo nelle Chiese de' suddetti Ordini cinque *Pater noster*, e cinque *Ave Maria* pregando Dio per il felice stato di S. Chiesa, guadagnano quelle stesse Indulgenze, come se visitassero le Chiese di Roma, nelle quali sono dette Stazioni. *Ferraris.*

57° Li padri e madri de' Frati Minori e delle Monache dello stesso Ordine per Bolla di Callisto III possono in articolo di morte eleggersi un Confessore approvato, che l' assolva plenariamente da colpa e pena in forma di amplissimo giubileo così insegna il P. Girolamo Roderico ed altri.

Indulgenze concesse ai medici di detti Ordini.

58° I medici de' Conventi degli Ordini suddetti co' loro figli, figliuole, mogli, sorelle, fratelli, padri e madri acquistano ognuno di questi per Alessendro VI cento anni d' Indulgenza, e Di più tutte le Indulgenze e Stazioni che guadagnano i Religiosi Minori e le Monache con dire però cinque *Pater noster* e cinque *Ave Maria* per il felice stato di S. Chiesa, e conseguiscono dette Indulgenze per particolare privilegio d' Innocenzo VIII concesse ai Procuratori ed applicate ai detti medici per il suddetto Alessandro VI.

59° Finalmente quelli, e quelle che faranno orazione mentale ogni giorno per lo spazio di mezz' ora, o almeno di un quarto d' ora confessati e communicati pregando secondo l' intenzione del Sommo Pontefice, guadagnano Indulgenza Plenaria una volta il mese applicabile ancora all' anime del Purgatorio ed anche acquistano le Indulgenze della Via Crucis.

60° Si avverta che quando i Romani Pontefici concedono a quei che visiteranno qualche Chiesa o qualche Altare anche Indulgenza Plenaria, se nella concessione non vi sono espresse le preghiere, o opere pie, che si devono fare per conseguirle; pregando per l' esaltazione di S. Chiesa, per l' estirpazione dell' eresie, per la conversione de' peccatori, per la pace e concordia tra' Principi Cristiani, con dire a tale oggetto cinque *Pater* ed *Ave* ed un *Pater* ed *Ave* per il Sommo Pontefice, si lucrano le dette Indulgenze. Eusebius Amort, ed altri.

Digitized by Google

Privilegi ed Indulgenze concesse alle Venerande Monache del Ven. Monastero di S. Silvestro in Capite.

61° La Madre Abbadessa e le Monache del Ven. Monastero di S. Silvestro in Capite avendo ottenuto da Clemente XI l'Altare Maggiore privilegiato nella loro Chiesa per il giorno de' Morti, e suo ottava e per quattro giorni di ciascuna settimana con la liberazione di quell' anima in suffragio della quale qualunque Sacerdote avesse celebrato in detti luoghi al predetto Altare la S. Messa; Benedetto XIV amplio questo privilegio e concesse che le Monache come ancora i loro consanguinei, affini in primo e secondo grado, il Cardinal Titolare e i tre fattori del Monastero ciò potessero conseguire ogni giorno dell' anno. Clemente poi XIV estese questo privilegio a tutti i fedeli cristiani; ed inoltre concesse che se fosse impedito per qualche circostanza il detto Altare, maggiore, come sarebbe se si dovesse restaurare, o in occasione delle 40 ore si trasferisse lo stesso privilegio all' Altare del Santissimo Crocifisso.

62° Si legge ancora nei Monumenti autentici, che si conservano nell' archivio di detto Monastero che portando indosso l' Abitino della Madonna Santissima della Mercede del Riscatto de' Schiavi, sono partecipi di tutte le orazioni, messe, pratiche, digiuni, discipline, penitenze e di tutti i travagli, e fatiche che patiscono i Padri della Mercede de' regni di Napoli, Sicilia, e della Provincia di Roma.

63° Inoltre le dette Rev. Monache che porteranno l' Abitino nero della Madonna Santissima dei Sette Dolori, godono il privilegio di essere assolute dal proprio Confessore da tutti i peccati.

64° Sono parimenti dette Religiose partecipi di tutti i sacrifizj, orazioni, discipline, ed altere opere di pietà, che si esercitano dai Padri Cappuccini, Domenicani, e Agostiniani Scalzi.

65° Sisto V concede a tutti i fedeli cristiani che sin dai primi vesperi e per tutto il giorno seguente della festa di S. Silvestro visiteranno la Chiesa allo stesso santo dedicata, sotto il titolo di S. Silvestro in Capite, pregando per l' estirpazione dell' eresie, pace e concordia tra' Principi Cristiani, etc. Indulgenza Plenaria, e remissione di tutti i peccati Breve *Universi Christifideles* 21 Decembre 1585.

66° Gli originali delle qui dette Indulgenze, privilegii, e figliuolanze e participazioni de' beni spirituali, concesse dagli Ordini di detti Religiosi alle RR. Monache si conservano nell' archivio di detto Monastero nell' Armario A, parte prima scanzia ultima.

67° Questo Sommario nell' anno 1720 dalla Madre Abbadessa di quel tempo Suor Angela Reginalda Incoronati fu fatto scrivere in larghi fogli di pergamena; ma per le diurnità del tempo e per altre cagioni erano divenute le lettere così deformi e guaste, che le Religiose poco o quasi niente ne intendevano. Onde fu che la Reverendissima Madre Abbadessa Suor Marianna Moroni a vantaggio spirituale delle sue Religiose l' anno 1841 lo fece di nuovo riprodurre colle stampe.

Indulgentiae pro iis qui relinquunt aliquam eleemosynam ecclesiis Religiosorum mendicantium.

51° Illi qui per testamentum relinquunt aliquid supradictis ecclesiis lucrantur Indulgentiam partialem ex concessione Adriani III, Sergii IV, Joannis X et XI aliorumque Summorum Pontificum; similem indulgentiam lucrantur etiam illi qui donant calices, tobaleas, aliave ustensilia ad usum dictarum ecclesiarum.

52° Infirmi et decrepiti qui non possunt adire ecclesiam, lucrantur indulgentias in cella sua ex concessione Sixti IV, Pauli V, et ex privilegio Clementis VIII ad instantiam Reverendissimi Patris Fr. Joannis Baptistae de Molles commissarii generalis in infirmitario, fratres et moniales, qui opem ferunt curandis infirmis, visitando capellam aut oratorium infirmitorii aut conventus lucrantur indulgentias sicut alii Religiosi assistentes ejusdem conventus.

53° Nota Religiosos et moniales aliorum institutorum religiosorum gaudere omnibus praedictis indulgentiis per communicationem spiritualem concessam a Leone X, Julio II, aliisque Summis Ponticibus, ita ut visitando suam ecclesiam in die S. Francisci, S. Antonii a Padua, confessi et Sacra Communione refecti, orando Dominum pro exaltatione S. Ecclesiae, extirpatione haeresum et pro pace et concordia inter principes christianos lucrentur eamdem indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum. Ita pariter Religiosi et moniales S. Francisci visitando proprias suas ecclesias in festo S. Dominici, Magni Patris S. Augustini, S. Francisci de Paula aliorumque pariter Patriarcharum et fundatorum ordinum a S. Sede approbatorum. Pariter diebus Jubilaeorum et indulgentiarum eorum ecclesiis concessorum, confessi et Sacra Communione refecti lucrantur easdem indulgentias, remissiones et Jubilaea, acsi personaliter visitassent eorum ecclesias. Ita communiter docent theologi.

54° Similiter Patres et Matres Religiosorum et monialium gaudent eodem Jubilaeo in articulo mortis et post mortem iisdem suffragiis Fratrum minorum. Pariter a Joanne XXII conceditur indulgentia quinquaginta dierum illi, qui sacerdotibus reverentium exhibebit; quadraginta dierum illi, qui recitat *Salve Regina* aut missam audit, et similiter quadraginta dierum praedicatoribus singula vice qua praedicabunt, sicut et illis qui auscultant.

Indulgentiae concessae Advocatis.

55° Advocati ecclesiarum, conventuum et monasteriorum dictorum ordinum ex concessione Martini V lucrantur indulgentiam centum annorum. *Ferraris.*

Digitized by Google

Procuratoribus.

56° Procuratores qui adjuvant et defendunt Monasteria et loca praefata ex concessione Martini V lucrantur indulgentiam centum annorum : insuper Innocentius VIII concedit ut dicti procuratores, et eorum substituti, filii, patres, matres, sorores, fratres diebus stationum Urbis Romae dicendo in ecclesiis praefatorum ordinum quinque *Pater noster* et quinque *Ave Maria*, Deum orando pro felici statu S. Ecclesiae, lucrentur easdem indulgentias, acsi visitassent ecclesias Urbis Romae, in quibus habentur dicta stationes. *Ferraris.*

57° Patres et matres fratrum minorum et monialium ejusdem ordinis vi bullae Calixti III possunt in articulo mortis eligere sibi confessarium approbatum, qui impertiatur ipsis absolutionem generalem a culpa et poena in forma amplissimi Jubilaei, ita docet P. Hieronymus Rodericius et alii.

Indulgentiae concessae medicis dictorum ordinum.

58° Medici conventuum dictorum ordinum cum eorum filiis, filiabus, sororibus, fratribus, patribus et matribus lucrantur singuli eorum ex concessione Alexandri VI indulgentiam centum annorum et insuper omnes indulgentias et stationes quas lucrantur Religiosi minores et moniales, dicendo tamen quinque *Pater noster* et quinque *Ave Maria* pro felici statu S. Ecclesiae, et lucrantur dictas indulgentias vi particularis privilegii Innocentii VIII concessas procuratoribus, et applicatas dictis medicis per supradictum Alexandrum VI.

59° Tandem illi et illae, qui facient orationem mentalem quotidie per mediam horam, aut saltem quartam horae partem confessi et Sacra Communione refecti orantes juxta intentionem Summi Pontificis, lucrantur indulgentiam plenariam semel in mense etiam applicabilem animabus Purgatorii, et etiam lucrantur indulgentias viae crucis.

6° Notandum quod quando Romani Pontifices concedunt illis qui visitabunt aliquam ecclesiam aut aliquod altare etiam indulgentiam plenariam, si in concessione non sunt expressae preces aut opera pia, quae ad eas lucrandas fieri debent ; orando pro exaltatione S. Ecclesiae, pro extirpatione haeresum, pro conversione peccatorum, pro pace et concordia inter principes christianos, dicendo eum in finem quinque *Pater* et *Ave* et unum *Pater* et *Ave* pro Summo Pontifice, acquiruntur dictae indulgentiae. Eusibius Amort et alii.

Privilegia et indulgentiae concessa venerandis monialibus venerabilis monasterii S. Sylvestri in Capite.

61° Cum Mater Abbatissa et moniales venerabilis monasterii S. Sylvestri in Capite obtinuerint a Clemente XI Altare majus privilegiatum in sua ecclesia pro die Defunctorum et ejus octava et pro quatuor diebus cujuslibet hebdomada eum liberatione illius animae pro qua quicumque sacerdos missam celebraverit in dictis locis ad praefatum altare, Benedictus XIV ampliavit hoc privilegium, et concessit ut moniales, sicut et eorum consanguinei et affines in primo et secundo gradu, Cardinalis titularis, et tres factores monasterii possint eo frui omni die per annum. Deinde Clemens XIV extendit hoc privilegium ad omnes fideles christianos, et insuper concessit, ut si propter aliquam circumstantiam dictum altare majus foret impeditum, utpote si reparatione indigeret, aut occasione 40 horarum, transferatur idem privilegium ad altare Sanctissimi Crucifixi.

62° Legitur etiam in monumentis authenticis, quae asservantur in archivio dicti monasterii quod portantes parvum habitum Mariae Sanctissimae de Mercede redemptionis Captivorum sint participes omnium orationum, missarum, piorum exercitiorum, jejuniorum, disciplinarum, poenitentiarum, et omnium laborum, et molestiarum quas patiuntur Patres de Mercede regnorum Neapolis, Siciliae et provinciae Romanae.

63° Insuper dictae reverendae moniales qua portabunt habitum nigrum Mariae sanctissimae septem dolorum, gaudent privilegio ut possint absolvi a proprio suo confessario ab omnibus peccatis.

64° Dictae moniales pariter sunt participes omnium sacrificiorum, orationum, disciplinarum aliorumque operum piorum quae fiunt a Patribus Cappuccinis, Dominicanis et Augustinianis discalceatis.

65° Sixtus V concedit omnibus fidelibus christianis qui a primis vesperis usque ad totum diem sequentem festi S. Sylvestri visitabunt ecclesiam eidem Sancto dicatam, sub titulo S. Sylvestri in Capite, orando pro extirpatione haeresum, pace et concordia inter principes christianos, etc., indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum Breve *Universi Christi fideles* 21 Decembris 1585.

66° Litterae originales praedictarum indulgentiarum, privilegiorum, affiliationum et participationis bonorum operum ab ordinibus dictorum Religiosorum concessorum RR. Monialibus asservantur in archivio dicti monasterii in armario A, parte prima, capsula ultima.

67° Hoc summarium anno 1720 Mater Abbatissa pro tempore soror Angela Reginalda Incoronati scribi fecit in magnis pergameni foliis ; sed temporis diuturnitate aliisque de causis litterae factae erant ita deformes et absoletae, ut moniales parum aut fere nihil de iis intelligerent. Unde factum est ut Reverendissima Mater Abbatissa soror Maria Anna Moroni ad utilitatem spiritualem suarum monialium de novo illud typis edendum curaverit anno 1841.

Sac. Congregatio Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praeposita ad humillimas preces Monialis Sor. Mariae Annae Moroni Abbatissae Ven. Asceterii Sancti Silvestri in Capite de Urbe, Ordinis S. Francisci ; praesens Indulgentiarum Summarium ex certis documentis desumptum, ac per ejusdem Sac. Congregationis Consultores probatum, uti authenticum recognovit, typisque imprimi, ac publicari posse censuit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 20 Julii 1841.

C. CARD. CASTRACANE PRAEF.

A. Canonicus Prinzivalli Substit.

(*Vide* Decretum DXCIV.)

Digitized by Google

XXXIV.

Summarium omnium et singularum Indulgentiarum, quas Sanctissimus Dominus Noster Gregorius PP. XVI Fratribus Societatis sub titulo S. Familiae nuper ab Apostolica Sede approbatae, ac in Dioecesi Bellicensi erectae, seu alibi erigendae concessit.

1° Indulgentia Plenaria Tyronibus die Vestitionis et Professionis in praefato S. Familiae Instituto.

2° Indulgentia Plenaria omnibus Fratribus in Instituto existentibus semel in anno acquirenda, quando Vota Religiosa (simplicia tamen prout in Regulis approbata) renovabunt.

3° Indulgentia Plenaria omnibus Fratribus sive Novitiis, sive Professis in festis S. Familiae, Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniae, Dominicae Resurrectionis, Ascensionis, Dominicae Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis, Corporis Christi, nec non Conceptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis B. M. V. atque Nativitatis S. Joannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Transitus S. Joseph, S. Anthelmi Episcopi Bellicensis, die omnium Sanctorum et Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum.

4° Indulgentia Plenaria in mortis articulo osculando Crucifixum seu Crucem, quam die Professionis juxta Regulas acceperint, dummodo rite dispositi fuerint, vel saltem Sanctissimum Jesu Nomen corde si ore nequiverint devote invocaverint, et praefata Crux jam fuerit benedicta ab aliquo Sacerdote facultatem habente.

5° Indulgentia Plenaria semel in anno Fratribus et Novitiis tantum, qui vel conjunctim, vel separatim spiritualibus vacaverint Exercitiis per sex, vol octo, vel plures dies, acquirenda ipsa die, qua sacra fuerint Communione refecti.

6° Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum Fratribus et Novitiis dumtaxat bis in mense lucranda in duabus tantum Communionibus a Regulis vel per modum praecepti vel per modum consilii praescriptis.

7° Indulgentia centum dierum pro quolibet pio opere ab ipsis Fratribus seu Novitiis peragendo.

8° Indulgentia Plenaria alumnis, Pensionariis et Orphanis adolescentibus in Communitate degentibus die primae eorum Communionis in aliquo Sacello dicti Instituti sumendae.

9° Declarat insuper Sanctitas Sua quod pro praefatis Plenariis Indulgentiis lucrifaciendis praemissa Sacramentali Confessione sive singulis hebdomadis, sive quoque attentis peculiaribus circumstantiis etiam bis tantum in mense persolvenda, quatenus nullius lacthalis culpae conscii sint, non modo Sacra Communione reficiantur, verum etiam aliquam publicam Ecclesiam visitent, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effundant; pro partialibus vero Indulgentiis acquirendis, corde saltem sint contriti.

10° Et tandem indulsit ut praefatas omnes tam Plenarias, quam Partiales Indulgentias impertitas, animabus quoque in Purgatorio degentibus unusquisque applicare possit et valeat.

Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione et non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 28 Augusti 1841.

C. Card. Castracane Praef.
A. Canonicus Prinzivalli Substit.

XXXV.

Summario delle Indulgenze concessa dalla san. me. di Pio PP. VII alla pia Unione del S. Cuore di Maria canonicamente eretta in Roma nella insigne Collegiata e Chiesa Parrochiale di S. Eustachio, e confermate in perpetuo dalla Santità di Nostro Signore Papa Gregorio XVI con Rescritto della S. Congregazione delle Indulgenze in data dei 29 Marzo 1844.

Indulgenza Plenaria nel giorno dell' Aggregrazione dei Fratelli e Sorelle alla Pia Unione se confessati e communicati pregheranno secondo l' intenzione del Sommo Pontefice.

Indulgenza di 300 giorni per ciascuna volta che interverranno alla devozione che si pratica nella Chiesa di S. Eustachio in tutti i giorni del mese dedicato al Cuore di Maria.

Indulgenza Plenaria nel giorno in cui dalla Unione si celebra la festa del S. Cuore di Maria, se confessati e communicati visiteranno la suddetta Chiesa e pregheranno come sopra.

Indulgenza Plenaria in punto di morte se pentiti invocheranno almeno col cuore, non potendo colla lingua, il nome Santissimo di Gesù.

Indulgenza di sette anni ed altrettante quarantene nelle quattro Domeniche precedenti la festa del S. Cuore di Maria.

Digitized by Google

Indulgenza Plenaria da lucrarsi una volta il mese ad arbitrio di ciascuno degli Aggregati, se confessati e communicati visiteranno come sopra.

Indulgenza Plenaria nel giorno di S. Giuseppe, dei SS. Apostoli Pietro e Paolo, in uno dei Venerdì di Quaresima, e nel Venerdì di Passione se confessati e communicati visiteranno come sopra.

Indulgenza di sette anni ed altrettante quarantene negli altri Venerdì di Quaresima.

Indulgenza Plenaria se assisteranno all'Esposizione del Santissimo Sagramento che nell'ultima Domenica di ogni mese si fa in detta Chiesa nella Cappella del S. Cuore di Maria.

Indulgenza Plenaria nel giorno della Communione Generale che si fa in S. Eustachio.

Indulgenza di 60 giorni a chiunque ascolterà in detta Chiesa o Oratorio della Pia Unione la S. Messa, o assisterà ai divini officii, o associerà i cadaveri, o metterà pace fra' nemici, o interverrà alla Processione del Sagramento o quando si porta agli infermi o qualunque altra opera pia.

Tutte le suddette Indulgenze sono applicabili in suffragio dei defonti.

Sono anche privilegiati tutti gli Altari della Chiesa di S. Eustachio per quelle Messe che dai Congregati si faranno celebrare in suffragio dei defonti Fratelli e Sorelle della Pia Unione.

Finalmente sono accordate a tutti gli Aggregati le medesime Indulgenze che si lucrano nella visita di quelle Chiese dove è la Stazione, purchè visitino la ridetta Chiesa di S. Eustachio ne' giorni delle Stazioni descritte nel Messale Romano e sono le seguenti, come risulta dal Decreto della Sac. Congregazione delle Indulgenze 9 Luglio 1777, cioè :

Nel giorno delle Ceneri e nella Domenica quarta di Quaresima Indulgenza di 15 anni ed altrettante quarantene

Nella Domenica delle Palme di 25 anni ed altrettante quarantene.

Nel Giovedì Santo Indulgenza Plenaria.

Nel Venerdì e Sabato Santo di 30 anni e 30 quarantene.

In tutti gli altri giorni di Quaresima di 10 anni ed altrettante quarantene.

Nella Domenica di Rizurrezione Indulgenza Plenaria.

Negli altri giorni fino alla Domenica in Albis inclusive di 30 anni ed altrettante quarantene.

Nel giorno dell'Ascensione Indulgenza Plenaria.

Nel Sabato avanti la Domenica di Pentecoste di 10 anni ed altrettante quarantene.

Nella Domenica e per tutta l'ottava fino al Sabato inclusive di 30 anni ed altrettante quarantene.

Nella 1ª, 2ª e 4ª Domenica dell'Avvento di 10 anni ed altrettante quarantene, nella 3ª di 15 anni ed altrettante quarantene.

Nella vigilia, nella notte della Natività del Signore e nella Messa dell'aurora di 15 anni ed altrettante quarantene.

Nel giorno della Natività Indulgenza Plenaria.

Ne' seguenti tre giorni, come pure nella Circoncisione, ed Epifania del Signore e nelle Domeniche di Settuagesima, Sessagesima e Quinquagesima di 30 anni ed altrettante quarantene.

Nei tre giorni delle Quattro Tempora di 10 anni e 10 quarantene.

Nella festa di S. Marco e nei tre giorni delle Rogazioni di 30 anni ed altrettante quarantene.

Tutte quelle Indulgenze, per l'acquisto delle quali è ingiunta la visita della Chiesa di S. Eustachio possono lucrarsi da tutti gli Aggregati legittimamente impediti a far detta visita, purchè adempiano qualche pia che si faranno ingiungere dal proprio Confessore.

Summarium indulgentiarum a fel. rec. Pio VII concessarum piae sodalitati S. Cordis B. M. V. canonice erectae Romae in insigni collegiata et parrochiali ecclesia S. Eustachii, et confirmatarum in perpetuum a SSmo Duo Nro Gregorio XVI per Rescriptum Sacrae Congregationis indulgentiarum de die 29 Martii 1844.

Indulgentia plenaria in die aggregationis fratrum et sororum piae sodalitati, si confessi et Sacra Communione refecti orent secundum intentionem Summi Pontificis.

Indulgentia 300 dierum pro singula vice qua intererunt devotioni quae practicatur in ecclesia S. Eustachii singula die mensis S. Cordi Mariae dedicati.

Indulgentia plenaria in die qua a sodalitate celebratur festum S. Cordis Mariae, si confessi et Sacra Communione refecti visitent supradictam ecclesiam et orent ut supra.

Indulgentia plenaria in puncto mortis si contriti invocent saltem corde, si lingua non possint, sanctissimum nomen Jesu.

Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum, in quatuor Dominicis praecedentibus festum S. Cordis Mariae.

Indulgentia plenaria lucranda semel in mense ad arbitrium uniuscujusque aggregati, si confessi et Sacra Communione refecti visitent ut supra.

Indulgentia plenaria in die S. Josephi, SS. Apostolorum Petri et Pauli, in una ex feriis sextis Quadragesimae, et feria sexta passionis, si confessi et Sacra Communione refecti visitent ut supra.

Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum in aliis feriis sextis Quadragesimae.

Indulgentia plenaria si interveniant expositioni Sanctissimi Sacramenti, quae ultima Dominica singuli mensis fit in dicta ecclesia in capella S. Cordis B. M. V.

Digitized by Google

Indulgentia plenaria in die communionis generalis quae fit in ecclesia S. Eustachii.

Indulgentia 60 dierum cuicumque qui in dicta ecclesia aut oratorio piae sodalitatis audiet Missam aut intererit divinis officiis, aut comitabitur cadavera, aut pacem componet inter inimicos, aut interveniet processioni Sanctissimi Sacramenti aut quando portatur ad infirmos, aut faciet quodcumque aliud opus pium.

Omnes supradictae indulgentiae possunt applicari pro defunctis.

Omnia etiam altaria ecclesiae S. Eustachii sunt privilegiata pro iis missis, quas aggregati facient celebrare in suffragium defunctorum fratrum et sororum piae sodalitatis.

Tandem conceduntur omnibus aggregatis eaedem indulgentiae, quae acquiruntur in visitatione earum ecclesiarum in quibus habetur statio, dummodo visitent praedictam ecclesiam S. Eustachii diebus stationum in missali Romano descriptorum, et sunt sequentes, ut sequitur ex decreto Sacrae Congregationis indulgentiarum 9 Julii 1777, nempe:

In die Cinerum et Dominica quarta Quadragesimae indulgentia 15 annorum et totidem quadragenarum.

In Dominica Palmarum 25 anni et totidem quadragenae.

In die Coenae Domini indulgentia plenaria.

In Parascheve et sabbato Sancto 30 anni et 30 quadragenae.

Omnibus aliis diebus Quadragesimae 10 anni et totidem quadragenae.

In Dominica Resurrectionis indulgentia plenaria.

Aliis diebus usque ad Dominicam in Albis inclusive, 30 anni et totidem quadragenae.

In die Ascensionis indulgentia plenaria.

In vigilia Pentecostes 10 anni totidemque quadragenae.

In Dominica et per totam octavam usque ad sabbatum inclusive 30 anni et totidem quadragenae.

Dominica 1ª, 2ª, et 4ª Adventus 10 anni totidemque quadragenae; Dominica 3ª 15 anni et totidem quadragenae.

In vigilia, in nocte Nativitatis Domini et in Missa aurorae 15 anni et totidem quadragenae.

In die Nativitatis indulgentia plenaria.

Tribus sequentibus diebus, sicut et in Circumcisione et Epiphania Domini et in Dominicis Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae 30 anni et totidem quadragenae.

Tribus diebus quatuor temporum 10 anni et 10 quadragenae.

In festo S. Marci et tribus diebus Rogationum 30 anni et totidem quadragenae.

Omnes istas indulgentias, pro quibus lucrandis praescripta est visitatio ecclesiae S. Eustachii, lucrari possunt aggregati legitime quominus hanc instituant visitationem impediti, dummodo adimpleant aliquod opus pium, quod sibi injungi facient a proprio suo confessario.

Sac. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita praesens Summarium uti authenticum recognovit, ac typis imprimi posse censuit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 1 Aprilis 1844.

A. Archipr. Prinzivalli Substit.

XXXVI.

Indulgenze perpetue per i vivi e defonti nella Sacrosanta Basilica di S. Maria in Trastevere.

Oltre la visita della Chiesa e quivi trattenersi per qualche spazio di tempo pregando per la estirpazione delle eresie, la pace fra' Principi Cristiani e la esaltazione della S. Madre Chiesa a conseguire la Plenaria Indulgenza si ricerca la sincera contrizione del cuore, la Confessione Sacramentale e la Comunione Eucaristica; a conseguire la parziale almeno la contrizione con il proposito di confessarsi.

Qualora non si noti il contrario ogni Indulgenza si può acquistare dai primi vesperi al tramontare del sole dei giorni, cui è annessa.

In qualsivoglia giorno una sola volta nell' anno.

Indulgenza Plenaria quotidiana.

Ogni giorno una sola volta.

Ciascuna Indulgenza e condonazione di pena come se visitassero il Sepolcro di N. Signore, il Monte Sinai e gli altri luoghi di Terra Santa = Bened. XIII lit. dat. die 12 Junii 1728 sub annulo Piscatoris.

Indulgenza di duecento giorni visitando la Chiesa e l' Immagine che quivi si venera del S. Cuore di Gesù.

Nella settimana una sola volta.

Indulgenza di sette anni ed altrettante quarantene ascoltanto la Istruzione, ossia Catechismo nei giorni festivi dopo la Compieta.

Nel mese una sola volta.

Nella prima Domenica di ogni mese, ciascuna Indulgenza Plenaria, remissione di peccati e condonazione di pena come se visitassero i sette altari della Basilica di S. Pietro, visitando gli altari della Confessione della Madonna della Clemenza, e di Strada-Cupa, di S. Pietro, di S. Girolamo, di S. Francesca Romana e del Santissimo Crocifisso di questa Chiesa.

Nel primo Venerdì di ogni mese dal nascere del sole fino al tramontare visitando la Chiesa e l' immagine che quivi si venera del S. Cuore di Gesù, Indulgenza Plenaria.

In un giorno a propria scelta del mese avendo in questo almeno per tre volte ascoltato il Catechismo

Digitized by Google

come sopra visitando la Chiesa Indulgenza Plenaria.

Nell' anno nelle feste mobili.

Le Indulgenze stazionali come se visitassero le Chiese nelle quali nei giorni notati nel Messale Romano vi è la Stazione.

Nel Venerdì dopo la prima Domenica di Quaresima dal nascere al tramontare del sole Indulgenza Plenaria.

